CXIV. Ex Athen. VII, 106, p. 318, multi repetierunt, inter quos Brunck. *Analectt.* t. I, p. 468 n. 31, Jacobs. edit. Lips. t. I, p. 219, n. 31 (vid. *Animadvv.* t. I, P. II, p. 282 sqq.) et *Append. Palat. Anth.* n. 45. Hier. Bosch. *Anthol.* t. III, *Mantiss. secund.* p. 346, cum hoc lemmate Εἰς ναυτίλον τὸν ἰχθὺν, etc. « Nautilus loquitur a Selenæa, Cliniæ filia, Smyrnensi, in templo Veneris Arsinoes Zephyritidis consecratus. Eleganter hoc epigramma versibus Gallicis reddidit Ricardus ad Plutarch. *Moral.* t. I, p. 77. » *Boiss.* « Des coquilles de nautile servaient aux jeux, à la parure des jeunes filles qui, lorsqu'elles se mariaient, les consacraient à Vénus avec les autres jouets de leur enfance. Ici Séléné, fille de Clinias, s'étant mariée en Egypte, offre un nautile dans le temple de Zephyrium, bâti en l'honneur d'Arsinoé, femme de Ptolémée Philadelphe, qu'on y honorait sous le nom de Vénus. » *Dehèq.* — Vs. 1. Vulg. παλαίτερος, Brunck. Boiss. παλαίτερον, conjicit Jacobs. πάλαι τέρυς. — Vs. 5. Omnes γαληναίη, Boiss. Γαλ. cui apponitur λιπαρὴ θεός. Casaub. αὐτὸς pro οὖλος. — Vs. 6. vulgo ποσσὶν ἵν'; Casaub. : τοῖς ποσὶν, sive ποσσὶν ἑοῖς; Brunck, Jacobs. ex Tanaq. Fabr. ποσσὶν ἀεί. — Vs. 8. vulg. σοὶ τὸ... τι correct. Ernesti est. — Vs. 10. Ex Bentleio Brunck; Ernestus vero legit τίκτεται αἰνοτέρης; mallet Jacobsius τηρεῖται γοερῆς, cuj. vide notam. — Vss. 11-12 parum, ut videtur, intellexit Grotius.

CXV. Ex Athen. XI, p. 486, B. « Callistium, quæ vel viros potando superabat, Veneri poculum ex vitro dedicat. » *Jac.* — Vs. 2. χοῦς, mensura attica octo cotylas continens. — Vs. 3. « Παφίη, secundum Piersonum (*ad Mœrin* p. 413), Arsinoe est, Venus Zephyritis, in cujus templo suspensa donaria Hedylus descripsit. Λέσβιον hoc loco non vinum Lesbium esse, sed poculi genus, apparet ex verbis Athenæi, huic carmini præmissis : Λέσβιον ὅτι ποτηρίου εἶδος, Ἡδύλος παρίστησιν ἐν Ἐπιγράμμασιν οὑτωσὶ λέγων· Ἡ διαπινομένη... » *Jac.* Athen. vet. editt. ἧστο δέ; Piersoni correctio est. — Vs. 5. vulgo πάντων. — Vs. 6. Πότων Brunck; tamen πόθων jam scripserat Stephanus.

CXVI. Athen. VII, p. 318. Ἔγραψε δὲ καὶ Ποσείδιππος εἰς τὴν ἐν τῷ Ζεφυρίῳ τιμωμένην ταύτην Ἀφροδίτην τόδε τὸ ἐπίγραμμα· Τοῦτο καὶ κ. τ. λ. — Vs. 1. ποταμῷ. « Positum erat hoc templum in promontorio haud

procul a Nicopoli, non ad Nili ostium, sed in ipso littore maris. Hinc colligo poetam non ποταμῷ scripsisse, sed

Τοῦτο καὶ ἐν πόντῳ καὶ ἐπὶ χθονί...

Hæc enim sibi invicem opponi solent. » *Jac.* — Epigramma tamen ἀδέσποτον quod a. v. cl. Brunet de Presle acceptum edimus, habet vs. 1. Μέσσον ἐγὼ Φαρίης ἀκτῆς στόματός τε Κανώπου κ. τ. λ. Quod vide inter ἐπιδεικτικά.

CXVII. Extat ap. Athen. X, 440, cum hoc lemmate : Φάλαικος δ' ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι γυναῖκά τινα ἀναγράφει πολυπότιν, Κλεὼ ὄνομα· Χρυσωτὸν... quod in breve contraxit Hier. Bosch. *Floril. Gr. Mantiss.* II : Εἰς γυναῖκά τινα πολυπότιν. — Vs. 2. vulgo τῶδε Διον..., Χλεώ. correxit Casaubon.; — Vs. 4. vulg. οὐδ 'ἅμα πω, emendavit Toup.

CXVIII. *Halicarnassi.* Newton, *Discoveries* I, tab. 96, 65, unde G. Kaibel, *Epigrr. Gr.*, etc. n. 782. Prioris editoris sunt supplementa. — Vs. 1. lapis habet ΓΑ'Α'ΤΩΙ... ΕΝΕΤΟΥΤΟΑ ΛΑΡΗΣ. — Vs. 5. « Pronomen οὗτοι, si recte haberet, nominatos fuisse doceret homines ad minimum duo; nullo autem artificio versui tertio, ubi patet lacuna, duo incluseris hominum nomina; nam πατέρα non hominem, sed deum intelligendum esse res ipsa clamat. Sequitur v. 5. initium non sine vitio traditum esse ΟΥΤΟΙΚΑ /// ΛΕ ΚΑΜΟΝΤΟ, quo sublato, hæc tentavi :

εἰ δ[ὲ πρὶν ἐξανύσαι κἀμοὶ] καὶ πατρὶ ἐπείγῃ
ἱερά, τῆ[ς] λαιῆς βαῖνε [δι'] αἱμασιῶν·
οὖ[ρ]ο[ν γ]ά[ρ] μ' ἐκάμοντο κ. τ. λ.

Ubi *pater* Priapi Mercurius est ejusque sacellum significatur v. 6 verbis βωμοὺς συγγενέων. Itaque viatorem alloquitur Priapus vitansque ne per hortos iter quærat, rectam viam monstrat; additque quasi jocatus : si tamen priusquam iter persequaris mihi patrique sacram vis operam impendere, per hos frutices (Cf. *Anth. Plan.* IV, 236) molestam sane viam ingredere ad sinistram; me enim custodem posuerunt et hortorum et patris aræ. » *G. K.*

CXIX. Ap. Eutocium Ascalonitam *in Archimedis sphæram et cylindrum,* p. 22, ed. Basil. 1544, ad calcem Epistolæ Eratosthenis ad Ptolemæum..., unde discimus « problematis de cubo duplicando mentionem primum injectam esse in tragœdia; ubi cum Minos Glauco filio sepulcrum exstrui vellet, isque, cui hoc negotium imposuerat, dixisset, monimentum centum quaquaversus pedum fore, Minos respondit : Μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου· διπλάσιος ἔστω· τοῦ κύβου δὲ μὴ σφαλῇς (Eurip. *Polyid.*). Postea idem problema denuo propositum est Deliis, oraculo eos Apollinis aram duplicare jubente. » « Describit poeta hoc carmine, difficilioribus aliorum rejectis, simplicissimam, quam ipse excogitaverat, problematis illius solvendi rationem. Utebatur ad eam rem instrumento quodam, ita concinnato, ut ejus ope inter duas datas lineas mediæ proportionales facillimo negotio reperiri possent. Hoc instrumentum publice in templo suspendit, inscriptione addita, qua ejus usum breviter declararet. » *Jac.* Si quis de hac quæstione plura velit, adeat Theod. Reimeri peculiarem librum. *De cubi duplicatione*, Götting. 1798, 8°, ubi ipsum Eratosthenis carmen exhibitum est ac notis illustratum. Vid. et Jacobs. in Anthol. Lips. *Animadvv.* t. I, P, II, ubi quoddam Reimeri libri breviarium habebis.

CXX. Plutarch. in *Arato,* 14. « Inscriptum fuit hoc epigramma statuæ ex ære, ab exulibus, quos Aratus revocaverat, ei collocatæ. » *Jac.* — V. 6. vulg. δαῖμον' ἴσον ex Henrico Stephano; antiqq. editt. δαίμονι σῷ, unde Reiske δαίμονα σόν, Solan. δαιμονίην. Reiske conjecit etiam, δᾶμον ἴσον i. e. τὴν τῶν δημοτῶν ἰσότητα. Proponebat Jacobs. ἁρμονίαν, θείαν τ. ὦ. εὖν.

CXXI. Prope *Atalantam* urbem, in Locride. Edidit ex O. P. Stamatace Steph. A. Cumanudes in *Athenæo* gr. ann. I, t. I, p. 484 — Vs. 4. ἀρνύμενος videtur hic eodem sensu accipi quo apud Hom. Od. A, 5: ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων. — Vs. 4-5. locus, ut videtur, corruptus, ubi quid velint verba ἐκ πατέρων καὶ τρίτον ἱππήων, haud satis liquet. — Vs. 7. vocis ἀχάλινος non alterum hoc sensu novimus exemplum. — Vs. 9, hic primum apparet, antea ignotum, Nicesichori nomen. — Vs. 10 ad fidem tituli pertinet; testimonia enim cujuscunque generis vocabantur πίστεις.

CXXII. *Atalante.* ed. Wachsmuth. *Mus. Rhen.* XXVII, 614.

CXIII. *Lindi Rhodiorum* in arce. Ed. Rossius *Arch. Aufs.* II, 609, cujus sunt supplementa.

CXXIV. Refert hoc epigramma Plutarchus *de Pueror. Educat.* 20. Inde repetierat Bonad. *Antholog.* p. 121, Brunck. *Anal.* III, p. 183, n. CLXVIII et Jacobs. *Append. Epigr.* n. 182. Εὐρυδίκη Ἰλλυρὶς οὖσα καὶ τριβάρβαρος, ὅμως ἐπὶ τῇ μαθήσει τῶν τέκνων, ὀψὲ τῆς ἡλικίας ἥψατο παιδείας. *Plut.* — Vs. 1. « Urbs Illyriæ Hierapolis ex hoc uno tantum loco, ni fallor, cognita est. » *Jacobs.*

CXXV. In Achaiæ vico qui ἡ κάτω Ἀχαΐα vocatur, veteris *Dymæ* loco; edidit Rhangabes, 2218, unde G. Kaibel. *Epigrr. gr.* 790. Hic titulo lucem afferre putat Pausaniam VII, 17, 8, quod pro vero habendum est si, ut Kaibelio placet, quæ de Sostrato dicit auctor, de Polystrato, confusis inter se nominibus, intelligendum credideris. Quibus autem argumentis suam confirmat opinionem Kaibelius, videsis. « Litteræ cum Macedonicæ quam vocant ætatis sint, ante annum 208 scriptus titulus videtur, quo quidem anno urbs fidem Philippo regi servatam Romanorum excidio luebat, eis autem quæ proxime antecedunt temporibus crebris Eleorum Ætolorumque incursionibus petebantur Dymæi frustraque Aratum auxilio vocabant, donec ann. 219 cum Elei, Ticho castello prope Dymen sito capto, jam ipsi urbi obsidionem minarentur, mercenariorum manu coacta, Philippo rege auxilio veniente, hostes feliciter fugaverunt agrosque eorum ingressi vastaverunt. Hanc fortasse victoriam Polystrati operæ tribuebant, qui, ut olim Herculis, ita civium tum παραστάτης exstitisset; gratias autem referentes heroi veteres renovabant honores, restitutoque sacello diu neglecto, titulum inscripserunt in rei bene gestæ memoriam... » *G. K.* — Versus trochaicî sunt. — Vs. 3. fortasse legendum δαμεὶς.

CXXVI. *Athenis*, ad viam in Arcem, in marmore. Edid. Dodwell. *Itin.* etc. t. I, p. 318, deinde Bœckh. in *Corp.* t. I, n. 411; qui rursus tractavit in *Addendis,* n. 411b : « Ex vs. 4. medici honores fuisse conjicio, cui statua dicata, quæ utpote insigni arte elaborata τέχνας τέρας dici videtur. » *Bœckh.* Aliter restituit hoc epigramma G. Kaibelius, *Epigrr. gr. e lap. conl.* p. 346, n. 845 :

Ὁ δῆμος Σωκρά]τη Σωκράτους Θορίκιον.
Ἦ μάλα σ]ᾶς ἐ]δάη[σ]αν ἀπὸ φρενὸς ἄξια Μοισᾶν,
Σώκρατε]ς, ὡ[γ]υγίων υἷες Ἐριχθονιδᾶν·
τοὔνεκά] σοι σο[φ]ίας ἔδοσαν γέρας· αἱ γὰρ Ἀθῆναι
ἴσασιν] τοιῷδε ἀνδρὶ τε[λ]εῖν χάριτα.

CXXVII. *Athenis* a cl. v. Pittace repertum edidit v. cl. Rhangabes in *Antiq. Hell.* t. II, p. 730, n. 1030, deinde Ph. Lebas. *Voyage,* etc., *Inscriptt. rec.* etc. Attiq. p. 10, n. 24; dedit etiam Ross. *Arch. Aufs.* I, 83, G. Kaibel. *Epigrr. gr. e lap.*, etc., n. 776. — Vs. 1. Rhangab. supplebat π[όνῳ οὐ σμικρῷ]. — Vs. 3. De cultu Minervæ Erganæ (Opificis), quæ textoriam artem, tibiam et mulierum manu opera conficienda invenit, vid. Pausan. I, 24, III, 17, IV, 24, IX, 26; Diod. sic. V, 73; Plutarch. *Symp.* III, 4; Procl. *in Tim.* p. 52; Phot. *Lexic.; Etymol. Magn.*

CXXVIII. *Cnidi.* Edidit Newton. *Discoveries I,* tab. 90, 31, coll. II, 460, unde G. Kaibel. *Epigrr. gr.*, etc., n. 783. Προστάται, patroni isti non publico munere funguntur, sed eorum patrocinio XV virorum qui Cnidiam civitatem adepti sunt, Mercurius Veneri πάρεδρος collocatur.

CXXIX. Plut. *De Stoic. repugn.* II, 5 (p. 1033, E): Ἀριστοκρέων, ὁ Χρυσίππου μαθητὴς καὶ οἰκεῖος, εἰκόνα χαλκῆν ἀναστηλώσας ἐπέγραψε τόδε τὸ ἐλεγεῖον· Τόνδε νέον κ. τ. λ. — De Aristocreonte vid. Diog. Laert. lib. VII, in Chrysippo. — Vs. 2. celeberrimo illi gordiano nexui alluditur, quem Alexandrum referunt ἀμηχανοῦντα λῦσαι τῇ μαχαίρᾳ, καὶ πολλὰς ἐξ αὐτοῦ κοπέντος ἀρχὰς φανῆναι. Plut. *Alex.* XVIII. Cf. Justin. XI, 7, etc.

CXXX. Servavit Plutarch. in *Flamin.* XII: Καὶ αὐτὸς δὲ μέγιστον ἐφρόνησεν ἐπὶ τῇ τῆς Ἑλλάδος ἐλευθερώσει. Ἀνατιθεὶς γὰρ εἰς Δελφοὺς ἀσπίδας ἀργυρᾶς καὶ τὸν ἑαυτοῦ θυρεὸν ἐπέγραψε· Ζηνὸς, ἰὼ!...

CXXXI. Ap. eumd. in *Flamin.* XII: Ἀνέθηκε δὲ καὶ χρυσοῦν τῷ Ἀπόλλωνι στέφανον, ἐπιγράψας· Τόνδε τοι κ. τ. λ. — Vid. supr. ejusdem altero donario insculptum, epigr. n. 130: Ζηνὸς, ἰώ...

CXXXII. Olim *Halicarnassei,* postea apud comit. Guilfordum; ex schedis Demetrii Schinæ edidit Walpolius, *Travels,* p. 576, n. 41; hinc Welcker. *Epigr. Spicil.* II, n. 23, p. 8. et *Syllog. Epigr.* n. 121. p. 170, et Bœckh. *Corp.* n. 2661. — Welckerus signum Dianæ Προστατηρίας seu Προδόμου, quæ et Hecate, intelligit, quam dedicari Apollini Ἀγυεῖ seu Προστατηρίῳ ad propylum consentaneum est. — Vss. 5 et 6, « certa via restitui nequeunt ». *Bckh.*

CXXXIII. *Olympiæ* repertum aprili mense 1877, ex apographo Hirschfeld edidit Dittenberger *Archäol. Zeitung.* 1877. 2 Heft. p. 96, unde repetivit G. Kaibel. *Epigrr. gr.*, etc., n. 1100ᵃ præfat. Supra scriptum est [ἡ πόλις ἡ... | τὸν δεῖνα] Ἀλεῖον, τὸν α[ὑ]τᾶς πρόξενον [καὶ εὐεργέ]ταν, ἑλλανοδικοῦντα Διὶ Ὀλυμπίῳ. — Ante Chr. n. factum videtur editori.

CXXXIV. In Musarum templo *Heliconio;* edidit Steph. Cumanudes in Ἀθηναίῳ, 1878, p. 282 ex apographo et descriptione Coromantzi. Dedit etiam sequens epigrammation.

CXXXV. In Musarum templo *Heliconio;* jam dederat v. cl. Decharme, *Archiv. des Missions scientif.* 2ᵉ série, t. IV, p. 536, n. 51. « Hocce distichon basi statuæ Polymniæ insculptum erat. Verbis τόνδε νέκταρος ἀτμὸν indicari videtur effictam fuisse libamen offerentis habitu Polymniam... » Supra exstant litteræ Θ ε ι. initium nominis Θεισπιεες, *i. e. Thespiæ* (Musæ), quod supra duobus seqq. epigr. continuatur. — Subscriptum est Ὀνέσ(του).

CXXXVI. In eodem loco repertum edidit *ibid.* Steph. Cumanudes. Supra sunt tres litteræ σ π ι quibus continuatur inceptum nomen in præced. epigr. Θεσπι... Subscriptum est rursus [Ὀνέσ]του. — Vs. 1. mutilus habet in lapide aliquid simile ΣΒΛΑΛΟΙ inter voces σοφίη et γαῖα.

CXXXVII. In eodem Musarum templo; edidit v. cl. Decharme, *Archiv. des Miss. scientif.* 2ᵉ série, t. IV, p. 537, n. 52. Dedit ut præcedentia de Musis Thespiis epigrr. v. cl. Cumanudes in Ἀθηναίῳ. *ibid.* subscriptum est iterum nomen Ὀνέστου, scilicet, ut videtur, poetæ, cujus in *Anthol. pal.* IX, 230 tetrastichon habes quod ad eamdem rem pertinere facile credideris. Fortasse de sequenti epigr. μονοστίχῳ n. 138 idem conjiciendum.

CXXXVIII. *Constantinopol. Corp. inscr. gr.* 2037.

CXXXIX. « Prope *Athenas* in via qua ad Menidam itur. Repperit Tupperus; Dobræus communicavit cum Boissonadio qui edidit *ad Max. Planudis Metam.* p. 263 (Ovid. Lemar. t. V), et mihi notitiam hujus dedit tituli. » Ea Bœckhius, qui *Corp. inscr. gr.* t. I, n. 411 b inseruit. — Vs. 1. « ἄλσος recte Wilamowitz academiam intelligit. » *G. Kaib.*

CXL. *Deli* repertum edidit Th. Homollus, *Monuments grecs publiés par l'Association pour l'encouragement des Etudes gr.*, fasc. 8, 1879, p. 44 sqq. n. 6. — Philetærus erat Eumenis Perg. regis frater qui, ut ex hoc titulo apparet, cum absentis fratris loco regnum administraret, a Galatis victoriam retulit. — V. *Corp. insc. gr.*, n. 122, populi Atheniensium decretum quo honoratur Philetærus et cf. *ibid.* n. 3527 monumenti inscriptionem ab eodem dedicati Apollini χρηστηρίῳ in quodam Asiæ minoris templo. Ceterum de his omnibus adi Homolli dissertationem.

CXLI. *Olympiæ* repertum edidit Fränkel in *Archäologische Zeitung*, 1877, p. 193, n. 101, cum variis commentariis.
Infra: Ἀγαθῇ τύχῃ. Ἡ πόλις ἡ Μεσσηνίων ἀνέθηκεν ἄριστα πολιτευσάμενον Τίτον Φλάβιον Πολύβιον, ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας ἃς ἔχων διατελεῖ εἰς αὐτάν, συνεπιψηφισαμένης καὶ τῆς λαμπροτάτης Ὀλυμπικῆς βουλῆς.

CXLII. Marmor Choiseulianum fractum et male servatum, Catal. Dub. n. 229; *Mus. reg. Catal.* Clarac, n. 616. Primo ediderat Bœckh. ex schedis Mülleri et tabulis Claraci, *Corp.* n. 666, deinde in *Addendis,* etc., p. 916, « ex schedis Köhlerianis duplicibus, in quibus notatur titulum ad templum Poliadis s. Erechtheum in arce inventum esse. Apographum multo melius, utpote vetustius, est. » — Dedit etiam Ph. Lebas. *Inscrr. rec.* n. 31. « Perspicere licet, mulieri Poliadis sacerdoti ad templum Erechtheum dicatam fuisse statuam, cui subscriptum olim epigr. hoc. Nomen sacerdotis plintho, opinor, statuæ inscriptum erat. *Bckh.* » De sacerdote Poliadis ex gente Butadarum v. Müller. *De Minerv. Pol.* p. 13. De Ἀθηνᾷ ἀρχηγέτιδι cf. ad n. 477, ubi Bœckh. se refert ad schol. Aristoph. *Av.* 515. τῆς δὲ Ἀρχηγέτιδος Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα γλαῦκα εἶχεν ἐν τῇ χειρί. « Nempe Minerva auctor est civitatis cognominis. » Cf. etiam n. 476: Ἀθηνᾷ ἀρχηγέτιδι... — Vs. 2: « Construo φιλτέρα τοι, *tibi di-*

lectior. Si quis tamen Philteram censuerit nomen mulieris esse (Philotera aliunde nota est), pro Ἡρακλέος aliud nomen reponendum erit. » *Bckh.* — Vs. 5. intellige Lycurgum, celebrem oratorem athen. — Vs. 7. marmor habet ΩΝΤΩΙΜΑΡΗΤΩΛΟΓΟΣ. — In fine artifices subscripti : Εὔχειρ καὶ Εὐβουλίδης Κρωπίδαι ἐποίησαν. Euchir, Eubulidis filius, Atheniensis statuarius est ap. Pausan. VIII, 14, 7. Euchir sine patris nomine ap. Plin. XXXIV, 19, 34 et sic etiam Eubulides ap. Pausan. I, 2, 4, Plin. l. c. 29.

CXLIII. Edidit v. cl. Cumanudes, in *Philistor.* t. I (1861), p. 198, n. 11. — Cum ista inscriptione, sed in alio lapide insculpta, hæc inventa est quæ perspicue ad eumdem virum pertinet (Cuman. *ibid.*). Ἀργαῖον Ἀργαίου Πλ[ωθέα?] Βατάκης Βατάκου Πειρα[ιεὺς] θεραπευθεὶς ἀνέθηκεν. Δημήτριος Φίλωνος Πτελεάσιος ἐποίησεν. — Pro Πλωθέα scribit editor *ibid.* infr. p. 430, Φλυέα. Argæus medicus aliunde ignotus est. — Vss. 5-6. de usu vini curando articulorum morbo adhibiti vid. Diosc. V, 4 et 15, Plin. *H. N.* XXIII, 3, 21 et 26. — Vs. 6. Horat. (*Epist.* I, 1, 31) item dicit *nodosam* chiragram. Antipat. (*Anth. Pal.* VI, 219, 6) vocem γυιοπαγεῖ usurpat de nive.

CXLIV. « Ex *Delo* translatum *Venetias* in ædes Frid. Contareni. » Bœckh. *Corp.* 2308. — Edidit Gruter. *Thesaur.* MXCIX, 3. Hinc Fleetwood. *Syllog.* p. 146, 2, Brunck. *Anal.* III, p. 281, n. DCXI, Jacobs. *Anthol.* Lips. t. IV, p. 246 (Vid. *Animadd.* t. III, p. 204) et *Append.* n. 149.

CXLV. *Pergami* repertum a cl. v. A. Choisy, edidit majusculis et vulgaribus litteris cum commentatione et gallica versione, v. cl. G. Perrot, *Rev. Archéolog.* 1876 p. 201 sq.; ex novo repertoris ipsius apographo dedimus. — Vs. 2. G. Perroti pro ἔλαχεν legentis ἔλλαχεν conjectura novo nostro apographo comprobata est. — Ἰσοταχής, quod fugerat doctiss. editorem omnibus in lexicis habes. — Vs. 4. Perrotus in majusculis ΑΜΦΟΤΕΡΟΝ, correxit in minusculis ἀμφοτέρων, quod habet lapis, ut testatur v. cl. A. Choisy.

CXLVI. Prope *Miletum;* edidit Chandler. *Antt. Ion.* t. I, p. 40. Exstat in Ἑρμῇ λογίῳ, 1812, p. 187, unde translatum hoc epigr. in *Mus. critic. Cantabr.* p. 554, tractavit Welckerus *Epigr. gr.* 1819, p. 12, *Syllog. Epigr.* p. 293 sq. — Repetiit Bœckh. *Corp. insc. gr.* 2884; postremo G. Kaibel. 858, cum nova locorum quorumdam explicatione. — Vs. 4. Λῆμμα esse pro λῆμα nescio qua ratione censebat esse Jacobs, assentiente Bœckhio. — Vs. 5. Lapis habet εἶλεν quod satis intelligi poterat, *deprehendit.*

CXLVII. *Chii*, in Palæo Castro; ediderunt Walpol. in Clark. *Itin.* t. II, P. I, p. 191, atque ex schedis Akerbladii Bœckh. *Corp.* n. 2221. — Cf. Welcker. *Syll. Inscr.* p. 205 sqq. Supra scriptum legitur :

Οἱ πρεσβύτεροι Μεγακλέα Θεονείτονος, γονῇ δὲ Δαμονίκου, ἄρξαντα τοῦ πρεσβυτικοῦ, εὐσεβείας ἕνεκεν τῆς εἰς τοὺς θεοὺς καὶ ἀρετῆς καὶ φιλοτιμίας τῆς εἰς ἑαυτούς.

— Vs. 1. lapis habet ΕΡΓΟΥ. — Vs. 4. Gymnasium Homereum aliunde non est notum. — Vs. 5. non græce dictum puto πᾶσιν δ' ἔγνωσεν, *omnibus notum fecit;* ἔγνωσεν etiam barbare fictum, pro quo legam πᾶσι δ' ἐδήλωσεν. Ultimum distichon sic explevit Fiorillus :

ἐσθλὰ δ' ἐπλήρωσεν.....
τῷ δ' ἐν γυμνασίῳ.....

Welcker vero partim ex Jacobsii conjectura :

Πρός τ' ἀποχρύσωσεν.....
Πᾶσιν ἐν ἀνθρώποις.....

CXLVIII. *Olympiæ* repertum edidit Fränkel in *Archäologische Zeitung,* 1877, p. 47, n. 55.

CXLIX. Ex Maff. *Mus. Veron.* LXIII, 1 (ubi legis ΑΘΜΟ...), edidit Bœckh. *Corp.* t. I, n. 243. Dederat et Jacobs in *Anthol. Palat. Append.* n. 230, et ante omnes Gruterus *Inscriptt.*, p. CCCXVII, 3. et H. Bosch. *Flor. gr. Mantiss. tert.* cum Grotii versione. — Vs. 1. νικήσας, *post victoriam* in λαμπαδηφορίαις. — Vs. 2. Grotius : Σωτηρίδης Πάνθων ὁ Τυχίδου Ἀσθ.

CL. Ex Polluc. *Onomast.* VIII, 131. Jacobs. *Append.* n. 146. Retulerat Meursius in *Cecropia,* cap. XXIX, cum his Pollucis verbis : Ἀνθεμίων δ' ὁ Διφίλου καλλωπίζεται δι' ἐπιγράμματος, ὅτι ἀπὸ τοῦ θητικοῦ τέλους εἰς τὴν ἱππάδα μετέστη· καὶ εἰκὼν ἔστιν ἐν ἀκροπόλει, ἵππος, ἀνδρὶ παρεστώς, καὶ τὸ ἐπίγραμμα. Διφίλου κ. τ. λ.

CLI. Apud Athen. XIV, 20, p. 629 : inde repetiit Brunck. *Anal.* III, 184, n. CLXXI, Jacobs. (Vid. *Animadd.*, vol. III, part. I, p. 384 sq.) *Append.* n. 116. Laudavit Athenæus ex Amphione Thespiensi in lib. II : Περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι Μουσείου. — Vs. 2. legebat Natalis de Comitibus ἄνακος quem sibi fingebat esse eodem sensu quo ἄνακτος et genitivo casu singulari nominis, cujus est ἄναχες, ων, singulari numero prorsus inusitati.

CLII. *Neapaphi* hodie *Bafo.* Ex apographo suo edidit v. cl. Waddington. *Inscriptt. recueil.* etc., n. 2788, jam antea datum à Ph. Lebas. Vid. n. 1356 (ex Borrelli schedis male tractatis a Bailio) atque a L. Rossio, *Rheinisches Museum,* 1850, VII, p. 512. — Vs. 1. « Sæpe repræsentata est Pallas dextera manu parvam Victoriam tenens, et sinistra clypeo imposita. » *Wadd.* — Vs. 4. Φειδ. χάρ. his verbis significari videtur Phidiæ operis imminutum exemplar.

CLIII. « Servavit Appian. *de Bell. civ.* I, p. 411. Corn. Sulla Veneri coronam aut securim dedicat. In τόνδε intelligitur στέφανον, vel πέλεκυν; nisi forte olim τούσδε, ad utrumque referendum, scriptum fuerit. » — Cf. *Inscr. lat.* ap. Pithœum IV, p. 146 et in *Anthol. lat.* t. I, p. 39, n. LXIV :

Hæc tibi, diva Venus, deponit munera Sulla,
in somno monitus, Martis armatus in armis,
pugnantem atque acies armatas inter agentem.

Præterea notandum est epigrammati suprascriptum esse ap. Appianum hoc : Ἔπεμψε δὲ (ὁ Σύλλας) καὶ στέφανον χρύσεον καὶ πέλεκυν, ἐπιγράψας τόδε· Τόνδε κ. τ. λ. Cf. infr. *Orac.* Πείθεό μοι.

CLIV. *Cyzici.* Ex ectypo edidit G. Perrot, *Rev. archéol.* 1876, p. 270, unde G. Kaibel. *Epigr. gr.*, etc., p. 533, n. 874a *Addend.*, qui hasce notas subjecit : « Litteræ editori videntur I ant. Chr. n. sæculi esse; Theopithum conjicit occidisse cum patriam a Mithridate ann. 73 obsessam defenderet. Filii statuam Martis armigeri specie indutam dedicat Metrodorus Isidi et, ut videtur, Sarapidi. Metri genus plane singulare ut ἐνόπλῳ σχήματι (vs. 5) responderet electum videtur; cf. Bergk *das aelteste Versmaas der Griechen* (Freib. 1854) p. 7 adn.** »

CLV. In insula *Philis. Corp. inscr. gr. Add.* III, 4936 *b*; Letronne, *Recueil,* etc. II, 16. Subscri-

ptum est ἔτους δευτέρου, Μεχεὶρ δεκάτῃ, i. e. auctore Letronnio, anni 79 dies mensis Februarii undevicesimus, regnante Ptolemæo Auleta. Alterum epigramma eodem loco repertum ex Demetrii versibus exscriptum est, mutatis tantum nominibus, verbisque quo corrumpitur metrum interpolatis, sic : Vs. 2 Σαραπίων Ἀριστομάχου ἥκω..... τὴν ἐν Φίλαις.

CLVI. *Apollonopoli magna*, hodie *Edfu;* edidit Cailliaud *tab*. VIII, 2; ex apographo Nestoris L'Hôte Letronnius *Revue de Philol.* I, 4, p. 299. — Vs. 2. legebat Letronn. τῆς Σαβαίων.

CLVII. *Apollonopoli magna*. Edidit Letronn. *Revue de philol.* I, 4, 1845, p. 302 (cf. p. 402), unde admissum est in *Corp. inscr. gr.* 4838*b*. — Vs. 4 διδόναι εὐτυχίαν idem valet atque quod latine dicitur *salutem dare*, aut *vale*, χαῖρε.

CLVIII. *Thebis*. Edidit ex suo apographo G. Kaibelius, *Epigrr. gr. e lap. conlect.* p. 362, n. 876. Disticho præscriptum est Τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐν Θήβαις Διοκλῆν Τιμοστράτου Διονύσῳ, quod legitur in *Corp. inscr. gr.* n. 1600. — De artificum poetarum, qui circa Bacchum versantur, synodo seu collegio cf. Boethum in *Anth. Pal.* IX, 248, 4 : κατὰ τραγικῶν τέθμια μουσοπόλων.

CLIX. In *Philis* insula, in magno templo. Edidit Hamilton. *Ægypt.*, p. 52. Partem inde citat Letronnius, *Journ. des savants* 1821, p. 305, et 1824, mense Maio; universam inscript. illustravit idem in *Bulletin des sciences historiques*, etc., Férussac, t. III, 1825, p. 399. Boeckh-Fr. *Corp. inscr.* n. 4923. — « Titulus hic aut anno XV aut anno XX Cæsaris Augusti positus est, anno XV aut anno X ante Christ. nat. » Quod conjiciebat Letronnius. « Postea Lenormant docuit in lapide esse ΚΓ; quod si est, titulus pertinet ad annum VII ante Chr. Auctor epigr. est Catilius Nicanoris filius quem Letronnius putat esse nepotem Arii philosophi Alexandrini, quo præceptore usus est Augustus adolescens (Dio. Cass. LI, 16. Cf. Plut. *Anton.* 81. Bckh-Fr.). » — De Catilio et Nicanore vid. epigr. seq. in quo duo hæc nomina acrosticho exstant. — Vs. 1-4. Augusti laudes, qui in titulo Tentyritico *C. insc. gr.* n. 4715. Ζεὺς Ἐλευθέριος vocatur. Pater Julius et hic dicitur Ζεύς. Cf. Dion. Cass. XLIV, 6 : Δία τε αὐτὸν Ἰούλιον προσηγόρευσαν. — Vs. 5. ἁγνὸν ἔθηκε γράμμα refertur ad aliam inscriptionem.

CLX. In insula *Philis*. Edid. Hamilton. *Ægypt.*, p. 51 sq., Gavius, *Mon. nub.* tab. XII, 53, Welcker. *Syll. epigr.* edit. alt. n. 194, p. 244 sq., etc.

« Vs. 3. οἷα πέπαιγμαι docere poterat lusum inesse epigrammati. — Loquitur ipsum epigramma; simulat se auctorem ipsius non indicare; sed inde a vs. 5. refert quid senserit auctor per flumen advectus in insulam Philas; qua occasione prodit patrem auctoris Nicanorem. » *Bckh.-Fr.* — Cf. n. 4923. « Idemque vss. 5-9 loquentem inducit poetam quem γενέτην suum vocat. » *G. Kaib.*

CLXI. In insula *Philis*. *Corp. inscr. gr.* 4924. De Catilio poeta vid. anteced. epigrammata. Vs. 2. « Catilius Philis ab insula decedens, deam et insulam valere jubet et ex animi sententia grates agit. » — Vs. 4. « forma ἱαρῶ equidem non offendor; μναμεῖον, quia aliud vocabulum versu non capit, videtur vocem μνάμαν argutius repetere ex vs. 4. » — Vs. 7 » τὸ σῶφρον mavult Wilamowitz. » — Vs. 9. « Sententia videtur *qui sancte* (ἁγνῶς) *vivit, divina utitur sorte*. — Vs. 11. « Φίλος Wilamowitz, reliqua supplevit Franz. » — Vs. 12. « Wilamowitz Ἑρμῆς δὲ πέμποι καὶ κ. τ. λ. » *G. Kaibel.*

CLXII. In insula *Philis*. Edidit Gau *Monum. Nub.* tab. XII, n. 42, cum interpretatione Niebuhrii, et inde Bœckh-Franz. *Corp.inscr.gr.* III, p. 437, n. 4944, cum hac confessione : « Restitutio nostra non ab omni parte certa est. » Postea repetiit Franzius, in *Addendis*, inscriptionem quam ediderat Letronnius ex schedis Lenormanti et Wilkinsoni (*Rec. des inscr. gr.*, etc., p. 166 sqq. n. CXX, CXXI; cf. tab. XXI, fig. F.) Aliud apographum et dederat Bailiius *Fasc.inscrr.* III, p. 200, 204. — Vs. 2. Isidem Inachiam vocat Callimachus, Epig. LX (Brunck. *Analectt.* XXV; *Anthol. Pal.* Didot. VI, 150), quia eadem quæ Io esse credebatur. — Vs. 4. αἰὲν ἔτος idem valet atque ἔτος εἰς ἔτος in Soph. *Antig.* v. 341 : Ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος, pro quo schol. ἔτος ἐξ ἔτους; non autem id quod apud Xenoph. *de Rep. Laced.* VIII, 4 : ἀεὶ ἄρχειν τὸ ἔτος quod significat *per totum annum imperare*. Cum εὐτυχίαις suppl. ἐπί, quod exprimi solet, « cum prospera Cæsaris fortuna. » — Vs. 6. In Abato insula Sarapidis seu Osiridis sepulcrum esse credebant (Diod. Sicul. I, 22, Plut. *Is. et Osir.* p. 359); quæ prope Philas sita, cum aliis nisi sacerdotibus non pateret (vid. Senec. *Nat. quæst.* IV, 2, 7), ita vocata erat. — Vs. 7. Ἡμᾶς habet lapis quod cum pentametrum turbet, delevimus. Κρόνου ἐμπόριον idem esse quod ἠλύσιον seu μακάρων νήσους recte monet Letronnius. Cf. Pind. *Olymp.* II, 70.

CLXIII. In insula *Philis*. Edidit Gau, *Monum. Nub.* tab. XII, n. 41; Letronn. *Journ. des sav.* 1825, p. 229 (Cf. *Mémoires de l'Acad. des Inscript.*, etc., t. X, 1833. p. 184) et postea *Recueil des inscr. gr.* p. 166 sqq., Welcker. *Syll. epigr.* n. 195, p. 246, ed. sec., et Bœckh-Franz. *C. insc. gr.* T. III, n. 4943 et in *Addend.* p. 1232 sq. — « Auctor descripsit pompam navalem Blemmyarum et Nubensium quibus vetusto more concessum erat, ut statis temporibus imagines Isidis ex insula Philis in suam terram deducerent, unde sacris paratis sollenniter revehebant. » Rem ex Prisco illustravit Letronn. ll. cc. — Vs. 4. ναοὶ sunt ædiculæ portatiles quibus conditæ erant imagines deæ... ναοὺς ut monosyllabum pronuntiandum. » *Bckh.-Fr.* Hos titulos ætati Augusti tribuit Letronne.

CLXIV. *Thebis*, in Memnonis crure sinistro; *Corp.* 4720, etc. Supra scriptum est : Imp. Domitiano Cæsare Aug(usto) Germanico c(onsule) XVII, T, Petronius Secundus pr(æfectus) Æg(ypti) audit Memnonem hora I pr(idie) idus mart(ias) et honoravit eum versibus græcis infra scriptis. — Et sub disticho, curante T. Attio Musa, præf. coh. II Thebæorum. — Anni p. Chr. n. 95, dies XIV mensis Martii.

CLXV. In insula *Philis*. Edidit Parthey, *De Philis insula*, p. 52, et inde Letronn. *Journ. des Sav.* 1831, p. 409, et Welcker. in *Mus. Rhen.* ann. I (1832), fasc. II, p. 296; Bœckh.-Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 4925. Repetiit Letronn. ex Lenormanti et Wilkinsoni apographis, *Rec. des Insc. gr.*, p. 187 sq. n. CXXXIII; cf. tab. XVIII. Vid. et *Corp. inscr. gr.* T. III, p. 1227, *Addend.* — Vs. 4 ad Ptolemæum Sotera Ptolemaïdos conditorem spectat.

CLXVI. In insula *Philis*, in magno pylone, sub inscript. *Corp.* n. 4923. Ex schedis Lenormant edidit Letronne, *Rec. des Inscript.*, etc., p. 189, n. CXXXV (Cf. t. XXV), et inde Franz. in *Corp. inscr. gr.* t. III,

p. 1250, *Addend.* n. 4935*b*. — Vs. 1. « Verba ἔχον ἱππαίδα πόρπαν designant equitem trabeatum. » *Fr.*, id est qui trabeam gerit fibula instructam. « Nota adjectivum ἱππαΐς, ἱππηΐς formatum ab ἱππεύς, ut βασιληΐς a βασιλεύς. » — Vs. 2. « ἑσμὸς στρατιᾶς Συηναίας est i. q. εἴλη στρατιωτῶν ἱππέων τῆς Συηναίας στρατιᾶς. » *Fr.* — Vs. 3. Legebat Letronne γᾶπαν ἑορτεύουσαν κ. τ. λ. Novum verbum est πανεορτεύειν pro πανηγυρίζεσθαι. G. Kaibel ἔνθ]α πανο[π]τεύουσαν. — Vs. 4. id. [ὅλον σ]ώζειν.

CLXVII. Basi statuæ Memnoniæ insculptum hoc epigr. primus edidit Pocockius in *Descript. Itin. Ægypt.* t. I, p. 149. Tractavere multi, et nuper ex novo apographo Bœckh-Fr. in *Corp.* n. 4747. — Vs. 1. μέγα φωνεῖν Leichii est, ubi volebat Dorvill. χάδέα φ.; Reisk. μηκέτ' ἄφωνον. — Vs. 2. Dorvill. μάνθαν', ἐπὶ Τροίης ἄλλοκ' ἀπολλύμενον. — Vss. 3 et 4. Dorvilliana restitutio est; præter ὧν, pro quo scribebat οὗ, Toupius ἐνθ'. — Vs. 3. lapis ex Pocock. apogr. ΕΥΡΑΟΣ, quod servavit Reisk., Jacobs. ex Brunckio Νεῖλος. — Vs. 5. Dorvill. ἐπὶ Τρ. — Vs. 6. lapis Pocock. : ΦΟΕΙΓΕCΕΑΙ, restituit Dorvill. φθέγγεσθαι, Reisk. εὑρήσεις πεδίῳ. — Supra scriptum Ἀσκληπιοδότου ποιητοῦ τοῦ ἐπιτρόπου.

CLXVIII. *Thera* in insula. Edid. Henzen., *Ann. Instit.* 1864, p. 107, G. Kaibelius, 942. Supra scriptum Δωροκλείδας Ἱμείροντος Ἑρμᾷ καὶ Ἡρακλεῖ.

CLXIX. *Olympiæ* repertum die 24 april. 1878 edidit W. Dittenberger. *Archäol. Zeitung.* 1878. zweites Heft, p. 90 sq. — β. vs. 7, ἀνέφεδρος est certator quocum victore nullus fuit qui congredi auderet; lexicis, ni fallor, abest hoc vocabulum. — Cf. infr. γ vss. 5-6. — γ. Vs. 3. eum quasi virum perfectum mirata est Græcia, quamvis adhuc esset in puerili flore. — Vs. 5. Non felici sorte ei obtigit victoria. — Vs. 6. Ἀλφειός, deus fluvialis est, Jovis amicus; Pausan. V, 13, sub fin. : Olympiæ, in quibusdam sacris, aruspices cinerem ex Prytaneo deportant, eoque aqua ex Alpheo amne diluto, aram Jovis oblinunt : ὑπὸ δὲ ἄλλου τὴν τέφραν ὕδατος ποιηθῆναι πηλὸν οὐ μήποτε ἐγγένηται· καὶ τούτου εἵνεκα ὁ Ἀλφειὸς νενόμισται τῷ Ὀλυμπίῳ Διὶ ποταμῶν μάλιστα εἶναι φίλος. Idem legitur in schol. ad Pindar. *Ol.* X, 58, et in Plutarch. *De Oracul. defect.* XXVIII.

CLXX. In deserto cui nomen *Elithya,* in templo parvo. *Corp. inscr. gr.* 4835[b]. — Vs. 1. Θηβῶν ἄπο, Franz; Θηβῶν ἀγός Letronne. — Vs. 2. Lapis « ΠΟΣΕΙΔΗ Wilkinson, ΠΟΣΕΔΗ Caillaud, unde littera Η certa videtur; Ποσείδιος Letronne, Ποσείδεος Franz. Versus scazon ab nomine proprio excusationem habet. » *G. K.*

CLXXI. *Teno* in insula; edid. ex Francisci Desippæ pessimo apographo *Ephem.* 3408; inde G. Kaibelius *Epigr. grr.*, etc, n. 948. Supra scriptum est Οἱ] ἐφηβεύσαντες ἐπὶ γυμνασιάρχου Φιλίσκου τοῦ Φιλίσκου, Σίμου τοῦ Ἀρχαγόρου Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ. — Sequuntur Epheborum nomina. Vs. 2. Apogr. dat ΠΑΛΑΙΤΡΙΤΑΝΗΙΘΕΟΝΦΙΛΑΣΑΙ, correxit Bergkius *Fleckeis. Ann.* 81, p. 63, conjecit G. Kaibelius παλαιστρίταν ἤιθεοι φύλακα. — Vs. 3. Keil. σχήμασιν.

CLXXII. *Athenis*, herma mutilus. Edid. minusculis litteris Dittenberger *Hermæ* XII, 7. (*Corp. inscr. Attic.* III, 749), deinde G. Kaibel. *Epigrr. gr. e lap. conlect.* n. 953.

CLXXIII. *Athenis*, herma apud gymnasium quod dicunt Hadrianeum. Edid. Franz. *Bullet. archéol.* 1835, p. 210, inde G. Kaibel. n. 950. — Ælius Apollonius πατρόθεν Lycomida, μητρόθεν Phyllida fuit.

CLXXIV. *Athenis*, herma. Cumanudes edidit *Palingen.* 1865, mens. Nov. n. 22, unde G. Kaibelius *Epigrr. gr.*, etc., n. 951. — Vs. 2. « De gente Cerycum orti filius, pater, avus homonymi. » *G. K.*

CLXXV. In Memnonis crure sinistro. *Corp. inscr. gr.* 4721, coll. Add. III, p. 1201. Cf. *ibid.* 4722 : Λούκιος Φουνεισουλανὸς Χαρείσιος στρατηγὸς Ἑρμωνθείτου καὶ Λατοπολείτου ἤκουσα Μέμνονος δίς... σὺν τῇ γυναικὶ Φουλβίᾳ Θὼθ η, ἔτους ζ̄ Ἀδριανοῦ τοῦ κυρίου. id est ann. 123. — Vs. 3. Bailie ἐὴν ἤλυθεν; Franz, ἐλήλυθεν. — Vs. 5. suppl. Wilamowitz. — Vs. 6. pro κάρτα φιλοθέως vel θεοσεβῶς, scripsit G. Kaibelius (995) καὶ κλύων σαφῶς quod sensus postulare videtur. — Vs. 8. suppl. Letronnius, conjecerat Franz. ἐγὼ κλύον. — Vs. 12. « Ὄχλον ego, χορόν pulcre, sed vereor ne ultra poetæ ingenium, [recepit] Wilamowitz. *G. K.* — Vs. 13. Πάλιν Wilamowitz; « conjicerem χάριν, nisi sic probabilius esset ὧν εἶπες αὐτῷ scripturum fuisse poetam. » *Id.*

CLXXVI. Prope *Thessalonicam* inventus cippus, in quo mirmillo exsculptus est altera manu fascinam et pugionem tenens. Edid. v. cl. de Longpérier, *Rev. archéol.* 1849, p. 198 sqq. Inde G. Kaibel. *Epigrr. gr.*, etc., n. 945, qui Vs. 1. pro αἴθ' ἑ quod lapis habere videtur scriptum esse vidit ἔθ' αἱ. Laudat idem Petronii locum c. 57 : « et *puer,* inquit, *capillatus* in hanc coloniam veni, etc. » — Vs. 2. Ἐπηυκλέισα. Cf. Simon. Epigr. 125 : νίκαις ἱππόβοτον πατρίδ' ἐπευκλείσας, et id. Epigr. 156 : ἑπτάκι νικήσας ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν. — *Anthol. append.* 308 : Χαῖρε, Κλέων, Θήβας πατρίδ' ἐπευκλείσας κ. τ. λ.

CLXXVII. In Memnonis crure sinistro; edidit Pocock. *Descr. Orient.*, t. I, p. 105; inde Jacobs. *Paralip.* n. 73 et *Append.* n. 394, Letronn. *Journ. des Sav.* 1831, mens. Jun. n. XIX, p. 150 sq., etc. Bœckh.-Fr. n. 4725. Repetiit Letronn. *Recueil des Inscript.*, etc. p. 351, n. CCCXLIII ex schedis Nestoris L'Hôte et Franz. in *Addend.* p. 1202. — Supra scriptum est Ἰουλιὰς Βαλβίλλης, ὅτε ἤκουσε τοῦ Μέμνονος ὁ Σεβαστὸς Ἀδριανός. — « In restituendis his versibus nihil fere nobis reliqui fecit Letronnius. Nomen poetriæ Βαλβίλλης certum est (V. n. 4727 sqq.). Hæc Balbilla e comitatu Sabinæ Augustæ fuit, et in versibus gr. faciendis satis versata, sed mirum quantum læta dialecto æolica. Hinc explicandæ sunt formæ e reconditiore æolismo petitæ. (Cf. n. 4727.) » *B.-Fr.* — Vs. 1-2. Varia tentavit Letronnius, donec acquiesceret in eo ut πὺ ad morem æolicum, audacius dictum putaret pro τί..... Nobis visa est esse præpositio ἀπὺ, quæ forma ex titulis æolicis notissima est. — Vs. 4. de forma δύνοτον vid. Ahrens *De Græc. sing. Dial.* I, p. 582. Ceterum sonum Memnon edidisse dicitur πρὶν αὐγᾶς ἁλίω, quod est n. 4722 πρὶν πρώτης ὥρας. — Vs. 5. De λευκοῖς ἵπποις quos locos attulit Jacobs. *Anthol.* t. XIII, p. 827, iis addidit Letronnius schol. Sophocl. ad *Ajac.* v. 697, Theocr. *Idyll.* XIII, 11, Bœckh. ad Pind. *Ol.* VI, 95. — Vs. 6. ἐν σκίᾳ ὡράων nunc dictum pro σκιοθήρῳ s. ὡρολογίῳ. — Vs. 9. sic restituebat Bailie; G. Kaibel. n. 991 χ[ήρ]αις quod jam conjecerat Wilamowitz. — Vs. 10, χάμεν pro ἔχαμεν quo sensu et Theocritus XXVI, 5 adhibuit verbum et hodie usurpatur a Græcis. G. Kaibelius falsa esse asserens quæ dedimus, hæc proposuit non sine dubitatione. Μέμνονα· κά[πιθέμαν] καλ-

λ[ιλογο]ισι πόνοις. — Vs. 11, γρύππατα æolice sunt γράμματα. Cf. *Corp. ins. gr.*, n. 4730, in hac sylloge nostra n. 180 ultimo versu. — Vs. 12, παῖσι æolice p. πᾶσι. — Titulus positus est ann. p. Chr. 130, quo anno Thebas adiit Adrianus (Cf. *ibid.* n. 4727). Ex *Bœckh-Fr.*

CLXXVIII. Bœckh-Fr. *Corp. insc. gr.* 4721. In Memnonis pede sinistro. Edidit. Pocock. *Descr. Or.* p. 105, Hamilton. *Ægypt.* p. 174. Tractarunt multi, inter quos Jacobs *Abhandl.*, etc., p. 136, *Anth. Pal. Append.* n. 392, *Paralip.* p. 822 sqq. n. 71, Champoll.-Figeac. *Annales des Lagides*, t. I, p. 413 sqq., Letronn., *Journ. des Sav.* 1831, mens. Jun. et *Comment. de stat. voc. Memn.* n. XXI, p. 161 sqq. — Vs. 1. Lapis habet ΠΥΛΙΘΩ ΒΑΛΒΙΛΛΑ. « Aliud hoc est specimen poeticum Balbillæ. » *B.-Fr.*; pro quo vulgo legebatur Πόβλιος Βαλβῖνος. — Vs. 3. Σαβίννᾳ. Sabina Augusta audivit Memnonem diebus XXIV et XXV mensis Athyr, anno imperatoris XV, sive diebus XX et XXI mensis novembris, ann. p. n. Christ., 130. Bis eam audivisse docet n. 4728 (Σαβεῖνα Σεβαστὴ ἐντὸς ὥρας α̅ τοῦ Μέμνονος δὶς ἤκουσε). Igitur Balbillam altero die addidisse versum ultimum negligentius cum priore conjunctum censuit Letronnius... Proditur hic nomen Ægyptiacum statuæ Memnonis Φαμενώθ, pro quo dicitur n. 4731 Ἀμενώθ, omisso præfixo *Phi* et n. 4805, Ἀμενώθης, si quidem in monumentis Ægyptiis ubique audit Amenoth'ph, Amenoftes vel Phamenoph; Φαμένωφα appellat Pausanias I, 42; sed forma græca est Ἀμένωφις. » *B.-Fr.* — Vs. 4. Bckh.-Fr. ἦχε δρόμος, Cretico more, pro δρόμως, i. e. δρόμους. — Vs. 7 subjectum crediderim a quadratario.

CLXXIX. In statua Memnonis; edidit primus Letronnius, *Journ. des Sav.* 1831. Mense Junio et *Comment. de Stat. Voc. Memn.* n. XXIII, p. 167 sqq. ex schedis Saltii; postea *Recueil des Inscript.*, etc. t. II, p. 361, n. CCCXLV (tab. XXXVI, 24) ex schedis Nestoris L'hôte. Franz qui jam id dederat in *Corp. inscr. gr.* III, p. 371, n. 4729, repetiit *ibid.* in *Addend.* p. 1202 b. Ex novo apographo edidit Bailius *Fasc. Inscrr.* III, p. 246. quo etiam usus est Franz. *ibid.* Supra scriptum est : "Οτε τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ οὐκ ἠκούσαμεν τοῦ Μέμνονος. » Recentius iterum tractavit G. Kaibel. n. 989 ita :

Χθίσδον μὰν, [φίλε] Μέμνον, ὅς [οὐ φώνην ἐθέλησας,
  ὡς πάλιν ἀλλοτρίως βάξιν [ἄναυδος [ἔρυς·
..... γὰρ σέ[π]τα μόρφα βα[σιληΐδος, [αἴ Foι
  ἐ[λ]θοίσαι [γ' α]ὖται θήιον ἄ[χον ἴη[ς·

— Vs. 5 extr. [ἀπεῦσαν. — Vs. 7 extr. Ἀ[δρ]ιάνοιο.

CLXXX. In Memnonis crure sinistro. *Corp. inscr. gr.* 4730, coll. *Add.* III, p. 1202 sq., G. Kaibel. *Epigrr. gr. e lap. conl.* p. 416, n. 991. Varia sunt supplementa quæ, ut multum discrepant neque satis certis indiciis firmantur, omisimus. — Vs. 1. Bailie supplevit δέχνυσο, Μέμνον, — Vs. 2. G. Kaibel. μέγα δυστυχίαι σᾶι ἔτι μυρομέναν· — Vs. 3. « "τμᾶξε certum puto, quamvis audacter dictum de adempta a Cambyse voce. » *G. K.* — Vs. 4. De ipsa re cf. Herodot. III, 27, 29, etc., cujus verba adeo similia sunt, Ælianum, Hist. anim. X, 28 : τοῦτό τοι καὶ Ὦχος ὁ Πέρσης εἰδὼς ἀπέκτεινε μὲν τὸν Ἆπιν, ἐξεθέωσε δὲ τὸν ὄνον ἐς τὰ ἔσχατα λυπῆσαι θέλων τοὺς Αἰγυπτίους. Ἔδωκε δὲ ἄρα αὐτὸς δίκας τῷ ἱερῷ βοΐ οὐ μεμπτὰς οὐδὲ ἥττονας Καμβύσου τοῦ πρώτου τὴν ἱεροσυλίαν ταύτην τετολμηκότος. — Vs. 5. Bailie τῶ σῶ οἰκίστω ὀλέθρω, Kaibel. οἰκτίρματος ἠδ' ἄς. — Vs. 7. Frantz. τόγε κᾶλον ὀλεσθαι, Kaibel. τό γε θῆον ὀλ.. — Vs. 8. Bailie ἄθλιε, σῶσδες ἔτι; G. Kaibel ἄφθιτε, σῶσδε ἄι. — Vs. 9. Wilamowitz σέπτας ἀπὸ ῥίσδας, conjecit G. Kaibel. (σὲ δὲ Fίδμεν οἴω.); Letronne σέ [ποτ' ἀσπάσδοντο. — Vs. 10. Suppl. Frantz.

CLXXXI. In Memnonis crure sinistro. Primus edidit Pocock *Desc. Or.* t. I, p. 105; inde multi : Jacobs *Abhandl.*, etc. p. 143, *Paralip.* p. 824, n. 72, Letronn. *Journ. des Sav.*, 1831, m. jun. et in *Comment. de Stat. voc. Memn.* n. XXXV, p. 176 sq.; et Bœckh.-Fr. *Corp.* 4731. — Suprascriptum legitur : "Οτε σὺν τῇ Σεβαστῇ Σαβείνῃ ἐγενόμην παρὰ τῷ Μέμνονι. Jacobs. : vs. 1. 'γὼ Μέμνονα Τιθωνοῖο; vs. 2. Θηβαίας θάσσοντ'; vs. 3. ἡδυμελῶς δ' ἄειδ', Αἰγύπτιοι, ὡς...; vs. 4. παμπαλαίων. — Nullum dat scriptura dubii locum, quam majusculis ediderunt Bœckh.-Franzius. Attamen vs. 1 init. scripsit G. Kaibel. n. 992, Αὔως.

CLXXXII. In latere meridionali basis Memnonis. Edidere multi, Jollois et Devilliers in descr. Theb. in *Descr. Ægypt. antt.* t. I, p. 106, Boissonad. in *Comment. epigr.* ad calcem Epistolarum Holstenii, p. 445 sqq., Letronn. *Journ. des Sav.* 1831, p. 374, accuratissime in *Comment. de Stat. voc. Memn.* n. XXXVI, p. 192 sqq., Franz. in *Corp. insc. gr.* t. III, p. 375 sq. n. 4738. — « Supplementa vss. 4, 5, 6, 9, 10. Letronnio debentur. Auctor ex locutionibus Homericis (Cf. *Od.* Β, 4, *Il.* Υ, 407, *Od.* Μ, 438, *Il.* Π, 76, *Od.* Γ, 1) quas memoria suppeditabat, epigramma composuit paulo verbosius. Videtur sæpius visisse Memnonem; quod conjicio ex litteris residuis, quæ subjectæ sunt titulo Εὐτυχῶς. Σὺν Ῥουφίλλῃ..... Σὺν Λογγίνῃ, ubi indicare videtur quo die una cum uxore Rufilla, quo die cum liberis adfuerit hinc vs. 9, vox ἀμοιβαδίς. In epigrammate memorat eum diem quo ei bis audita est vox Memnonia, diem XIII mensis Pachon. anni XI vel XII imperatoris Antonini (d. VIII mensis Maii a. p. Chr. 149 vel 150). » *Franz.*

CLXXXIII. In statua Memnonis, infra n. 192 ὦ πόποι; edidit Letronnius *Journ. des Sav.* 1831, p. 375, et illustravit in *Comment. de Stat. voc. Memn.* n. L, p. 224 sq. — Vs. 1. Nominis Πετρωνιανός quarta syllaba brevis est. — Vs. 3. Kaibel, n. 1000, auctore Heckero *Comment. de Anthol.* (1852) p. 63, pro Λουκίλιος restituit Αὐρήλιος. — Vs. 5. id. ex Heckero ἀναστείχουσι... εἰ ῥ'... — Vs. 7. Cobet apud Heckerum στέρνων.

CLXXXIV. In Memnonis crure sinistro; accurate tractavit Letronnius in *Comment. de stat. voc. Memn.* n. XLI, p. 202 sq. Edidit post multos Franzius *Corp. inscr. gr.* n. 4740 « Trebulla quæ de re eadem hexametros malos scripsit (V. *Corp.* n. 4738) nunc tentavit trimetros, qui etsi meliores fecit, tamen non potuit quin admisceret choliambos duos. » *Fr.* Jam eadem poetria consarcinaverat hos trimetros (Corp. 4739) quorum claudicat prior :

τῆς ἱερᾶς ἀκούουσα φωνῆς Μέμνονος
ἐπόθουν σε, μῆτερ, κἀξακούειν εὐχόμην.

CLXXXV. In Memnonis pede sinistro infra titulum 4740 *Corp. inscr. gr.* Bœckh.-Fr. (supr. n. 184) in quo sub n. est 4741. Edid. Pocock. *Desc. Or.* p. 105 et *Inscript.* p. 81, n. 21, Hamilton l. c. 173, Jacobs. *Paralip.* p. 821, n. 70, *Append. Anthol.* n. 391. Accuratissime tractavit Letronnius *Comment.*, etc. n. XLII et XLIII. Supra scriptum est : Καικιλία Τρεβοῦλλα ἔγραψα ἀκούσασα τοῦδε Μέμνονος. — Vs. 3. Bckh.-Fr. ὀδυρτὸς, quod reposuit G. Kaibel.

CLXXXVI. In Memnonis crure sinistro. *Corp. inscr. gr.* 4735, coll. *Add.* III, p. 1203. — Ejusdem est ti-

ulus latinus apud Letronnium, *Recueil*, etc., II, 373 : « Q. Marcius Hermogenes præf. classis Aug. IV exaudit Memnonem hora I nonis Martiis. Serviano III et Varo coss. » *i. e.* ann. 134 mensis Martii die VII.

CLXXXVII. In Memnonis crure sinistro; edid. Pocock. *Desc. Or.* t. I, p. 105; tractavit Letronn. *Journ. des Sav.* 1831, p. 376; *Comment. de stat. voc. Memn.* n. XLIV, p. 209; repetiit Franzius *C. inscr. gr.* n. 4743. — Vs. 1. legebatur Πανίων nomen dissyll. correxit Wescher *Comptes rendus de l'Acad. des inscript.* 1871, VII, 278 ex titulo sequenti. Σιδήτης ab Side urbe Pamphyliæ. *G. Kaibel.* n. 1006.

CLXXXVIII. In Memnonis crure sinistro. *Corp. inscr. gr. Add.* III, 4761 c. Melius Wescher, *Comptes rendus de l'Acad. des Inscriptions,* 1871, VII, p. 278. Vid. anteced. titulum.

CLXXXIX. In Memnonis crure sinistro; tractavit Letronnius *ibid.* et post hunc et multos alios Franzius *C. inscr. gr.* n. 4745. « Catulus erat ἐπιστράτηγος Thebaidis. Epistrategi imperatorum ætate fere semper romani homines erant. » *Fr.* Κάτουλος habet ου breve quod refert u latini nominis, quod eadem quantitate est. Inscriptionis sensum ita explicat Letronnius l. c. : « Quoique le colosse ait éprouvé des mutilations, il n'en a pas moins conservé une voix que je suis venu entendre. » Νύκτωρ autem accessit Catulus, haud dubie ut adesset sole oriente. *Fr.*

CXC. In Memnonis cruce sinistro. Versus choliambos restituit Letronnius *ibid.* quem secutus est Franzius *C. inscr. gr.* n. 4744. Idem Pardalas qui videtur fuisse rerum scriptor inscripsit sese et syringibus Thebarum (Vid. *Corp. inscr.* n. 4812). Conjecit et Letronnius τὰς βύβλους posse quoque de peregrinatoris Diario accipi posse. G. Kaibelius putat « Pardalæ pariter ac Catilio Nicanori de Ægypti miraculis librum edere consilium fuisse. »

CXCI. In Memnonis crure sinistro; edid. Wescher. *Comptes rendus de l'Acad. des Inscr.*, etc. 1871, VII, 281. Præscripta sunt hæc... τῷ σοφιστῇ — ... ων..

CXCII. « In statua Memnonis. Ediderunt Hamiltonus *Ægypt.* p. 172, et Walpol. *Mem.* p. 467. Illustravit Letronnius, *Journ. des Savants*, 1823, p. 751-758; unde repetiit Welcker. *Syllog. Epigr.* n. 199, p. 249, ed. alt. Iterum tractavit Letronn. in *Comment. stat. voc. Memnon.* n. XLIX, p. 217 sqq. Sunt Homeri versus, primus *Il.* XIII, 99; XV, 286; XX, 344; XXI, 54 (Cf. *Od.* XIX, 36, Hymn. *in Mercur.* 219); secundus, *Od.* XIX, 40; tertius *ib.* XXIV, 530, ubi legitur, φωνῇ; quartus *ibid.* XVI, 196. « Ex igitur genere est parodiarum quæ vulgo Ὁμηρόκεντρα seu Ὁμηροκέντωνες vocantur. Auctor Arius fuit Homericus poeta ex Museo Alexandrino; » *Bckh.-Fr.* τῶν ἐν Μουσείῳ σιτουμένων ἀτελῶν. Vid. Letronn. *l. c.*

CXCIII. Ad oppidum *Gizeh*, in ungui Androsphingis. Edita est inscriptio in *Quarterly Review*, n. 38. Lond. Jan. 1819, p. 411, unde repetiit Welcker *Syll. epig.* n. 170, p. 220 ed. alt. Lapis nunc fractus asservatur in Museo publico Parisiis, et accuratissime delineavit Claracius. *Inscriptt. du Musée*, etc., tab. LVII, 496. A. n. 866. Citat Letronnius *Journ. des Sav.* 1830, p. 505 et *Recueil des inscr.* t. II, p. 481. Est et in *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 344, n° 4700 sq. Bœckh.-Franz. — Nuperrime (1874) eamdem inscript. edidit Nerutzus in *Athenæo* græco, ann. 2. t. 2. p. 31, præmissa hac nota : τὴν Σφίγγα κατακεχωσμένην οὖσαν ὑπὸ τοῦ ἄμμου, πλὴν τῆς ἐξεχούσης κεφαλῆς, περιεκάθηρεν ὁ Mariette πρὸ εἴκοσι περίπου ἐτῶν δι' ἐξόδων τοῦ φιλαρχίου δουκὸς De Luynes· παρὰ διαφόρους ἄλλας ἐπιγραφὰς ἀνεκαλύφθησαν καί τινες ἑλληνικαὶ ἐπὶ τῶν προσθίων ποδῶν, ὧν ἡ μᾶλλον ἀξία λόγου ἔχει ὡς ἑξῆς· Σὸν δέμας κ. τ. λ. — Vs. 8. extr. Nerutz. ἄνακτα. — Vss. 10-11 voc. αὐτομέδοντα, μεγαλήτορα quos jam legebat Dr. Youngius. *Quarterly Review*, l. c. p. 412. — Vs. 13. duo verba quæ supersunt dederat et Youngius, *ibid.* ἀθυροῦν lexicis deest, quæ tamen exhibent θυροῦν. — Subscriptum est, quod poetæ fortasse nomen fuit, Ἀρριανός. Androsphinx ille in regione Letopolitana positus erat, quæ arenosa fuit (Herodot. II, 8, Diodor. I, 63). — Vs. 2. Franz. πυρίδ' ἀμαζομένης. — Vs. 3. ἀρουραῖον τράπεζαν putat Letronn. campum esse in quo sunt pyramides. — Vs. 4. νῆσος πετραία eidem videtur sphinx esse ut quæ sese extollat in regione arenosa. « Non quæsierunt interpretes qualem deam sibi finxerit Arrianus poeta sphingem, quæ res quamvis in infinita numinum Ægyptiorum confusione lubrico sit, tamen hoc loco dubium non est quin sphinx Isidis personam induerit. Cf. Plut. *Is. et Osir.* c. 52. » *G. K.* n. 1015.

CXCIV. In syringe Rhamsis IX; ex schedis Champollionis et Wilkinsoni ediderunt Letronnius *Rec. des inscr.*, etc. p. 295, n. CCXLVIII (cf. tab. XXV, 43), Franz. *Corp. Inscr. gr.* t. III, p. 1212, *Addend.* n. 4807 h. « Letronnius, qui versus plures sequi putabat, vs. 2 legebat θαυμαστῆς τέχνης. Nihil deesse videtur. Et θαύμασα verum est, ut docet etiam Wilkinsoni apographum. » *Fr.*

CXCV. In syringe, seu regio sepulcro prope Thebas. Ex schedis Wilkinsoni edidit Letronn. *Rec. des inscr.* p. 265 sq. n. CCII; postea Franzius *Corp. insc. gr.* t. III, p. 1210, *Addend.* n° 4791 b.

CXCVI. « *Antinoes,* in meridiem, prope rudera urbis, quam Psinaulam putat Jomardus (Cf. *Descr. de l'Égypte antiq.* : *Heptanomide*, p. 13 sq. tab. LXIII, fig. 6), specus sunt in quibus Wilkinson incisas inscriptt. reperit; edidit Letronn. *Rec. des inscr.* t. II, p. 455, n. DX. » Fr. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 1190, *Addend.* n. 4705 i. — Vs. 1. Quod in lapide superest ΕΛΑ . . . ΞΕ optime restituit Letronn. ἐχάραξε, qui et προθυραίοις aut προπυλαίοις proposuit : prius, ut litterarum reliquiis melius conveniens, recepimus. Pro nomine Κατυλλῖνος fortasse legendum Κατουλλῖνος, nisi in latini nominis græca transcriptione, lapicidæ seu auctoris errorem credideris. — Vs. 2. vitiosum notat Franzius qui bene correxit mutato verborum ordine, servavit tamen λαυτόμιον, cujus formæ nullum est, quod sciam, aliud exemlum, pro quo reposuimus λατομιῶν sive λατομίων. G. Kaibel. n. 1021 scribit Λαοτόμων.

CXCVII. In Hæmo monte, *Beroe,* in loco hodie dicto *Eski-Zaghra* : ex Bondi apographo edidit v. cl. Alb. Dumont, *Bullet. de corr. hell.* 1878, p. 400 sqq. n. 1.

CXCVIII. *Tauromenii* repertum edidit G. de Spuches : « D'una greca epigrafe trovatasi in Taormina. » Palerm. 1862. Repetiit Ritschl, *Mus. Rhen.* XXI, 140 (*Opusc.* I, 784); deinde G. Kaibel, n. 824a. Misit v. cl. E. Egger cum hac nota : « Les caractères paraissent de date impériale. » « Litterarum ex formis Cavedonus (*Atti e memorie delle Disputazioni di storia patria,* etc., 1863, I, probante Ritschelio titulum ante scriptum collegit quam Augustus exactis incolis Tauromenio urbi præsidium

romanum imposuerit. » *G. K.* — Vs. 1. Le Bas, *Voyage archéol.* III, n. 822, mentionem facit de templo Serapidi dicato Tithoreæ, et memorant *Ephemerid. archéol.* n. 2628, collegium Σαραπιαστῶν. — Vs. 2. lapis habere videtur ΛΟΕΤΟ, quod ad neocori munus pertinet. — Vs. 3. lapis : ΤΕΙΝΕ; emendatum est in ΤΕΙΝΔΕ dorice pro τῆδε, quod receperamus, suspicati tamen ταὶ δὲ, quod sententiæ melius videtur convenire. G. Kaibelii scripturam admisimus. Quod attinet ad Serapidis neocoros Farnesius lapis ap. Gruter. p. 314, 1, memorat M. Aurelium quemdam Asclepiadem πρεσβύτατον τῶν νεωκόρων τοῦ μεγάλου Σαράπιδος, de quibus conf. Firmic. Matern. *De error. pr. relig.* p. m. 432. — Pro αὐθομολέκται quod quid sit non video, scripseram ex minusculis αὐθομόλεκτρ[ος], vocabulum quod, etsi lexicis deest, optimæ tamen notæ, ut sexcenta alia ejusdem generis, esse judicaveris; hic tamen ut ubique in hoc epigr. emendationes G. Kaibelii recepi. — Vs. 4. Ἐράσω, mulieris nomen nusquam alibi repertum; cujus tamen diminutivum quoddam habes Ἐράσιλλα in *inscript. Att.* ap. Bœckh. I, p. 246, 59. Ceterum neminem fugit plurima esse quæ priorem partem ἐρασι habent propria nomina. — Vs. 5. legebatur Ἀνθηνός s. Ἀνθηνόν, urbs ignota, nomine affinis Anthenæ, Laconiæ urbi, ap. Stephan. Byzant. Cf. Plin. IV, 5, Anthane, oppidum, quod, Pliniano tempore, fuerat. Pro quo scripsit G. Kaibel. ἀνθ' ὧν ὦ κρ., quod magis placuit.

CXCIX. Circa *Sinuessam* in Campania repertum edidit Viscontus in *Lettera su due monimenti ne' quali e memoria d'Antonia Augusta;* inde Jacobs. II *Paralipom.* n. 3, p. 755 sq., et *Append.* n. 110. « Scriptum est in templum et statuam Veneris [Anadyomenes], ab Eone, Drusi et Antoniæ liberta, ad Sinuessanum littus collocatam » *Jac.* : « Unde denuo emergentem dicit poeta vel potius dea ipsa, quæ loquens introducitur, non sine lucri cupidine domini tabernarum vinariarum quarum in regione posita statua est, » *Bœckh.*, quod non satis liquet. — De auctore Pompeio Juniore vide *Notitiam Poetarum* ap. Jacobs. et Dehèque, t. II, p. 413. — Nuper rursum edidit G. Kaibel, 810.

CC. *Athenis* ad Erechtheum. Edidit Ross. *Arch. Aufs.* I, 179, deinde G. Kaibel. *Epigrr. gr.*, etc. 791. — Nominum supplementa sunt Rossii : « videntur illi pro Atheniensium hospitio gratias agere. » *G. K.*

CCI. « *Athenis,* in Odeo Herodis. De anaglypho superest inferior viri pars (Artemidori) juxta aram adstantis. » G. Kaibel, *Epigr. gr. e lapid. conlecta,* 792. — Vs. 1. superest in lapide ΒΑΘΥΚΑΙΙ; restituit Pittaces. — Vs. 2. Ἐλαίου, pro Ἐλέου. « Ceterum poterat scriptor integrum hunc facere versum σόν θ' Ἐλέου θ' ἱεροὺς βωμοὺς ἱκετεύομεν ἡμεῖς. » — Vs. 3. conjiciebat Pittaces urbis nomen Σάρδεων, cui non assentitur G. Kaibel, « quoniam non rotunda Є, sed vulgari E forma utitur lapidarius, » superest tamen ..ΡΔC

CCII. Prope *Hypaten* repertum Παλιγγενεσίᾳ misit v. cl. Verettas, cum brevi commentario, ibique editum 30 Decemb. 1876, repetiit diarium aliud Παρνασσός 1877, p. 72, unde transiit in *Bullet. de Corresp. Hellénig.* febr. 1877, p. 120. Si Verettæ credis, Alexandri ætatis est titulus hic, ubi apparet urbis adhuc ignotæ nomen Latyia. — Inde quoque constat Ænianes fuisse etiam, ut testatur Eustathius (ad *Il.* B, 749), Ænienses (Αἰνιεῖς) dictos. Arbitratur et Verettas Sosandrum hunc nostrum Tolmæi fortasse esse filium, cujus nomen in quibusdam Ænianum nummis argenteis occurrit. De ceteris vide *Bullet. de Corresp.*, etc. l. c. — Nuperrime repetiit hoc epigramma Georg. Kaibel. *Epigr. græc. ex lapidibus conlecta,* 1878, Berol. p. XVIII-XIX, qui notat ad vs. 6, σωτῆρα καὶ κτίστην et Olympium sæpius vocari Hadrianum. *Corp. inscr.* 321 sqq. — Vs. 7. « Ἡρώων qualis est Sosander. » *Id.*

CCIII. *Boudroum.* Edidit Newton. *Further papers respecting the excavations at Budrum and Cnidus,* p. 19. — Verbum Ταθνῇ quod non occurrit in lexicis græcis, conjiciebat Newton nomen esse loci ubi exstructus fuerat ὁ οἶκος, i. e. τέμενος.

CCIV. *Athenis,* herma. *Ephem.* 2235 : præscriptum est Ἀγαθῇ τύ]χῃ — ἐπὶ ἄρχοντος Φ]λ. Ἀρριανοῦ Παιανιέως. In subscriptis notatur Abascanti pædotribæ annus decimus. — Vs. 1, quamvis ab initio abundet syllaba, aliter suppleri non potest. Cf. alterum titulum in *Ephem.* 1862, n. 107 : Ἀλκιδάμου κοσμητεύοντος ἔφηβοι et fragmentum quoque Athenis repertum, in quo legitur ἄνθεσαν] Ἀλκαμένους κοσμητεύοντος ἔφηβοι, et multa alia.

CCV. *Athenis* herma. Litteris minusculis edid. Dittenberger Hermæ XII, 9 (*Corp. inscr. Attic.* III, 753); G. Kaibel. *Epigr. gr.*, etc., 965 : « Alexandrum cosmetam Dittenberger eumdem esse vidit, qui in titulo *Philistoris* IV, 272 Commodi ætate scripto, archonte Tib. Claudio Bradua Attico Marathonio, memoratur. » *G. K.*

CCVI. Inter Elgin. marmora; ediderunt Osann. *Syllog.* p. 153, Bœckh. *Corp.* t. I, n. 250, Welcker. *Syllog. Epigr. gr.*, n. 128, et novissime Newton *Anc. gr. Inscr. in Brit. Mus.* n. XLII. — Vs. 1. Bœckh. et conjiciebat Ἡρακλείδου et Ἡρακλεώτης, subjiciens posterius de demo attico intelligendum esse, eo tamen incerto, et adire suadebat *Corp.* n. 842; addere poterat et nn. 843 usque ad 850, ubi apparet Ἡρακλεώτις aut etiam Ἡρακλεώτης, propr. nomen. De lampadibus in Lampadophoria præmio datis vid. *ibid.* ad n. 243. Mercurio et Herculi eæ lampades dedicantur ut præsidibus certaminum. Conf. similem dedicationem Byzantii, *Corp. inscr.* n. 2034 : Ὀλυμπιόδωρος Μενδιδώρου (nam sic scribendum vidit Lebas, 1474) στεφανωθεὶς τᾷ λαμπάδι τῶν ἀνήβων τὰ βοσπόρια τὸ ἆθλον Ἑρμᾷ καὶ Ἡρακλεῖ. — Vs. 2. Θῆκε pro ἀνέθηκε, ut in *Anthol. Pal.* VI, 129 etc.

CCVII. Edidit Cumanudes in *Athenæo,* 1877, p. 147, n. 27. — Vs. 1. ἦρχε i. e. ἄρχων ἦν, v. sq. epigr. Donarium dei in templo suspensum loquitur. — Repertum in Æsculapii ædis ruderibus, *Athenis.*

CCVIII. Eodem loco repertum dedit in eodem diario Ἀθηναίῳ, *ibid.* v. cl. Cumanudes, eodem lapidi inscriptum cum præcedente; sub altero legitur : Ἀσκληπιῷ κ] Ὑγιεία, καὶ Σεβαστῷ Καίσαρι... [ἱερέως διὰ] βίου Ζήνωνος τοῦ Λευκίου Ῥαμνουσίου; sub hoc autem : .... ἐπὶ ἄρχοντος καὶ ἱερέως Δρούσου ὑπάτου Πολυχάρμου τοῦ Πολυκρίτου Ἀζηνιέως. Hæc epigr. aut fragmenta diversorum temporum esse videntur; fragmenta sane sunt ætatis Romanæ. — Vs. 3. fort. leg. τοῦ διθυράμβου s. τῶν διθυράμβων, sin aliter, διθύραμβον adjectivum esse pro διθυραμβικὸν credas oportet, quod nullius, quod sciam, exempli auctoritate nititur.

CCIX. *Augustoduni* in *Corp. inscr.* 6797 legi-

tur. VVs. 1-2. Franzii supplementa sunt. Cressia, Κρησία, Britomartis, Βριτόμαρτις est, quo nomine gentiliter, ut refert Solinus, XI, Dianam appellabant Cretes.

CCX. *Athenis* prope Prytaneum inventus herma. St. Cumanudes *Philist.* I, 518; inde G. Kaibel. n. 969. Subscriptum est : Ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς Γαίου Κυίντου Ἱμέρτου Μαραθωνίου τὸν κοσμητὴν τῶν ἐφήβων Τρύφωνα Θεοφίλου Ὑβάδην οἱ υἱοί, Σάτυρος καὶ Θεόφιλος τὸν πατέρα καὶ Ἀπολλώνιος Θεόφιλον τὸν θεῖον, αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν παρέστησα τῷ ἰδίῳ κοσμητῇ Ῥούφῳ Ἐλευσίῳ. Sequitur magistratuum et ephebrorum index. — Vs. 1. Βασιλῆς, i. e. imperatores romani. — Vs. 5. cf. infr. inter *Sepulcr.* Βάσσος, ἐῆς πάτρης... Vs. 11 sive partis II (*b*), 3 : Βάσσος τύμβον ἔτευξεν. ἐρισθενὲς ἕρμα πόληος.

CCXI. *Athenis* in Parthenonis pariete. Edid. Lüders, *Bullet. arch.* 1872, p. 251. Subscriptum legitur ἐπὶ ἱερείας Ἀλεξάνδρας τῆς Λέοντος ἐκ Χολλειδῶν. — « Alexandra, Eteti uxor, Isidis sacerdos in titulo ap. C. Curtium, *Diar. arch.* 1871, p. 17. » *G. K.*

CCXII. *Epidauri.* Ex apogr. suo edidit P. Foucart. *Inscrr. gr. et lat.*, etc. Part. II, Mégar. et Pélopomn. Dedicata est ara Apollini et Æsculapio. Ut postulabat metrum, hujus nominis in locum positum est υἱεῖ, quo titulus infimæ ætatis esse arguitur. Ἀρητὴρ jam sacerdotis sensu est apud Homerum. » [*Il.* A, 11, 94, Σ, 78]. *Fouc.* — Vs. 2. Sacerdotis nomen est Major.

CCXIII. *Catanæ. Corp. inscriptt. gr.* 5649 d. — Vs. 2. Supplebat Franz. κόσμον [φίλη εἶναι] πατρ[ίδι, nescio quo metro.

CCXIV. *Romæ,* in basilica Julia. Edid. Matranga, *Bullet. arch.* 1853, p. 136. — Vs. 5. confert E. Curtius *Act. societ.* Götting. 1859, VIII, 166, Aristid. *Orat.* I, init. : τὰ μὲν ἐκ τοῦ φανεροῦ παρὼν (ὁ Θεός), τὰ δὲ τῇ πομπῇ τῶν ἐνυπνίων. — V. Welckeri disputationem *de Incubatione,* Kl. Schr. III, 144 sqq.

CCXV. *Epidauri.* Stephan. A. Cumanudes in Ἀθηναίῳ, 1875, p. 273-74, ἐκ τῆς Παλιγγενεσίας, 18 Jul. 1874, cui miserat gymnasiarcha Nauplii, Dem. Petrides. — Vs. 2. simili dicendi figura Homerum dixit Archias κοίρανον ὕμνων *Anthol. Palat.* VII, 213, et Hecatum (Apollinem) ἀοιδῆς κοίρανον Christodorus, *Ecphr.* in *Anthol. Palat.* II, 1, v. 267.

CCXVI. In Ἀθηναίῳ 1876, p, 421, n. 15, dedit v. cl. Cumanudes. Suprascriptum legitur Ἡ ἐξ Ἀρείου πά[γου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ [τῶν...] καὶ ὁ δῆμος Τι......... φαντον Ἀχαρν[έα], et infra : Ἀντιφῶντος[..;..] — ζακορεύοντος Μαρκ....... Βησαιέως.

CCXVII. *Mitylenis* in oppido. Est in Pocock. *Inscriptt. ant.* P. I, 64, S. 6, n. 19, p. 47. Anton. Askew asportavit in Britanniam; inde in *Analecta* Brunckii translatum est, t. III, p. 190 (et in Jacobsii *Append.* n. 323). Cf. *Animadd.* vol. III, P. I, p. 402. Dedit et vir doct. (Hermann). *Dissert. de Epigr. quibusdam gr.* p. 13. — Vs. 1. Bœckh. : Σοὶ πλάκ' ἀν' ἦ[μαρ] ἀνῆκε κ. τ. λ. Tibi planum hocce concessit filia Jovis, etc. — Vs. 2. id. Πηγὴ Νυμφάων, Ὄρφιτε κ. τ. λ., fons, (una) Nympharum Orphite, etc. « Romanus homo Orphitus s. Orfitus habuit Mitylenis fundum Dorycnama dictum, in quo lacus fuit; σοί Orphito, πλάκα, planum lacus, ut πλάξ de mari dicitur. Ἀν' ἦμαρ ἀνιέναι dixit auctor pro ἐς φάος, hoc quoque licentius. » *Bckh.* Ὄρφιτε jam dederat Taylor ad Demosth. Or. *de Fals. leg.* — Vs. 4. *id.* κάθθεσαν, ut Σαπφώ et talia. — Vs. 5. Jacobs. post alios Δορύναμα; vir Lips. l. c. : « Vix credibile est neminem in Δορύκναμα incidisse, cum tamen apertissime hoc illi loco nomen fuisse ostendant ea quæ præcedunt. Tabulam, qui posuit epigr., fonti consecravit tepido, quo olim fessos pugnando artus reges recreaverant. » — Vs. 6. V. Lips. ὁ δὲ λιαρῇ. Jacobsius et cett. ἐλαιηρῇ. — Vs. 7. Jacobs et cett. δι' ἐργατίναις quod barbare dicitur; διεργατίνης tamen lexicis deest. — Vs. 8. omnes : τρ. υ. λυκάβαν γραμματικὸς τελέω. « Λυκάβαν pro λυκάβαντα heteroclitum est. » *Bckh.*

CCXVIII. Edidit Cumanudes, *Philistor.* t. I (1861) p. 428, n. 2. — Vs. 1. satis compertum τὸν κοσμητὴν magistratum Atheniensem esse cui gymnasiorum cura erat mandata. Teles. ap. Stob. *Flor.* 98, 72 : Ἔφηβος γέγονεν, ἔμπαλιν τὸν κοσμητὴν φοβεῖται, τὸν παιδοτρίβην. De voce κοσμητὴς cf. Mart. II, 90, 1 : Quintiliane, vagæ *moderator* summe juventæ.

CCXIX. Idem v. cl. S. A. Cumanudes. *Philist.* t. III, (1862), p. 60 sq. n. 1. Supra scriptum est : Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων τὸν κοσμητὴν Ἡλιόδωρον, Πειραιέα. Infra versus habes nomina archontis, magistrorum (παιδευτῶν) et epheborum : quæ inter exstant Heliodori Piræi, magistri, et Zopyri, Heliodori filii, ephebi. Κεστροφόρος deest *Thesauro.* — Vs. 3. Εὔαδε restitutio est v. cl. Cumanudis (v. *ib.* p. 62). — Vs. 4. ut potuimus, ex. grat. supplevimus, ex Pindar. *Nem.* III, 123 sqq. : Ἐν δὲ πείρᾳ τέλος διαφαίνεται, ὧν τις ἐξοχώτερος γένηται κ. τ. λ. Scribi etiam potuisset εἶχε μέρος. Postea nonnullis aliis ejusdem lapidis fragmentis repertis, v. cl. Cumanudes (*Philist.* t. IV, p. 468 sq.) eamdem inscriptionem repetiit, integramque dedit, lætus quod re vera probaretur sua de v. εὔαδε conjectura. Ex novo apographo et certum esse apparet quod scripseramus ipsi Vs. 4. ὅτι. Sed pro τέλος aut μέρος, quæ tentaveramus, lapis melius exhibuit κλέος.

CCXX. *Athenis.* Edidit Spon. (*Voyage d'Italie*, etc., t. II, p. 306) qui notavit hoc monumentum à Whelero in Angliam missum fuisse cum novem decemve aliis pulchris marmoribus; non distinxit versus in suo apographo; inde repetiit Bœckh. *Corp.* t. I, p. 375, n. 270. Subscriptum est : Ἐπὶ τῆς Γαίου Ἰουλίου Κασίου Στιριέως ἀρχῆς κοσμητῆς ἐφήβων Ὦλος Πόντιος Νυμφόδοτος Ἀζηνιεύς. Stiria pagus est atticus tribus Pandionidis, Azenia Hippothoontidis. — Vs. 2. κοσμητὴς est gymnasii rector, seu moderator eodem sensu quo dicitur a Martiale (Epigr. II, 90, 1) Quintilianus vagæ *moderator* juventæ.

CCXXI. S. A. Cumanudes, in *Philistor.* t. III, (1862), p. 62 sq. n. 2. — Vs. 1. editor supplevit Ἰάκχου, cum dubitationis signo. — Vs. 2. pro νυχίων scripsimus νυχέων et restituimus μυστιπόλων, collato versu 6 epigr. anonymi in *Append.* Jacobs. n. 164 : ἤμασι μυστοπόλοις βωμὸν ὑπερτίθεσαν; quod vertit v. doct. Dehèque : « Ont *dans les jours consacrés à la fête*, élevé cet autel. » — Sub reliquis. οδων latet, ut opinor, κοσμήτου nomen ὁ Ῥόδων verbi gratia, quod legitur in inscriptione *Philistoris*, t. III, v. 279. Scripsit G. Kaibel, 957 : νυχίων μυστιπό[λος συν]όδων. — Vs. 5. περιφραστικῶς significatur Ptolemais tribus Attica, in honorem Ptolemæi Evergetæ sic appellata, quæ prius Ἀντιγονὶς vocabatur. — Vs. 6. eadem ratione designatur tribus Antiochis. Pro χάτερος Kaibel αὐτὸς δ'. Sub versibus scriptum est

Ἐκεσ]τροφυλάκει Εὐτυχίδης Ἀσκληπιοδώρου Αἰξωνεύς.

CCXXII. V. cl. St. A. Cumanudes in *Philistor.* t. III, p. 283, n. 3, cum nonnullis, ut solet, animadversionibus. Disticho subscriptum est Παιδοτριβοῦντος διὰ βίου Ἀβασκάντου τοῦ Εὐμόλπου Κηφισιέως ἔτος ζ, et inter alia, hæc : οἱ ἐπὶ Κλ. Χρυσίππου ἔφηβοι φίλοι καὶ συ(ν)στάται μείναντες, quorum sequuntur nomina.

CCXXIII. « *Spartæ,* in Museo, in Herma quadrato qui olim protomen Damocratis sustinuit. » Reperit et edidit Rossius *Inscrr. gr. inedit.* fascicul. I. p. 29. tab. III, 29. Dehinc et ex lapide ipso Lebas. *Rev. archéolog.* 1844, p. 708. Repetitum in *Voyag.*, etc. *Inscriptt.* etc. *Laconie;* n. 167. — Vs. 6. « Ἐπιστατέων est genitivus ab ἐπιστάτης, non participium, sensusque est : qui alios (gymnasiorum) præfectos dexteritate in exercitationibus gymnasticis antecellit. Nam γυμνασία est exercitatio gymnastica, dexteritas quam quis continuatis hujus generis exercitationibus sibi comparavit. » *Ross.*

CCXXIV. *Eleusine*, repertum, Lutetiam translatum a Choiseulio multi edidere, primus ante omnes Villoison. *Proleg. in Hom.* p. 53, et *Mém. Acad. Inscriptt.* t. XLVII, p. 330, qui simul ac e terra eruebatur, exscripserat; post alios Bœckh. *C. i. gr.* n. 434. Nuper repetiit ex marmore ipso Frœhner, *Mus. du Louvre, les Inscriptt. gr.* p. 137, sq, n. 63. — Vs. 1. Fr. Μήτηρ. — Vs. 2. οὔνομα. — Titulus hic videtur esse ann. p. Chr. nat. 125. — Marcianus hic noster occurrit etiam in inscript. attica, edita in *Philistore,* III, 62.

CCXXV. *Venetiis,* olim in domo Friderici Contareni procuratoris D. Marci, tabula *Delo* allata; inest anaglypho expressa mulier mortua porrecta, passo capillo, infra ara, in quam thus imponit togatus; ab altera parte aræ stat taurus. Infra est inscriptio. Primus edidit Gruter. *Thesaur.* p. 1073, 4; inde Brunck. *Anal. Lectt.* p. 287, n. CLXII[b], Jacobs. (*Animadd.* vol. III, P. I, p. 378), *Append.* n. 322. et Bœckh. *Corp.* 2292. — Vss. 5-6. deerat finis; supplevit Grotius, *Floril. Græc. Mantiss. tert.*

CCXXVI. In acropoli Smyrnæ repertum, editum est primum in *Monatsber. der Berl. Ak.* 1875, s. 10, et nuperrime repetitum in eadem *Relatione,* 1876, 22 juin, p. 349. majusculis et minoribus litteris. Vss. 1-2. haud insulse ut mihi videtur, restituti erant :

...... Ἀσκληπιῷ ἰητῆρι
..... γράμματ' ἐφεῦρε σοφά

G. Kaibel..... Ἀσ[κληπιόν, ἔργον ἄμεμπτον. — σο]ὶ φρενὸς ἐξ ἰδίης γρ[άμμα τόδ' εὑράμενος. Vs. 5. quod in marmore satis clare legitur ἰλήκοις retinui, pro ἡλήκοις quod prior nescio qua ratione finxerat editor. Vs. 6. lapis habet δοίη, pro quo prius editum erat δοιη[ς] θ'. — De hymno quem Phœbo Pæani, Æsculapio et Hygiæ cantabant Asclepiades medici vid. infra Ὑγίεια, πρεσβίστα et Ἥδη χαῖρε.

CCXXVII. *Romæ,* in plintho statuæ. *Corp. inscr. gr.* 5975. — Vs. 1. supplevit G. Kaibelius qui « nec O. Mülleri ἐν ποσὶ σῶ nec Welckeri conjecturam ἐν κόλπῳ probari posse » dicit, ubi lapis habet ϽѠϹѠΤΗΡ — Vs. 2. « init. nomen velut Σέμνος. » *G. K.*

CCXXVIII. *Smyrnæ. Corp. inscr. gr.* 3159. Veronæ descripsit Wilamowitz, et inde G. Kaibel. *Epigr. gr. e lap. conl.* p. 327, n. 805. suprascriptum est Κό(ιν)τος) Βαλέριος Ἰουλιανὸς Σμυρ(ναῖος).

CCXXIX. Ad *Plagiam* Lesbi insulæ oppidum. Conze, *Itin. insul. Thrac.* tab. XVI, 1, unde G. Kaibel. *Epigrr. gr. e lap. conl.* n. 812. — Vs. 3. Kaibelii sunt supplementa, qui et πυκινή proposuit. « Mercurius in hortis positus Priapi vice fungitur. » *Id.*

CCXXX. *Olympiæ,* die 27 Decembr. 1879 repertum ex apographo Purgoldii edidit W. Dittenberger, *Archäol. Zeitung,* 1878 viertes Heft, p. 210, n. 331. Subter scriptum est Ὀλ(υμ)π(ιάδι) σνγ' = 233 post Chr.

CCXXXI. *Athenis*, herma. G. Kaibelius, *Epigrr. gr. e lap. conl.* p. 406, n. 971, præscriptum est... καὶ οἱ σ[υνέφηβοι] τόν συν [στρεμμα] τάρχην M. Αὐρ. Τελέσ]φορον Τερτίου [Κηφι]σιέα κοσμιότητο[ς] πάσης ἕνεκεν. — Τελέσφορος τὸν ἑαυτοῦ σωφρονιστήν. Κηφισιέα incertum Neubaueri supplementum. « Bene vero idem titulum in *Philist.* IV, 344, 4, ubi memoratur Aurelius Nero ὑποσωφρονιστής, eodem anno positum vidit, i. e. archonte Aurelio Laudiciano circa ann. 240. » *G. K.* — Vs. 1. δῆμος Ἐρεχθείδης ἐφήβων i. e. Omnes ephebi attici. *Id.* — Telesphorus hujusce tituli fortasse idem est ac Telesphorus ephebus qui cum olim Philemonis cosmetæ imaginem posuerit, et ipse a Diocle ejusque sodalibus imagine honoratur, in tituli fragmento (Lebas. I, 148) ubi legitur

Ὅς] ποτ[ε] γυμνασίῳ Φιλήμονος ἔστανεν Ἑρμῆν
νῦν σ[τ]ήκω κἀγὼ Τελέσφορος.....

CCXXXII. Supra scriptum est : Τ. Δομίτ(ιον) Προμ(η)θέα Ὦαθεν παράδοξον περιοδονίκην τὸν ἀντικοσ[μητή[ν Τ. Δομίτ(ιος) Προμηθε[ὺς] Ὦαθεν καὶ Τ. Δομίτιος) [Νά]ρκισσος τὸν [ἑαυτῶν] πατέρα. Ὀλύμπια Πύθια Ἴσθμ[ια] [Νέμεια] . . . ᾱ β̄ ᾱ ᾱ

Athenis. Edid. Miller, *Revue arch.* 1872, p. 354, cujus et G. Kaibelii sunt supplementa. — Vs. 3. Supplebat ille Πυθοῖ τε καὶ ἔσχον ἐν Ἰσθμῷ. Vs. 5. lapis ΞΗΚΟΝΘΙ...ѠΝ « quæ aliter legi nequeunt, quanquam mirus est genitivus *sexaginta coronarum* ἀσυνδέτως positus et quidem pendens ab ἆθλα vocabulo v. 4, magisque etiam mirus liberior vocis στεφάνων usus, cum quidem ἀγῶνας θεματικοὺς et στεφανίτας inter se opponi pateat. » *G. K.*

CCXXXIII. *Constantinopoli* supra anaglyphum, in quo auriga exsculptus est in quadriga adstans, flagellum coronamque manibus tenens magna victori plausus ferentium caterva cinctus. Equorum nomina appicta Νικοπόλεμος, Ῥαδιᾶτος, Πύρρος, Εὐθύνικος. — Henzen, *Bullet. arch.* 1847, p. 122, G. Kaibel. *Epigrr. gr.*, etc. p. 388; n. 935. Infra scriptum : Δῆμος Πρασίνων. — Ἄγεται, οὐκ ἄγεται, οὐ μέλει μοι· δὸς ἡμῖν Πορφύριν, — Πρασίνοις Πορφύριν. — Ἔτερψεν εἰς Βένετον, τέρψει καὶ εἰς Πράσινον· — εἰ δ' αὐτός, λάβε τὸ δημόσιον. — G. Kaibelii sunt supplementa ex *Anth. Plan.* V, 340. — Vs. 2. « Porphyrius Calliopas, natione Afer, celeberrimus quinti sextique sæculi apud utramque factionem auriga, idemque variarum circensium seditionum auctor et dux. » — Βασιλεύς, fortasse Anastasius. — Vs. 5. Postulant Prasini ut sibi cedatur Porphyrius auriga; imperatori enim jus erat aurigas alteri factioni tradendi. Eadem paullo immodestius flagitant Prasini in eis quæ subscripta sunt. Minatus esse imperator videtur, nisi quietem agerent, certamina fori ut omnino

prohiberentur; respondent illi *sive fient, sive non fient* (ἄγεται, οὐκ ἄγεται, scilicet τὸ ἱππικόν, *cede Porphyrium,* et adjiciunt ad ipsum Porphyrium conversi *si ipse audes, sume pannum prasinum;* hoc enim esse τὸ δημόσιον demonstravit Reiske, ad Constant. Porphyr. *Cærim. aul. Byzant.* p. 344 sq. — Videntur hæc a seditiosis scripta esse. » *G. Kaib.*

CCXXXIV. *Athenis.* Edidit Pocock. *Inscriptt.* p. 51, n. 22. Inde Jacobs. in *Paralip.* II, p. 773, n. 23, et *Append.* n. 177. — Vs. 1. συνοπάονα, rarum vocabulum, cujus alterum modo habes exemplum ap. Orph. *Hymn.* xxx, 5. — Vs. 2. Marmor, ut videtur, ΚΡΑΤΟ, quod forsan a typotheta depravatum pro ΚΑΡΠΟ, restituit Jacobsius. Legit tamen G. Kaibelius κρατὸ[ς], cum hac nota : κρατός recte Bœckh.; videtur labrum dici, quo fons influit, sicut Cæsar *B. G.* IV, 10, Rheni fluminis ostia *capita* dixit.

CCXXXV. Apud Grot. *Mantiss. sec.* p. 326, sub hoc lemmate : Τὸ ἐπὶ τῷ ἀγάλματι Ἑρμοῦ τετρακεφάλου τοῦ ἐν τῷ Κεραμεικῷ, et alios. Memorant Photius, *Lexic.* s. v. Ἑρμῆς τετρακέφαλος, Eustath. *Il.* p. 1353, 8.

CCXXXVI. *Argis. Expédit. de Morée* t. II, p. 97, Ross., *Inscrr. gr. ined.* n. 54. Welker. *Rhein. Mus.* 1842, p. 213, Lebas.-Foucart. *Inscrr. gr. et lat. rec.*, etc. Mégar. et Pélopon., Argolid. n. 113. « Satis compertum est Mercurium nocturni custodis partes obtinuisse, ut Hermes apud Athenienses. Igitur si quid noctu in viis ageretur, testis erat et index rerum justarum injustarumve per tenebras actarum. Ille ergo qui eum dedicavit et fortasse ante domi fores statuerat, non, ut verisimile est, in animo habuit ei tantas adsignare partes quas sibi finxere interpretes, sed tantummodo omnes admoneri voluit testem, quidquid agebant, adesse. » *Fouc.*

CCXXXVII. In agro *Rhythymnio*, ad radices montis Idæ in Creta; edidit Gruter. *Thesaur.* p. MLXVIII, 1. cum interpretatione latina Feulani. Deinde alii et Brunck. *Anal.* III, 183, n. 169, Jacobs. (*Animadd.* vol. III, P. I, p. 382), Append. n. 282; Bœckh. *Corp.* 2569. Supra scriptum est : Ἄρτεμις ἡ Σαλουΐου θυγάτηρ. — Vs. 1. Grot. Ταλλείοισιν. — Vs. 2. Grotii apograph., φιλοφροσύνης. — Vs. 3. Σαλούϊος ex Murat. *Bœckh.*, Σαλλόνιος *Jac.* — Vs. 5 « expressus videtur ex Homero, *Il.* A, 88 : Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο. » *Id.* — Vs. 8. « συμβίου pro ἀλόχου, τοῦδε ad Salvium referendum. » *Id.*

CCXXXVIII. *Thebis,* edid. Lebas. III, 560, Keil. *Syll. inscr. Bœot.* p. 174, G. Kaibel. *Epigrr. gr. e lap. conl.* p. 337, n. 869, qui pro verbo δῆμος proponit μήτηρ.

CCXXXIX. *Athenis* in arce. Ed. Rossius *Arch. Aufs.* II, 657 cum Keilii adnot. 14, cujus sunt supplementa.

CCXL. *Eleusine, Ephem.* 3771, *Bullet. arch.* 1860, p. 181. — Vs. 1. « hierophantis nomen ex sacrorum ritu tacetur. » *G. Kaibel.*

CCXLI. *Ephesi,* edidit J. T. Wood. *Discoveries at Ephesus,* Inscriptions, p. 10, n. 7. — Vs. 1. ῥυσίπτολιν, civitatis defensorem. Cf. Æschyl. *Sept. c. Theb.* 120. — Vs. 3. Κόδρατος, Quadratus : fuere multi hujusce nominis, præter Ummidium Quadratum de quo vid. Tacit. *Ann.* XII, 45 et 54; XIV, 26. — Vs. 5. Hadrianus videtur Quadrati, sive forsitan Severi fuisse cliens. Supra scriptum est Ὑπατικὸν ποντιφίκα Ὑμμιδίου Κοδράτου πατέρα κῆδε[στήν]. Sequens linea desideratur. — In nota quæ secundo Woodii volumini addita est, F. J. A. Hortus aliter legit quædam hujus tituli et interpretatur. Vs. 5. ἀνέθηκέ σε Οὔηρον; cetera et ad ejusdem ætatis (a. post Chr. 139) principes refert, et finiendo, « poeta Hadrianus, inquit, fuisse potest libertus aut quilibet qui alio nomine ab Annio Vero penderet. » Th. Mommsenius et, eo auctore, G. Kaibelius (cujus vid. notam ad n. 888 a. Addend.) existimant hunc esse Hadrianum Cæsarem, et Severum (L. Catilium) C. Ummidii patrem fuisse, consulem II ann. 120, qui postquam, Hadriano imperante, magna fuerat auctoritate, ut Urbis præfectus, gratia excidit et successorem accepit. — Vs. 8. ἑσταότ' [Ἀρτέμιδος πλ]ησίῳ ἐν τεμένει. *G. Kaib.*

CCXLII. Apud *Thespias.* Cumanudes *Ephem. arch.* 1869, n. 336. « Hadriani Cæsaris et anathema et versus esse credebat Cumanudes. » De re ipsa vid. Dion. Cass. LXIX, 10. Περὶ τὰς θήρας ἐσπουδακέναι λέγεται... καὶ πόλιν ἐν τῇ Μυσίᾳ οἰκίσας Ἀδριανοῦ θήρας αὐτὴν ὠνόμασεν. Quibuscum cf. quæ Marium Maximum secutus Spartianus tradit (Hadr. c. 20) : *oppidum* Hadrianotheras *in quodam loco quod illic et feliciter venatus esset et* ursam occidisset *aliquando constituit.*

CCXLIII. In *Pharo* insula Adriæ. *Corp. inscr. gr.* Add. II, 1837 *d.* « Cf. tit. ibid. inventum *Corp. inscr. gr.* 1837 *e.* Ὀργιλῶ Δημάρχου Ἀφροδίτῃ δεκάτην. » *G. K.*

CCXLIV. *Athenis,* repertum in basi ex marmore Pentelico, in qua erecta erat δικῶν ῥητῆρος statua. Tetrasticho præmissum est : [βουλὴ τῶν Πενταχοσίων] καὶ ὁ Δῆμος τῶν [Ἀθηναίων] ἐτίμησεν Πόπλιον Ὀρδεώνιον..... Λολλιανὸν... τὸν σοφιστήν. Edidit v. cl. K. S. Pittaces Ἀρχαιολ. Ἐφημερ. 1838, Jun. et Jul. p. 106 sq., n. 53. — Vs. 1. imitari videtur poeta Hom. *Il.* I, 443 : Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. Cf. Leont. Scholast. Epigr. *Anth. Pal.* VII, 579. — Fortasse non fuit ille utique causidicus s. causarum actor, sed tantummodo, ut moris erat apud Athenienses, λογογράφος, id est *orationum scriptor*, quas pretio emptas pronuntiabant apud judices dicendi imperiti litigantes. — V. E. Eggeri Dissertat. *An Athenienses causidici professionem noverint* (Mémoires de Litt. anc. p. 368) ubi laudatur hic inter alios Platonis locus *Euthyd.* XXXI, p. 305, B : Πότερον τῶν ἀγωνίσασθαι δεινῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις ῥήτωρ τις ἢ τῶν τοὺς τοιούτους εἰσπεμπόντων ποιητὴς τῶν λόγων οἷς οἱ ῥήτορες ἀγωνίζονται. — Vs. 3. Pittac. εἰ δὲ θέλετε τίνες κ. τ. λ. Lapis : ΕΙΔΕΘΕΛΕ. Ε. — Vs. 4. Pittac. αὐτῶν τε ὄνομα, quod et lapis habere videtur. « Sodalium nomina inscripta erant disco ex quodam metallo, quod basi erat affixum, ubi etiam nunc apparet incisura quædam cui insertus fuerat discus. » *Pittac.*

CCXLV. Ex schedis Fourmonti edidit Bœckh. *Corp.* n. 406. inscriptionem hanc quæ in basi olim Eleusine posita, mox Salaminem translata, nunc est in æde Beatæ Virginis. Supra distichon scriptum legitur : Ἀγαθῇ τύχῃ. Κατὰ τὰ δόξαντα τῇ Ἀρείου πάγου βουλῇ καὶ τῇ βουλῇ τῶν χ' τὸν ἀφ' ἑστίας μυηθέντα Ἀθήναιον τὸν καὶ Ἐπαφρόδιτον, Ἀθηναίου περιοδονίκου υἱόν, Φλυέα. « ..... Mirum quod, cum alterum ejus nomen in superiore parte sit Epaphroditus, in versibus is postea δῖος Ἀθηνόφιλος vocatus dicatur. Quam rem vide an ita expedias. Parentes Athenæum, quod omnibus civibus carus esset, Ἀθηνόφιλον vocarunt; sed cives dixerunt Ἐπαφρόδιτον,

quod gratiosus et venustus esset : ex qua denominatione fluxit altera, qua eum vocarunt parentes. » *Bckh.* Sed errasse nobis videtur vir doct. Bœckh., cum in decreto Athenæus possit non idem esse atque Athenæi filius Epaphroditus. Quod si unus esset et idem, legendum esset τὸν αὐτὸν καὶ, etc.

CCXLVI. Dedimus ex Cumanude in *Philist.* t. III, (1862), p. 461 sq. n. 3, qui tituli hujusce tam misere mutilati restitutionem haud facilem sibi videri fatetur. Eodem fere tempore editum fuerat in Ἀρχαιολ. Ἐφημ. 1862, Jul. p. 163 sq. n. 165. Nonnulla sunt verba quæ in lexicis, neque vel in *Thesauro* reperias, hæc : vs. 3. φερεστέφανος; vs. 4. ἐγερσιβόαι ; vs. 5. πολυπτύκτοις, ἀγαθοκλεῖς; vs. 6. αὐλοβόαν ; vs. 8. ἀμφικρότοισι. — Vs. 1. Πτολεμαίου ἐπών., de hac periphr. conf. supr. eod. cap. n. 221. Ἦρχε μὲν Ἡρώδης. — Lect. variet. in Ἀρχαιολ. Ἐφημερ. : Vs. 5. δὲ ἕποντο, lapis tamen habere videtur ΔΕϹΠΟΝΤΟ. — Vs. 9. ἀμφὶ δὲ νίκα, lapis ΑΛΛΦΙΔΕΝΙΚΑ. — Cf. infr. epigr. n. 274. Ἦρχεν ὁ Μηνογένης.

CCXLVII *a*. *Romæ*, in basi eruta in vicinia Thermarum Trajani. Supra scriptum est : Τῷ Ἀσκληπιῷ σῶστρα καὶ χαριστηρία Νικομήδης ἰατρός : « Dedicat Nicomedes signum Æsculapii antiquius (χειρῶν δεῖγμα παλαιγενέων) quam templa hujusce dei quæ exstructa memorantur ab scriptoribus » (Vid. Bœckh. *Corp. insc. gr.* 5974). — A multis editum est hoc epigramma, quos recenset Jacobs. *Anthol. gr.* Lips. vol. II, part. 3. — Post quos Bœckh.-Franz. in *Corp. inscr. græc.* l. c. — Vs. 3. Boethus ille qui hic nominatur, cælator est et statuarius cujus *Puer anserem strangulans* celebratur a Plinio *H. N.* XXXIV, 19, 23, et a quo παιδίον γυμνὸν, *puerulum nudum* Veneris ad pedes sedentem cælatum memorat Pausanias V, 17, 4. — De Boetho cf. et Cicer. *in Verr.* II, 2, 14, et Virgil. *Cul.* 67, ubi quidem nonnulli legunt *Rhœci* pro Boethi. « Signum quod hic celebratur, repræsentabat, ni fallor, infantem Æsculapium, quem e Coronide nympha, filia Phlegyæ, natum fabulabantur. » *Bckh.-Fr.*

CCXLVII *b*. « Hoc epigramma eidem lapidi insculptum ac superius cum titulo : Τῷ βασιλεῖ Ἀσκληπιῷ σῶστρα καὶ χαριστήρια Νικομήδης Σμυρναῖος ἰατρός, scriptum est in eamdem Æsculapii imaginem. » *Jacobs.* — Edidit post alios multos Bœckh.-Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 5974. — Vs. 1. Bœckh.-Fr. νέον, Brunck., Jacobs. νέων. — Vs. 2. marmor. ἀκειρεκόμῃ, sine causa mutavit Salvinius.

CCXLVIII. *Panormi*. Juxta Cyzicum repertam inscriptionem hanc in basi statuæ pulchris litteris exaratam, edid. Letronnius, *Journ. des Savants* a. 1830. p. 504, dehinc Welckerus *Mus. Rhen.* a. 1833, p. 296 et ex his Marquardtus p. 162. Inde repetiit Bœckh. *Corp.* n. 3672. Maximus ille Apamensis, non in Smyrnæis, sed in Cyzicenis Olympiis vicerat. Præeunt titulum verba solita Ἀγαθῇ τύχῃ.

CCXLIX. « *Cyrenæ*, prope templum Veneris. Anaglypho exsculpta mulier (Λιβύη) coronam imponens alterius mulieris (Κυρήνης) fronti, quæ nudis brachiis leonem adsurgentem jugulat. » G. Kaibelius, qui edidit n. 842 a. Addend. ex Smithio et Porcherio *Discoveries at Cyrene*, tab. LXXVI, coll. p. 114. — « Cyrenes et Libyæ figuræ in Amphionis Cnosii anaglypho fuere, quod descripsit Pausan. X, 15, 6. » *G. K.*

CCL. *In valle Chimæræ Lyciæ* repertum edidit Franz. *Corp. insc. gr.* Addend. III, 4329 b. — Vs. 1. Lapis habet EIMON.... IMIN. — Franzii sunt supplementa. — Vs. 2. Sic restituit, audentius G. Kaibel. (*Epigrammata græca e lapidibus conlecta*, n. 899) :

T]ὸν φίλο[ν· αὐτὰρ ἔπαινοί] ἄμνη[στοι οἳ ἔσονται.

CCLI. *Athenis* ad στοὰν Ποικίλην. *Ephem.* 3785, inde G. Kaibel. *Epigrr. gr.*, etc. 927. Suprascriptum est ὁ δῆμος ἐνίκα. Λούκιος Φλάουιος Φλάμμας Κυδαθηναιεὺς [ἦρχε. — Vs. 3. « legebatur με θέντες, correxit Neubauer. » *G. K.*

CCLII. *Athenis* repertum in marmore effosso ex ruderibus Dionysii theatri edidit v. cl. Cumanudes in *Pandora*, I August. 1862, p. 203. — Vs. 1. Φιλόργιε i. e. Bacche. « qui orgia celebrare amat. » Idem epitheton Veneri dedit Philodemus, *Anth. Palat.* X, 25 : Κύπρι φιλόργιε. Βῆμα θ. hic suggestus non aliud est ac thymela, ut patet ex Polluce, IV, 123 : Ἡ θυμέλη εἴτε βῆμά τι οὖσα εἴτε βωμός. Cf. *Anthol. Pal.* VII, 51 : τὰ Βάκχου βήματα. Quod corrigebat Jacobs. codic. lect. ἤματα. — Vs. 2. Cumanudes arbitratur hunc Phædrum Zoili filium eumdem esse qui heliotropium quod in Catholico exstat, instruxit. Legitur enim in inscriptione horologii quod huic ædi affixum est, Φαῖδρος Ζωΐλου Παιανιεὺς ἐποίησε. — Βιοδώτωρ usurpavit Orph. H. 72, 2. Βιοδώτορα θνητῶν et Julian. Ægypt. (*Anth. Pal.* VII, 585) piscatoris Mygdonis cymbam vocat βιοδώτορα, μάρτυρα μόχθων.

CCLIII. *Athenis*, edidit G. Kaibel. n. 931. « μῆλα cur σήματα νίκης Phœbo donaverit ille satis explicare non queo. In promptu est Ἀπόλλων μαλόεις Lesbiorum, sed nihil hoc profecimus, neque huc pertinent quæ Melitensi Herculi offerri solebant mala. » — Hæc Kaibelius, qui meminisse posset ludorum Pythicorum μῆλα esse præmia in epigr. *Anth. Pal.* IX, 357, 4 :

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί...
Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, ΜΗΛΑ, σέλινα, πίτυς.

quod vertit Ausonius, *Eclog.* p. 235 ed. Bipont. — Jacobsius contulit Max. Tyr. *Dissert.* V, 8 et VII, 4; Aret. p. 77, 2. Notandum quoque puerorum in Ægypto mala esse præmia in schola. Plat. *Leg.* VII, p. 819. B.

CCLIV. *Romæ*, in villa Aldobrandini. Edidit Henzen. *Ann. Instit.* 1857, p. 102. — Vs. 7. « Δίκη quæ Hesiodo aliisque filia Jovis est, hoc loco conjux ejus cogitari videtur. Cf. Sophocl. *Œdip. Col.* 1381, παλαίφατος Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις. » *G. K.* — Vs. 11. ἀμείβοντα, mutantem, i. e. linquentem pro alia sede.

CCLV. Edidit Montefalcon. in *Diar. Ital.* p. 425, qui censet in Apollinis τεμένει fuisse Æsculapii sacellum in quo Hercules, ad quem pertinet titulus, dicatus erat. — Ex Montefalc. habent id Brunck. *Anal.* III, p. 188, Jacobs. (*Animadvv.* Vol. III, P. I, p. 396), *Append.* n. 353, et Bœckh. *Corp.* n. 1794 *a*. Supra scriptum : Μαχατὰς πόησε. Deinde in fine epigrammatis Λαφανὴς Λασθένεος Ἀσκλαπιῷ ἀνέθηκε, Μαχατὰς ἐπόησε.

CCLVI. Missum Ægypto a cl. vir. Mariette, tractavit, gallice vertit et edidit v. cl. E. Miller. *Rev. Arch.* T. 27, an. 1874. p. 51 sq. — Vs. 2. Est in apogr. Καρποκράτην, διπλοῖς. Milleri sunt emendationes.

CCLVII. Apud ipsum Ἱερῶν λόγ. Δ. edit. G. Din-

dorf. t. I, p. 515 sq. Explicat ipse Aristides qua occasione hoc epigramma composuerit, p. 514. « Καὶ τοίνυν καὶ χόρους ἔστησα δημοσίᾳ δέκα τοὺς σύμπαντας, τοὺς μὲν παίδων, τοὺς δὲ ἀνδρῶν κ. τ. λ. « Ἐδόκει χρῆναι ἀναθεῖναι τρίποδα ἀργυροῦν, ἅμα μὲν τῷ θεῷ χαριστήριον, ἅμα δὲ μνημεῖον τῶν χορῶν οὓς ἐστήσαμεν· καὶ ἐμοὶ μὲν παρεσκεύαστο ἐλεγεῖον τοιονδί· Ποιητὴς κ. τ. λ. Ἔπειτα δύο τινὰ ἐπὶ τούτοις ἕτερ' ἦν ἔπη, ὧν τὸ μὲν τοὔνομα εἶχε τοὐμόν, τὸ δ' ὅτι προστασίᾳ τοῦ Θεοῦ ταῦτα ἐγίγνετο. Ἐνίκησε δὲ ὁ Θεός. Ἡ γὰρ ἡμέρᾳ ἔδει γίγνεσθαι τὴν ἀνάθεσιν, ταύτῃ μοι δοκεῖν ἢ μικρόν τι πρὸ αὐτῆς περὶ τὴν ἕω, ἢ καὶ ἔτι θᾶττον ἀφικνεῖται θεῖον ἐπίγραμμα ἔχον οὑτωσί· Οὐκ ἀφανὴς κ. τ. λ. τοῦτό τε ἐπιγράφειν ἐδόκουν καὶ τὸ ἀνάθημα ἀναθήσειν ὡς δὴ Διΐ.» Inde repetiit Jacobs. *Append.* n. 301. — Vs. 4. Timotheum musicum eadem ratione poeta quidam vocat κιθάρας δεξιὸν ἡνίοχον. Brunck. *Anal.* ἀδέσπ. 538. Vid. infr. in capit. III.

CCLVIII. *Patmi* repertum edidit Rossius, *Inscrr. græc. ined.* fasc. II, p. 70-74, n. 190, Ric. Bergmann., Berolin. 1860, atque inde I. Sakkelius in *Pandora* t. XIX, n. 435, p. 48.—«Edocemur hac inscriptione, quamvis mutila, delubrum fuisse Dianæ Scythiæ etiam in Patmo insula. » *Ross.* — Vs. 2. Rossius hic quærens sanctæ virginis nomen, proponebat Κυδίππην, sed ex Bergmanni apographo nomen Vera est in v. sequenti, ubi legebat Rossius ἦν ἐν Πάτνῳ. — Vs. 3. de virginibus hydrophoris mentionem facit Porphyrius, *De Abstin.* p. 157, 1, atque in inscriptione Milesia ap. Bœckh. vol. II, p. 505, n. 2885, 1, est quædam Malia Rufina Artemidis Pythiæ hydrophora, τελέσασα τὴν ὑδροφορίαν εὐαρέστως τοῖς πολίταις. Cf. *ibid.* n. 2879, 5 : ἡ ὑδροφόρος Τρυφῶσα. — Παραβώμια sunt omnia quæ sacrificium comitantur, et quæ per alium ac sacerdotem ipsum fieri licet. V. Eurip. *Iphig. Aul.* 1568 sqq., *Hec.* 525 sq., *Electr.* 792, 800 sqq. — Vss. 5-6. In Rossiano apogr. supersunt tantum nonnullæ sensu carentes reliquiæ... ἡ π[αῖ]ς ἡ δὲ τιθήνη ‖ Ἐκ [τ]ε[ρ]έ[ν]ης [ἤ]δη[ς]. Nullam fere lacunam indicat Bergmann. — Vs. 7. Ross. ἀ[μ]αυ-[ρο]τάτην; Sakkelius, ut ex Bergmanno, ἀγανοτάτη, in quo claudicat versus. — Vs. 8. Rossius tantum habet. [Β]ένθεσιν... ἕδρανα ῥυομένη; Ἁλίη s. ἁλία pro mari poni rarum est. — Vs. 9. prioris hemistichi nihil apud Rossium, nisi ν[η]ον. Audacius conjecit Bergmann. Σκυθίηθεν. — Vs. 10. desunt ap. eumdem priora duo verba. — Vs. 11. Ross. : [τή]ν δ' Ἑκάτην φάνην cum dubii signo ad ult. vocem. — Vs. 13. Ross. dedit πλω[ο]ῦσα πό [ρον; Sakkelius altera typothetæ menda πλοόσασα, barbare. — Vs. 14. Apud Rossium superest tantum [ώ]ς θέμις, ἠγλάϊσεν. Nuper tractavit G. Kaibel. n. 872, nonnullis tamen desperatis locis.

CCLIX. Ex Paciaudi *Mon. Pelop.* t. II, p. 6 et *Mus. Nanian.* n. 55, tractavit Welcher. *Spicil. Epigr.* I, 17, repetiit Bœckh. in *Corp.* n. 1167. — Vs. 1. Bassus fuit Heraclides. — Vs. 4. « Θεοὶ ἄνακτες haud dubie imperatt. Romani sunt. Plures autem cum commemorentur, duobus fortasse simul imperantibus Bassus consiliarius fuit; in promptu est M. Aurelium et L. Verum intelligi. » *Bckh.* Vid. *Sepulcr. epigr.*

CCLX. *Sinopæ*, ex apographo quod a Xanthopulo acceptum misit Keilius, edidit B.-Franz. *Corp.* n. 4158, in *Addendis* repetiit Franz. III, p. 1114, quod paulum dissimile ex Wernickii schedis et suis ipsius conjecturis dederat. Vs. 1. scripserat εὐκλέος ἀνθεῖ. — Vs. 3. Ῥιπάνη propr. mulier. nom. aliunde non cognitum. Occurrit tamen Ripanus quidam (C. Julius) in *Inscr.* ap. Murat. 172, 1; conjicit G. Kaibelius Τιτιανή. — Vs. 6. Franz. ἐλευθερίην, quod recepit G. Kaibel.

CCLXI. Alicubi Thraciæ. « Inter vss. 1 et 2 anaglyphum, quo eques citato cursu dextrorsum properans, altera manu frena, altera hastam tenens, canum comitante caterva, exsculptus est. » Egger., *Ann. Inst.* 1868, p. 133, coll. Benndorff., *Goett. gel. Anz.* 1869, p. 2062 sqq. Subscriptum est Ὀρφίτῳ καὶ Σωσσίῳ Πρίσκῳ ὑπάτοις, εἴδοις νοεμβρίοις. — Annus est 149 post Christ. nat. — « Heroem deum esse apud Thraces non in ultimis habitum sat multæ docent similibus anaglyphis additæ inscriptiones... Vetustissimum exemplum quinti seculi hoc habe (*Rev. archéol.* 1876, p. 182 :

Εὔφαμος καὶ τοὶ συν-
δαμιουργοὶ ἀνέθηκαν
τῷ Ἥρωι. »

G. Kaib. — Vs. 3. σοφοτεχνεὺς lexicis deest, ut in vs. sequenti γλυφική et εὐγραφία.

CCLXII. Edidit in *Philistor.* t. III (1862) p. 282, n. 2. v. cl. Cumanudes, cum notis. Sub iambicis scriptum est ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ τὸν κοσμητὴν τὸν ἐπὶ Κλ. Λυσιάδου ἄρχοντος Ὄνασον Τροφίμου Παλληνέα γραμματεύσαντα τοῦ συνεδρίου κ. τ. λ. ad quæ notat editor τὸν ἐπώνυμον ἄρχοντα Cl. Lysiadem hic primum occurrere.

CCLXIII-CCLXIV. Lapides Triopii reperti *Romæ*, in via Appia, a. 1607, nunc in Museo publico Parisino adservantur. — Plurimi ediderunt, quorum notitiam vide apud Franz, *Corp. inscr. græc.* t. III, p. 916, n. 6280, ubi eadem poematia ex apographo Visconti « accuratissime descripto » reperies. Primus edidit prius Fred. Morellus, Paris. 1607, in-4°, posterius Salmasius, Paris. 1619, in-4°, Brunckius post alios utrumque *Anal.* II, p. 300 (cf. *Emendatt.* p. 198), Jacobsius *Animadd.* II, P. II, p. 366. *Append.* nn. 50 et 51, nuperrime ex marmoribus ipsis repetiit Froehner *Inscrr. du Musée du Louvre*, p. 9 sqq. nn. 7-8. Poetæ nomen secundæ tantum inscriptioni præpositum legitur. α. vs. 3. « γείτονες, quia Triopium in vicinitate Romæ, tertio lapide ab urbe, situm erat. » *Jac.* — Vs. 12. Loca diis consecrata recte monuit Salmasius ἀνειμένα χωρία appellari. — Vs. 17. « Solemnia verba hæc in monimentorum consecratione, ne quis inde lapidem moveret, cespitem velleret. » *Salm.* Similes imprecationes ubique in suis monimentis inscripserat Herodes : Εἰκόνας γοῦν ἀνετίθει σφῶν θηρώντων τε καὶ τεθηρακότων, καὶ θηρασόντων, τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς, τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς, τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς, τὰς δὲ, ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, οὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ ξὺν ἀραῖς τοῦ προκόψοντος ἢ κινήσοντος. Philostr. *Soph.* II, in Herod. Vita. — Vs. 18. Μοιρέων ἀνάγκαι, pœnæ fatales, mala divina vindicta immissa; cf. Orph. *Hymn.* I, 9, XXVII, 9. *Viscont.* — Vs. 24. Marmor. ΧΛΩΡΑ ΘΕΟΥΣΑΝ, conjiciebat Casaubonus χλωρανθέουσαν, uno verbo scribit Frœhner χλωραθέουσαν. — Vs. 28. Lapis habet ἔκγενος. Ἑσσαμένοιο pro εἰσαμένοιο; cf. Thucyd. III, 58. — Vs. 29. lapis : ἔστωρ, quod Casaubonus de columna interpretabatur; recte vidit Salmasius esse εἴστωρ pro ἵστωρ. — Vs. 30. In mente habuit poeta quod de Erechtheo, eodem ac Erichthonio, dixit Homerus. *Iliad.* B. 547. — Vs. 34. ῥόμβος ἀλάστωρ, Schneidero judice, his vocibus significatur vehemens et quasi a Furiis immissa agitatio mentis; comparat ῥόπτρον Δίκης (Eurip. *Hipp.* 1172, *al.* 1162-3). — Vs. 36. « Legentibus poeta in memoriam revocat pœnam Triopæ qui Cereris sacrum nemus violare ausus sit, irro-

gatam. » *Jac.* — Vs. 37. Marmor habet νειὸν pro νηόν. — Vs. 38. Marmor ΑΛCACΘΑΙ, pro αλέξασθαι.

β. « Dedicatio statuæ Regillæ. — Herodes Atticus, consul Romanus, in matrimonium duxerat Anniam Regillam, sororem Annii Atilii Braduæ, quem ad consulatum pervenisse constat ann. p. Chr. 130, Hadriani temporibus. Erat mulier et generis nobilitate et divitiarum copia illustris, quippe quæ generis originem ab Ænea repetebat, et prædia satis ampla ad viam Appiam, ubi Herodis Triopium erat, marito in dotem attulerat. Quatuor Regilla Herodi liberos pepererat (cf. vss. 15. sq.), binas filias, Panathenaidem et Elpinicen, et totidem filios, quorum unus Atticus, insignis stuporis puer (Philostr. *Sophist.* Herod. X. p. 557 sq.). Nobilis hæc mulier cum octavum annum jam mensem gravida, subita morte periisset, cumque essent, qui eam jussu mariti verberibus affectam periisse dicerent, Herodes a fratre defunctæ mulieris in judicium vocatus, sed criminis absolutus est. Nihil autem omisit, quo conjugis memoriam coleret. Theatrum ei exstruxit Athenis eodem loco quo sepulta erat, ut ἡρῴου loco esset; idque tantæ magnificentiæ fuisse tradit Philostratus, *op. cit.* V. ut in omnibus Romani imperii terris nullum suî simile habuerit. Deinde etiam omnem ejus ornatum muliebrem Eleusine in Cereris templo dedicavit. Cum autem in Triopio suo haberet fanum et Cereri dedicatum et Faustinæ, Regillæ statuam in hoc fano posuit, ut tanquam heroina et majorum illarum dearum σύνναος coleretur. Ad hujus simulacri consecrationem matronæ Romanæ invitantur hoc carmine. » *Jac.* — Vs. 1. Jacobs. ποτί. — Vs. 14, id. Ἅρπυιαι κλωθῶες, « Parcæ, quæ immatura morte exstinxerunt infantes illos. » — Vs. 19. cett. ut marmor, ἐπίηρον, Frœhner. ἐρίηρον. — Vs. 20. Βασιλεὺς est M. Aurelius Antoninus. — Vs. 22. Jupiter Zephyrum jussit mulierem in beatorum sedes traducere. Obversabatur poetæ locus Homeri in *Od.* Δ, 563 *sqq.* — Vs. 27. vulgo αἴγλης, Viscont. et Frœhner. αὐγῆς. — Vs. 29. Mutilatum sic restituit Salmasius et inde Brunck. atque Jacobsius : σύμβολον Αὐσονίοισιν εὐγενέεσσι γεραιόν. Novissimus editor ap. Jacobs. : υἱάσιν Αὐσονίων εὐηγενέεσσι γεράα. G. Kaibel. n. 1046 a. ἔμμεναι Αὐσονίοις εὐ]ηγενέεσσι γέρα[τ]α. Frœhneri restitutionem dedimus. — Vs. 33. omnes Κήρυξ de quo Jacobsii notam vide, ex versione gallica Deheq. reposuimus Κήϋξ. — Vs. 34. sqq. « Salmasii versionem correxit Viscontus, quæ talis erat : Sic et honoratur, sic nomine dignus habetur; || Olli quippe datum domini partem esse senatus. || Nec quemquam Hellas habet genere eloquiove priorem ; || hinc illum linguam vocitant Herodis Athenæ. — Vs. 42. marmor. εἰ δέ τοι, ΕΙΔΕΤΟΙ, emendavit Orellius. — Vs. 49, Visconti restitutio est, et verbis ἵνα οἱ πάρος εὐρέες ἀγροί « indicatur illas possessiones, quas Triopii nomine appellaverat Herodes, Regillæ olim fuisse. Idem affirmat columna Capitolina : *Annia Regilla, Herodis uxor, lumen domus, cujus hæc prædia fuerunt.* » *Jac.* Hic et emendata est Salmasii versio quæ ea erat :... satis templum prætexitur agris. — Vs. 58, Salmasii versio quam correxit Viscontus : ipsa etenim Elysias moderatur *diva* choreas.

CCLXV. *Salamine*, in basi quæ haud dubie Eleusine Salaminem translata erat. Ex schedis Fourmonti edidit Bœckh. *Corp. inscr. gr.* t. I, n. 390.

CCLXVI. *Eleusine.* Ex schedis Cockerellianis edidit Walpol. *Travels,* p. 573, n. 37. Tractavit Welcher. *Spicil. Epigr.* II, p. 23. — Vs. 1. Μυστῶν ἡγητὴρ est μυσταγωγός. De homine vide stemma n. 385. *Bckh.*

CCLXVII. *Ephesi.* Edidit Chishullius *Antiquitt. asiat.* P. II, p. 7; est et apud Brunck. *Anal.* III, p. 184, n. 172, Jacobs (Vid. *Animadvv.* t. III, P. I, p. 385), *Append.* n. 365, Bœckh. *Corp.* n. 2967. — Vs. 2. « ὑπὸ πτελέῃ sæpius mortui conduntur, ut docent Anthol. epigrammata. » *G. K.* — Cf. Hom. *Iliad.* Z, 419 sq.

CCLXVIII. *Œnoandis.* Ediderunt Spratt et Forbes, II, p. 290, inde B.-Franz *Corp.* n. 4380 m. et *Addend.* p. 1169, postremo Ph. Lebas et Waddington. *Inscriptt. rec.*, etc. n. 1233. — Supra scriptum est : Ἀγωνοθετοῦντος Ἰουλίου Λουκίου Πετιλίου Εὐαρέστου, πανηγύρεως ε' [ἀγώνων] Εὐαρεστείων, ἧς αὐτὸς συνεστήσατο ἐξ οἰκείων χρημάτων, Πόπλιος Σθένιος Φρόντων Οἰνοανδεὺς, υἱὸς Ποπλίου Λικιννιανοῦ, στεφθεὶς ἀνδρῶν παγκράτιον κοινὸν Λυκίων. — Vs. 3 παγκράτιον κοινὸν Λυκίων est unus ex ludis ab communi Lyciorum concilio institutis habitisque, qui πανηγύρεων pars erant. — V. Le Bas et Waddington, *ibid.* n. 1221.

CCLXIX. *Apolloniæ.* Edid. Arundell, *Discov. in Asia min.* t. II, p. 428; repetiit Bœckh.-Franz. *C. inscr. gr.* t. III, p. 58, n. 3973. Damus ex Le Bas et Waddington, *Inscript. gr. et lat.* p. IV; sect. IX, Pisidia, II, Apollonia, n. 1192.

Supra scriptum ἔτους ζμς, quibus signatur annus 247 (Cf. B.-Frz. *Addenda et corrigenda*). Vs. 1, ubi lapis habet γειοαρότας Bœckh.-Franzius legit, inutili correctione γῆς ἀρότας; aut pro dissyllabo pronuntiandum erat γειοα, aut tollendum ο, quod fieri solet, quodque fecimus. Cf. Antip. Thessal. epigr. *Anth. Pal.* IX, 23 : Γειαρότης Ἄρχιππος, et Archiæ, in *Anth. Planud.* IV, 94 : Αἰγινόμοι γειαρόται Νεμέης. — Vs. 2. « Τοὺς Δοκιμεῖς videtur esse id, quod Δοκιμηνοὺς scilicet ex marmore Docimeno factos, » (Vid. *Thesaur. ling. Gr.* s. v. Δοκίμειον, ubi laudatur Stephan. Byz. : Τὸ ἐθνικὸν Δοκιμεὺς κατὰ τέχνην, κατὰ δὲ τὴν συνήθειαν Δοκιμηνός· ἀφ' οὗ τὰ μάρμαρα οὕτω φασί). Vs. 7. B.-Frz. ἐγρυσω pro ἐκρύσω ex Arundellii apographo. — Vs. 9. conjiciebat Arundell. ἵδρυσας; ubi ex novo apographo certius legitur κύδηνας. Τρόκμοις, gens Galatiæ Trocmi.

CCLXX. *Trallibus* (Guzelhissar) in cœmeterio Armeniorum; edid. Pocock. *Inscriptt. ant.* I, 2, 9, p. 17, n. 1; quod exemplum tentavit Letronn. *Journ. des Sav.* 1825, Jul. p. 399. Ex his Welcker. *Syll. Epigr.* edit. alt., p. 210. Bœckh. n. 2936. — Post tres versus legitur in titulo : Ἀγωνοθετούντων καὶ ἀναθέντων τοὺς ἀνδριάντας Μ. Αὐρ. Συμμάχου Κυανίου καὶ Μ. Αὐρ. Ἑρμείου. — Vs. 3. pro ἀταρβέος, quod sane legendum est, lapis habere videtur ἀταρβές, sic ΑΤΑΡΒΕC.

CCLXXI. Marmor Elgin. Viscont. n. 40. *Synops. Mus. Brit.* n. 197; Lebas, *Attique,* P. I, n. 337; ex schedis a Rossio missis edidit Bœckh. *Corp.* t. I, n. 402; repetiit ex lapide Newton, *Anc. Gr. inscr. Brit. Mus.* n. LII. Iambicis subdita sunt hæc : Κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῶν συνεδρίων· ἱερέως... Ἀγαθόποδος Φλυέως. « Titulus statuæ subscriptus ministri Æsculapii tædiferi, qui olim, quantum video, equitum dux fuerat et archon eponymus : sed tum quum statua dedicaretur, tædifer fuit... Synedrium haud dubie concilium sacerdotum est, ἱερὰ γερουσία. » *Bœkh.*

CCLXXII. « In notis J. B. Zenobetti *in Meleagri Idyll.* p. 20. » *Br.* « Hermæ insculptum fuit. » *Jac.* Edidere post Zenobettum Winckelmann. *in den Nachr. von den Herculanensischen Entdeckungen*, II, p. 94; Brunck, *Anal.* III, p. 183, n. 167, Jacobs. (*Animadd.* III, I, p. 380), *Append.* n. 113, Bœckh-Franz. *C. inscr. gr.* n. 6186. — Vs. 2. Bœckh-Fr. Βόδλους. — Vs. 3. ἡμᾶς, *Musas* puta.

CCLXXIII. In marmore in Britanniam allato, unde, incertum. Post alios edidere iidem hoc fragmentum in *Corp. inscr. gr.* t. IV, part. 1. p. 15, n. 6854 f. « Loquitur Priamus, cujus statua basi hoc epigrammate instructæ imposita erat. Et gloriatur is, se etiam post Hectoris necem patriæ defendendæ parem fuisse. Noti enim stratagematis, quo Achilles Paridis et Deiphobi manu periit, auctor ferebatur Priamus. Dictys IV, 10 : tum utroque exercitu sacrificio insistente Priamus tempus nactus Idæum ad Achillem super Polyxena cum mandatis mittit. » Schol. Eurip. *Hec.* 385 : λέγεται γὰρ κληθῆναι αὐτὸν πρὸς τοῦ Πριάμου ὡς φίλον καὶ φονευθῆναι πρὸς Ἀλεξάνδρου διὰ βέλους. Tzetz. *Posthom.* 387. παραιφασίῃσι Πριάμου. Tangit hanc fabulam Lycophron, 271.

CCLXXIV. *Athenis.* Ex schedis Fourmonti, edid. Bœckh. *Corp.* t. I, n. 246. Suprascriptum est Φιλαδέλφεια. Ἀγαθῇ τύχῃ. Philadelphia, Septimo Severo imperante, instituta in honorem Caracallæ et Getæ φιλαδέλφων sunt, et manserunt etiam post Severi obitum. — Vs. 1. lapis habere videtur ΜΑΧΕΝΟΜΕΝΟCΕΝΗC. « Manifesto primum designatur archon eponymus. Marcellus cosmetes potest idem esse qui n. 245 ἐγκωμιόγραφος est, quanquam hoc incertum. Sed Asclepiades et Maximus debent iidem haberi qui n. 245. Et Maximus quidem n. 245, col. III, vs. 5. vicit γ̄ πάλην, item col. III, vs. 22, in Athenæis; quidni ibidem in Philadelphiorum victoribus, quorum nomina perierunt, fuerit post γ̄ πάλην scriptus? Asclepiades vero ibidem col. III, vs. 3 victor est ᾱ πάλην, et potuit etiam in Philadelphiorum recensu eodem loco positus esse. Quæ cum tam accurate conveniant, non dubito titulum hunc ad eosdem ludos referre de quibus n. 245, atque arbitror τὴν πυμάτην τάξιν τῆς πάλης esse illud γ̄ πάλην, et τὴν πρώτην παίδων τάξιν esse illud ᾱ πάλην. Ceterum hoc ita intellige τὴν πρώτην τάξιν, ἥ ἐστιν ἡ τάξις τῶν παίδων. Tertia est ἠιθέων ἐφήβων κρατερῶν, quod convenit in ephebos eos qui εἰς ἄνδρας ἐγγεγραμμένοι dicuntur; et cum n. 245 viri desint, qui n. 231 recensentur, hos ephebos sive tertios puto esse ipsos viros, ut γ πάλην idem sit quod ἄνδρας πάλην. Tertio loco in hoc epigrammate nominatus erat victor β̄ πάλην : sed hoc distichon periit. Cœperat id a φωνή... Fuit tale quiddam : Medii autem ordinis victorem proclamavit præconis vox... Ἧρε τὴν πυμάτην τάξιν πάλης paulo brevius dictum pro hoc : ἧρε τὸ ἆθλον κατὰ τὴν πυμ. τάξ. πάλης. Primi ordinis victor est athleta expertus et probatus; hinc tertii ordinis victor eo dignus dicitur. Πανάξιος ὢν etsi incertum est, vix tamen reppereris melius. » *Bckh.* Lapis : ΤΟΥΔΕΤΑ''CΑΞΙΡΕΟC.

CCLXXV. Apud Gronov. *Thesaur. antiq. gr.* t. IV, p. 718, Joann. Meurs. *De populis Attic.*, Εὐπυρίδαι, not. *a.*, prius distichon exhibuit, totum epigramma dedit Gruter. : *Inscrr.* p. 317. Supra scriptum κοσμητεύοντος Πλουτάρχου Ἀχαρνέως, et in fine : ἀγωνοθετήσας Ἀδριανείων, « Hinc apparet Achiristum vicisse in ludis ab Hadriano Athenis institutis. » *Jac.* Vs. 1. lapis ΑΧΗΡΙCΤΟC. G. Kaib. Ἀχ[ώ]ριστος. Vs. 2. lapis habet εὐπωρίδης male, et « Hesychius Εὐπηρίδαι pro Εὐπυρίδαι, ut est apud Stephan., δῆμος Λεοντίδος φυλῆς, et apud Etymol. auctorem, sic appellati, ait iste, ὅτι ἐν Ἀθήναις πρῶτον τὸ πῦρ εὑρῆσθαί φασι κατὰ τὸν δῆμον τοῦτον, ἐκλάμψεως γενομένης. » *Meurs.* — Vs. 3. vulg. ἐφήβοις, suspicatur Casaubonus ἐκ βρεφέων ἀέθλοισιν ἐπ. καὶ ἐφ' ἥβης, improbante Salmasio, *in Æl. Spartian. not.* p. 50 B. C. — Subter scriptum est Ἀγωνοθετήσας Ἀδριανείων. — Σεβήρεια — Ἀντώνεια — Ἀντινόεια — Κομμόδεια.

CCLXXVI. Ex marmor. Oxon. p. 111. edidit Bœckh. *Corp.* n. 405, post Brunck. *Anal.* III, p. 281. n. 612, et Jacobs. *Anth. Pal. Append.* n. 145 (Cf. ejusdem *Animadvv.* t. III, P. II, p. 205. « Epigramma hoc non ab omni parte recte intellectum est. Erotius eo celebratur Atheniensis (Κεκρ. σοφ. ἔρν.) qui Cereris et Proserpinæ hierophantes, Eleusine puta, fuit. Hujus statuam domi posuit Cleadas filius : hic tamen non Eleusinius hierophantes fuit, sed Lernæus : nam Lernæ quoque Demetria mystèria fuisse notum est. Igitur Cleadas dicitur *par patri munus honorificum accepisse*, hierophantiam *Lernæorum adytorum.* Cleadam Lern. hieroph. fuisse docet Epigr. *Anth. Pal.* IX, 688. Unde simul patet Cleadam esse Argivum, id quod ipsa nominis ratio mihi statim suggesserat. At pater est Atheniensis, quippe Attici hierophantæ cum Lernæis connubio juncti erant. Unde Erotii filius haud dubie ex Argiva matre ortus, Lernæorum hierophantes constitutus est. Δόμοις autem filii domus significatur, qui tum Athenis habuerit domum necesse est. Nempe retinebat is Atticam civitatem. Erotium puto defunctum esse. » *Bckh.* — Vs. 3. ᾧ pendere ab ἔδεκτο credebat Dehèque (*Anth. Pal.* trad. fr. t. II, p. 233), ut in Homeri *Iliad.* B, 186 : Δέξατο οἱ σκῆπτρον, « il a reçu *de lui* le sceptre. »

CCLXXVII. *Athenis.* Le Bas I, 136; ex meliore Kœhleri apographo Dittenberger *Herm.* XII, 13 sq. (*Corp. insc. Attic.* III, 726) qui sic restituit : Vs. 1. κήρυκα. — Vs. 2. τιμῶσα, τὸν. — Vs. 3. καὶ τῷ. — Vs. 4. eodem modo. — Vs. 5. γνώμῃ στρ]ατηγοῦ. — Vs. 3. « Matres Augustorum dubitanter intuli, sed cf. supr. Καίσαρος ἰφθίμοιο. n. 264, v. 56. Faustina dicitur, Aurelii mater, Cereris specie induta, neque unam fuisse in Cereris sacra religionemque adscitam notum est. » *G. Kaibel* n. 886 a, Addend.

CCLXXVIII. *Spartæ.* — Edidit Ross. *Reisen im Peloponnes.* p. 23, inde P. Foucart. *Inscr. gr. et lat.*, etc. part. II, n. 162 *d.* Versibus suprascriptum est : [Ἡ πόλις] τὴν σεμνοτάτην καὶ φιλοσοφωτάτην καὶ εὐγενεστάτην Ἡράκλειαν Τισαμενοῦ παρὰ τῇ ἁγιωτάτῃ Ὀρθίᾳ Ἀρτέμιδι ἱδρύσατο, ἀρετῆς πάσης καὶ σωφροσύνης καὶ εὐσεβείας ἕνεκα, προσδεξαμένου τὸ ἀνάλωμα τοῦ προσφιλεστάτου ἀνδρὸς αὐτῆς Μαρ. Αὐρ. Εὐτυχιανοῦ τοῦ (Εὐτυχιανοῦ). Qua dedicatione pleraque ad rem pertinentia docemur. De ceteris vid. v. cl. Foucarti luculentissimas notas. Mariti prænominibus Marc. Aurel. satis apparet titulum non esse M. Aurelii regno priorem. — Quatuor ultimi versus ad divinam Jamidum originem spectant, qui sese Phœbo ortos contendebant, et ad affinitatem cum Heraclidis qui hac etiam ætate multi supererant.

CCLXXIX. *Lernæ.* Edid. Conzius et Michaelis, *Annal. Instit. Archæol.*, 1861, p. 21, unde Foucart. *Inscriptt. gr. et lat. recueil.* etc. Mégar. et Péloponn. n. 1426. In priorum editt. apographo octo versus habet titulus, sed non ita transcriptos ut probabiliter

restitui possent. Itaque tres tantum primos dedit Foucart; alios repetimus ex G. Kaibelio. Βάκχος non dei modo nomen est sed et initiati (schol. Aristoph. *Equit.* v. 408) aut etiam sacerdotis Bacchi (Hesych., Βάκχος). Lernæ quotannis ad lacum Alcyonium celebrabatur in honorem Bacchi cum mysteriis festus dies... (v. Gerhardt. *Griechische Mythol.* § 443, et § 454, 5). « Duobus numinibus consecrata est statua, quæ cultu communi consociabantur in Lernæo luco. Ἐντὸς δὲ τοῦ ἄλσους ἀγάλματα ἔστι μὲν Δήμητρος Προσύμνης, ἔστι δὲ Διονύσου καὶ Δήμητρος καθήμενον ἄγαλμα οὐ μέγα (Paus., II, 37, 1). » *Fouc.* — Vs. 3. ὁμώνυμον πατρί. Cf. epigr. a v. cl. Cumanude editum, quod repetiimus in hac sylloge Ὁ προγόνοις, infr. n. 283 et de cultu communi Cereris et Proserpinæ apud Lernæos, Δηοῦς καὶ Κούρης, supr. n. 276.

CCLXXX. *Cyrenis.* « Ex schedis proxeni Sardiniæ tunc Tripoli habitantis (1827) *Corp. inscr. gr.* 5173, » inde G. Kaibel, n. 873. « Epigramma videtur subscriptum fuisse mulieris statuæ, quam ipsa Diana cum patre, Jovis sacerdote, sacra facientem conspicata suam fecerat sacerdotem. — Vs. 1. Franz. αἱρεῖ, Kaibel, ἀγρεῖ ob sequentem vocem ἀγροτέρη. Franz. τόξοις.

CCLXXXI. Edidit Gruter. *Inscriptt.* p. CCCXXX, 5, inde Grotius in *Floril. gr. Mant. tert.* p. 398, cum versione metrica. — Vs. 2. τεχνῖται. Videsis an fuerit Q. Julius Miletus *histrio*, cum hoc sensu, sæpe vocabulum τεχνίτης, *artifex*, usurpatum sit ut gallice *artiste*. Cf. Athen. XIV, p. 615, B, de L. Anicio : Μεταπεμψάμενος τοὺς ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐπιφανεστάτους τεχνίτας, καὶ σκηνὴν κατασκευάσας μεγίστην ἐν τῷ κίρκῳ, πρώτους εἰσῆγεν αὐλητὰς ἅμα πάντας, post quos ὀρχησταὶ δύο εἰσήγοντο... καὶ πύκται τέσσαρες ἀνέβησαν ἐπὶ τὴν σκηνὴν μετὰ σαλπιγκτῶν καὶ βυκανιστῶν κ. τ. λ. — Cuidam artificum collegio adscriptus est Miletus.

CCLXXXII. Edidit v. cl. Cumanudes. *Philistor.* t. III. (1862) p. 277, n. 1). Subscripta sunt nomina archontis, gymnasiarchorum, agonothetarum, etc. — Vs. 3. verbis Οἰνέως ἐπώνυμον significatur filius Macarei puerorum moderator esse tribus Œneidis.

CCLXXXIII. α. Hunc titulum damus ex *Philistore*, t. III (1862), p. 454 sq. in quo edidit v. doct. Cumanudes, cum sequente inscriptione, ad eumdem virum sacrum pertinente. — Vs. 3 ἀντίδοσιν suppl. κατὰ et cf. solennem in inscriptt. lat. formulam *tauropolium accepit hostiis suis*, etc., *percepto taurobolio*, *ex perceptis tauroboliis* VI aram constituit et consecravit, etc. hæc omnia ap. Gruterum. — β. De primi versus sententia Pausan. VI, 20, 1 adire jubet v. cl. Cumanudes, ubi legitur : Τὸ δὲ ὄρος τὸ Κρόνιον... ἐπὶ δὲ τοῦ ὄρους τῇ κορυφῇ θύουσιν οἱ Βασίλαι καλούμενοι τῷ Κρόνῳ κατὰ ἰσημερίαν τὴν ἐν τῷ ἦρι Ἐλαφίῳ μηνὶ παρὰ Ἠλείοις. Quem locum minime ad rem pertinere arbitror, quippe de qua legendum puto Βασιλῆς pro βασιλᾶν quod dedit Cumanudes, et ἱερὸς pro ἱερᾶς. Βασιλὴ s. potius Βασίλη per synalœphen pro Βασίλεια, est Jovis filia, ut testatur Euphronius, apud scholiast. Aristoph. in *Av.* v. 1535, sqq. quæ ea quæ ad immortalitatem pertinent administrat; sed melius hic facit ipsius Aristophanis locus : ἐὰν μὴ παραδιδῷ Τὸ σκῆπτρον ὁ Ζεὺς τοῖσιν ὄρνισιν πάλιν, Καὶ τὴν Βασίλειάν σοι γυναῖκ' ἔχειν διδῷ. — Τίς ἐστιν ἡ Βασίλεια; καλλίστη κόρη, Ἥπερ κεραμεύει (al. ταμιεύει) τὸν κεραυνὸν τοῦ Διός, Καὶ τἄλλα ἁπαξάπαντα, τὴν εὐβουλίαν, Τὴν εὐνομίαν κ. τ. λ. Notandum quoque est Βασίλειαν alteram esse Rheæ sororem, pro qua accipi potuit. Vid. quæ de Basilea tradit Diodorus sic. III, 57.

CCLXXXIV. *Olympiæ.* Edid. W. Dittenberger, *Archäolog. Zeitung.* 1876, p. 141, n. 19. — Vs. 1. Θεοπρόπος rarum quidem pr. nomen, non tamen ignotum, occurrit in schol. Hom. *Il.* Σ, 486. — Ἵππῳ, i. e. ἵππω κέλητι.

Vs. 2. lapis ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΩΝ.

CCLXXXV. In lapide affixo parieti in via quæ a *Nova-Capua* ad veterem ducit. Editum in Gudianis *Inscriptt.* p. 55, repetierunt Brunck. *Anal.* III, p. 183, n. 166, Jacobs. *Anthol.* Lips. t. IV, p. 150 (V. *Animadvv.* t. III, part. I, p. 380, Bœckh.-Franz. *Corp.* n. 5876. Græcis versibus additum est distichon latinum ex quo qui sint illi σύνναοι θεοὶ intelligitur :

Justitiæ, Nemesi, Fatis, quam voverat aram,
Numina sancta colens, Cammarius posuit.

CCLXXXVI. *Laodiceæ ad Lycum.* Edidit Thomas Smith. *Notit. VII eccles. Asiæ*, p. 42, et inde B.-Franz. *Corp. insc. gr.* n. 3943.

CCLXXXVII. *Catanæ. Corp. inscr. gr.* n. 5727. — Vs. 1. εὐσεβέων; de viris istis ap. Catinenses conferunt Paus. X, 28, 4 : Περὶ πλείστου γὰρ δὴ ἐποιοῦντο οἱ πάλαι γονέας, ὥσπερ ἔστιν ἄλλοις τε τεκμήρασθαι καὶ ἐν Κατάνῃ τοῖς καλουμένοις Εὐσεβέσιν κ. τ. λ. ; cui addendus Auct. libri *De mundo* VI : Ἔνθα καὶ τὸ τῶν Εὐσεβῶν γένος ἐξόχως ἐτίμησε τὸ Δαιμόνιον, Sever. *Ætna*, v. 642 : Sed vere cessere domus et jura *Piorum*; Solin. V, 15. Horum (Amphinomi et Anapi) memoriam ita posteritas munerata est, ut sepulcri locus nominaretur Campus *Piorum*.

CCLXXXVIII. *Spartæ*, juxta theatrum. Ex Fourmont. *Corp. inscr. gr.* 1397. Vs. 3 superest tantum ЄΙϹΑΛΥΚΟΥΡΓ.

CCLXXXIX. *Thebis.* Edidit G. Kaibel. *Herm.* VIII, 424, deinde *Epigrr. gr. e lap. conl.* 890. subscriptum disticho est Ψ (ηφίσματι) β(ουλῆς) δ(ήμου), et in dextra ejusdem lateris parte : Τὸν γλυκύτατο[ν πα]τέρα Τ. Φλ(άουιον) Φιλ[εῖνον] Μόνδωνος [υἱὸν] Φλ(αουία) Εὐπραξι[ς θυ]γάτηρ ψ. β. [δ]. « Statuam poni decrevit senatus populusque ponendamque mandavit Eupraxidi filiæ. » — Vs. 1. « Philinus Mondonis et pater et filius erat. » *G. K.* — Cf. Keilium, *Syll. Bœot.* n. XIX, p. 85 et n. XXXIV, p. 134.

CCXC. *Syracusis*, in basi in Museo publico. Edid. multi, et post ceteros Bœckhius-Franz. *C. inscr. gr.* n. 5408. Suprascriptum est latinis verbis : *Perpenna Romanus, patronus populi Syracusani.* — Vs. 2. Welckerus tuetur Visconti conjecturam καὶ ἔδρακεν εἴαρος ὥρην. (Cf. *Anthol. Pal.* V. 169). — Vs. 3. οἱ ἄριστοι sunt senatus optimates, qui suo et populi nomine statuam erexere. Perpennam hunc suspicatur Viscontius eumdem esse, qui ann. 252 sub Treboniano Gallo imperator creatus dicitur (Aur. Victor. *Epit.* 30).

CCXCI. *Hermionæ.* Ex schedis Fourmonti edid. Bœckh. *Corp. inscr.* t. I, n. 1212. — « Epigramma de cantore Hermioniensi celebri qui præter alios ludos Isthmia et Pythia atque, ut opinor, Olympia vicerat. » Sexdecim versus habet quos frustra restituere tentavit Bœckhius. Ex G. Kaibelio supplementa damus. Quatuor postremos edidit Jacobs. *Anth. Palat.* t. III, p. 968. — Vs. 4. τριτάτην absolutum est, *tertio*. Corona est decus primum Musis, dein

Baccho, tertio parentibus. — Vs. 5. Βασιλεῖς. Titulus est ætatis *Imperatorum* : lyrica quoque poesis, ut scenica, apud Græcos tum neutiquam a ludis publicis exulabat. — Vs. 6. θεοῖς una syllaba, ut sæpe.

CCXCII. Loco veteris Galliæ oppidi, cui nomen Vasio Vocontiorum. Edid. v. cl. Renierus, *Mélang. épigr.* p. 129; Herzog. *Gallia Narbon. app. epigr.* n. 444, et G. Kaibel. *Epigr. gr. e lap. conl.* n. 846. In altero lapidis latere legitur :

Belus fortunæ rector mentisque magister
ara gaudebit, quam dedit et voluit.

Severi fere ætate, teste Reniero, Sextus Apamea in Galliam profecturus, oraculum consuluerat de itinere, eratque, ubi salvus eo pervenisset, Belo aram constituere jussus.

CCXCIII. *Romæ* in ædibus Vaticanis, in basi Termini elegantis, Herculis pueri exuviam leonis induti cum clava in manu sinistra. Edidere multi, F. Ursinus in *Imagg.* p. 61, Pighius in *Hercule Prodicio* p. 14, Gruter. p. XLV, 1, Murator. *Thes. Inscrr.* p. LX, 6, Brunck. *Anal.* t. III, p. 121, n. 186, Jacobs. (v. *Anim.* Vol. III, P. I, p. 396.) in *Append.* n. 198, Bœckh.-Franz. *Corp.* n. 5984b, et nos ipsi in Dissert. de *Prodico Ceio,* etc. (1857) p. 87. — Pighii versio :

Solibus exiguis puerum me discite : Felix
Herculeum signum collocat ex Prodico.

CCXCIV. *Athenis,* in pariete occidentali Parthenonis. Lueders, *Bullet. arch.*, 1872, p. 251; G. Kaibel. *Epigr. gr. etc,* p. 364, n. 882. — « Videtur Lætus Plotini fuisse æqualis. » *G. K.* — Vs. 1. « μετάρσιον ὕμνον nescio *carmina* interpreter an *philosophiam,* an denique *declamationes.* » *Wilamowitz.*

CCXCV. *Corinthi* prope Junonis ædem. Cyriacus. In basi venatorum figuræ. Edit. in *Corp. inscr. gr.* 1106; apud G. Kaibel. *ibid.* n. 885. « Venatores illi (circenses) certamine vulnerati Trophimo medico, qui eis medicatus fuerat, gratias referunt. »

CCXCVI. *Athenis* in arce. Edidit G. Kaibelius, *Epigr. gr. e lap. conlect.* n. 886. — Vs. 1. Supplebat ἀμφιπόλων Wilamowitz. — Vs. 3. « Senarius ab patris nomine incipiens, » Ἀλεξιμώρου ex. gr. pro Ἀλεξιμόρου *qui mortem avertit* (ut ἐγχεσίμωρος pro ἐγχεσίμορος *qui hasta mortem affert,* Martis epitheton), sive *qui insaniam amovet.*

CCXCVII. *Ephesi.* Edid. J. T. Wood. *Discoveries at Ephesus,* Inscript. p. 12, n. 11. Supra scriptum est... Βουλὴ... τῶν μαθη[τῶν.] Τ. Φλ. Ὑψικλῆς Τι[ανός]· Ῥόδιος... Τ. Φλ. Πλαικιανὸς Ἐφέσιος· Ῥόδιος Πρεῖσκος· Τ. Κλ. Καλλίξενος Κιλβιανός· Ἱεραπολίτης Κλ. Σάλβιος· Αὐρ. Ἄτταλος Φωκαεύς· Νεικαεὺς Αἰλ. Λυκεῖνος· Λει. Μάρκελλος Ἀγκυρανός· Ἀντιοχεὺς Μεττιανός· Κόλων Καύνιος. — Vs. 2. Androclidæ, ab Androclo qui Ephesi conditor fuisse credebatur, Strab. XIV, I, 3. — Sophista quidam Soterus nomine, qui Ephesi habitavit, aliquando cum contemptu ap. Philostratum, *Sophist. vit.* II, 23, occurrit.

CCXCVIII. *Sidone.* edid. Waddingtonus III, n. 1866 a et Renanus, *Mission de Phénicie,* p. 371 sq. Restituerunt vv. cl. Egger et Miller. — Vs. 1. Dübner. ἀριστέες ἐν σταδίοισιν. — Vs. 3. Φορωνίδος ἐκ Νεμεαίας; Renanus ἔχθορε (pro ἐξέθορε) γαίας, *emicuit,* homerica forma. — Vs. 9. vix intelligi potest, conjicit Renanus [Σίδ]ωνος, et vs. 11, μεγαλύνεται ὑμετέρα χθών. — Vs. 12. ζευκτοῖς... ὄχεσιν, ut apud Plutarchum, *Moral.* p. 278 b, 280 c, et Eustath. *ad Iliad.* E. 486. In eodem marmore legitur : Σιδωνίων ἡ πόλις Διότιμον Διονυσίου δικαστήν, νικήσαντα Νέμεα ἅρματι. Τιμόχα[ρι]ς Ἐλευθερναῖος ἐποίησε.

CCXCIX. *Cyzici* a. 1741 repertum edid. Marquardtus, *Cyz.* p. 162; deinde Bœckh. *Corp.* n. 3671. « Nestorem, quem peregrinum fuisse docet v. 6, non diversum puto ab Nestore Laryandensi Lycio, qui, Suida teste, imperante Alexandro Severo vixit : huic certe ætati et litteræ tituli conveniunt et carminis indoles. Ejusdem supersunt fragmenta *A. P.* IX, 129, 364, 537. » *G. K.*

CCC. *Romæ,* in museo Lateranensi; primus edidit G. Kaibel; *Epigrr. gr. e lap. conl.* n° 918. — Cf. infr. n. CCCV, Ἀντόλιος... Ἑλλάδος ἀνθύπατος.

CCCI. *Sardibus.* Ediderunt Le Bas et Waddington, V, 629, inde G. Kaibelius, *Epigrr. gr.*, etc. 903. « Lydia inde ab IV sæculo exeunte consulari permissa est, neque hoc tempore titulus antiquior. » — Vs. 2. Le Bas et Waddingt. δούμασιν pour δώμασιν. — Vs. 4. G. Kaibel, ut Lebasius, τορήσας quod quid significet haud satis video; legi πορίσας; videsis tamen Lebasii interpretationem : « Les deux derniers vers signifient probablement qu'Acholius, en élevant des remparts dont les fondations étaient dans le roc, avait garanti la liberté des habitants contre les attaques du dehors... et les constructions d'Acholius furent sans doute motivées par l'invasion des barbares qui, sous le règne de Valérien, ravagèrent l'Asie et brûlèrent le temple d'Éphèse. » — Ἐλευθερίης (quod apud Le Bas. scriptum est ἐλευθερίης) τέμενος, G. Kaibelio judice, « fortasse templum est ubi τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας celebraretur. » Suadeo tamen ut conferatur Pindarus ap. Plutarchum, *Themist.* VIII, παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεννὰν κρηπῖδα ἐλευθερίας.

CCCII. *Miseni,* nunc Neapoli in Museo. *Corp. inscr. gr.* 5794. Præscriptum est latine : Deo magno et Fato bono Val(erius) Valens, v(ir) p(erfectissimus), præfectus classis Misen(ensis) p(iæ) v(ictricis) Gordianæ votum fecit.

CCCIII. *Lebenæ Cretensium;* edit. in *Journal of Philol.* 1855, II, 106, n. 3. — Vs. 1. « Paus. II, 26, 9. Ἐκ δὲ τοῦ παρὰ Κυρηναίοις τὸ ἐν Λεβήνῃ τῇ Κρητῶν ἐστιν Ἀσκληπιεῖον. Quod somnia dedicat, per somnium Diodorus videtur oculorum valetudinem reparavisse. » *G. K.*

CCCIV. Prope *Ascaphum* Germaniæ. *Corp. inscr. gr.* n. 6810. G. Kaibel., n. 840. — Cf. Horat. *Epist.* II, 2, 187.

CCCV. *Athenis.* Ed. Koehler., *Hermæ* IV, 132; inde G. Kaibel. n. 902. — Anatolium Kœhlerus putat consulem a. 440 esse.

CCCVI. *Athenis.* Edidit Pocock. *Inscr. Ant.* P. I, c. 5, 3, 4, p. 55. Titulus mutilatus exstat in schedis Fourmonti. Repetiit Bœckh. *Corp.* n. 426. In textu « nota, ait, plene scripta με Ἀρείας τε ἕκατι καὶ ἀρετῆς; » quod sæpe fit. — Vs. 2. Fourmont. Ποντωνιανόν. — Subter scriptum est : Ἐπὶ ἱερέως Αὐρ. Πολλίωνος) Μελιτέως. « Signum) significare videtur patris nomen idem esse ac filii. » *Bckh.*

CCCVII. *Borechath Sabæorum,* hodie Breike. Ex apographo suo v. cl. Waddington. *Inscriptt. re-*

cueill., etc. Syrie, n. 2414. — Vs. 1. ἀμφὼ videtur esse pro ἀμφότερον. — Vs. 6. Waddingt. ἀνεγίρας. — Vs. 7. lapis υἱόσι.

CCCVIII. *Amræ*. Ex apographo suo Waddington, *Inscr. gr. et lat.* etc., n. 2082. Versus hi duo sunt fere iidem atque vss. 4 et 5. tituli præcedentis : ex eodem fonte facile fluxisse credas, aliquo antiquiore poeta qui fortasse scripserat :

Εἴθε σε καὶ χρυσέοις ἐν ἀγάλμασιν ὧδε δυναίμην
ἀνστῆσαι......, πεποθημένον Ἑλλάδι κῦδος.

Conf. G. Kaibelius *Anth. Plan.* V, 335 :

ἔπρεπε μὴν χρυσέῳ ἐν ἀγάλματι μὴ δ' ἐνὶ χαλκῷ
τοῦτον τοῖς ἄλλοις εἴκελον ἑστάμεναι.

« Tiberius Marcellini pater filiusve videtur fuisse. » *G. K.*

CCCIX. *Athenis*. Edidit in *Philistor.* t. IV (1862), p. 93, n. 3, v. cl. S. A. Cumanudes qui hanc inscriptionem ad Macedonica tempora, ex litterarum forma, pertinere arbitratur. — Vss. 1-2. lapis habet Ἑρμεῖ, Νίκει. — Vs. 3. In vase picto quod multi descripserunt, repetiitque nuperrime v. doctiss. Fr. Lenormant in *Dictionn. des Antiqq. gr. et rom.* fascic. 4, p. 625, fig. 705, art. *Bacchus*, repræsentatur Victoria Dionyso πάρεδρος, quæ tripodem choragicum exornat, dum altera Victoria, et ea quoque alata taurum sacrificia adducit. De diis παρέδροις v. G. D'Arnaud dissertationem.

CCCX. « *Theræ* in promontorio D. Stephani extra mœnia oppidi, in sella saxo incisa; pars *a* et epigrammatis *b* vss. 1-2. in superiore parte sellæ scripti sunt, reliqua infra. » *Bckh.* Edidit Bœckhius (*Corp. Addend.* n. 2465 b.) ex schedis Prokeschii et Gerhardus et Rossius *Itin. Insularum maris Æg.* t. I, p. 61. — « Necesse est statua Hecatæ illo loco posita fuerit prope quam simul sellam istam lapideam fecit Artemidorus... Sunt potius duo epigrammata, vel certe unum ex duabus partibus non conjunctis compositum. » *Bœckh.* — Vs. 1. vid. nonnulla hujusce deæ nomina in primo Orphic. hymn. : Εἰνοδίην Ἑκάτην κλήζω, τριοδῖτιν, ἐραννήν, κ. τ. λ.

CCCXI. In insula *Paro* repertum edidit v. cl. Olympius in Ἀθηναίῳ, p. 20, nº 7, qui existimat vs. 2. Μυρσινέαν nomen esse *demi* insulæ, notatque haud procul ab horto ubi reperta est hæc inscriptio, parvum esse vicum Μυρσίνην appellatum. Parentum Nices esse videntur nomina Παπιανὸς et Μυρσινέα. — Δορποφόρος non in lexicis invenitur. G. Kaibelius. n. 828 a. δορποφόρον.

CCCXII. In loco dicto *Magoula*, non procul a Sparta. Ex apographo Bucydis edidit Eustratiades, unde Foucart. *Inscrr. gr. et lat.*, etc. II part. n. 162 *c.* — Vs. 1. Ὀρθία θεὰ est Orthia Artemis. — Βοαγὸς est gregis puerorum ductor ap. Spartanos. Hesych. : βουάγορ· ἀγελάρχης, ὁ τῆς ἀγέλης ἄρχων παῖς. Λάκωνες. De istis gregibus βούαις s. ἀγέλαις, eorumque ducibus, βουαγοῖς s. βοαγοῖς vid. Bœckh. *C. inscr. gr.* tom. I, p. 612, *ib.* n. 1426 b : προσδεξαμένου τὸ ἀνάλωμα τοῦ ἀξιολογωτάτου βοαγοῦ αὐτοῦ. Cf. nn. 1241, 24; 1350, 14; 1453, 9. Vid. et Foucart. *ibid.* n. 168, 9, not. — Vs. 2. μῶαν, laconice pro μῶσαν, μοῦσαν, forsitan idem ac βοῦαν; βοῦα enim videtur factum esse per syncopen e βουσόα. (Etym. M. p. 208, 7). Cf. Hesych. s. v. μούσαξ, ὁ ὑπὸ τοῦ βοαγοῦ τρεφόμενος. — Vs. 3. hexametri spatium vacuum, qui non insculptus est neque etiam factus propter hujus generis difficultatem. — Vs. 4. Versus pares numero, ἰσάριθμα ἔπη, ita nominantur quia si numerorum qui litteris singulis repræsentantur, summam facias, eadem in singulis versibus est, hic, 2730 = βψλ'.

CCCXIII. Juxta rudera *Ariassi*, hod. Evdir-Khan; Spratt. et Forb. II, p. 282, Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 4341, f. *Addend.* p. 1159. Franzii sunt supplementa, quæ recepit Waddington, *Inscriptt.* n. 1358. — Vs. 1. εἰρήνης ἄρξ. Cf. Le Bas. et Waddingt. n. 57. Not. de *Irenarcho* : « *L'irénarque* était chargé de maintenir la paix et l'ordre public. C'était un commissaire de police ou officier de paix, comme nous disons, plutôt qu'un juge de paix. » — Vs. 4. λαγόνων; vocabulum hoc significat lacunas, montium cavitates, et inde torrentis alveum, quo sensu hic usurpatum est. Insculpti sunt versus in basi prope magnum aquæ ductum aut receptaculum sita, quo trajiciebatur urbs media. « Intelligo : *utramque aram posuit, ut jam fluvius superstagnantes fontium undas suis aquis subfunderet;* aræ enim aggeris loco coercendis fluctibus inserviebant » *G. Kaibel.* n. 808, qui nihil desiderandum indicat.

CCCXIV. In urbe Orman, vetere *Philippopoli*. Edidere Welcker. *Syll. epigr.* n. 98, p. 125, edit. alt., Franz. *Corp.* etc., n. 4633, atque ex apographo suo, v. cl. Waddington. *Inscriptt. rec.*, etc. Syrie, n. 2015. — Vs. 1. lacus (λίμνη) qui hic memoratur, magnum est receptaculum juxta veteris urbis rudera, ubi adhuc asservantur pluviales aquæ, per hiemem collectæ.

CCCXV. Apud Androsphingem. Edidit Franzius post Letronn. (*Recueil des inscript.* t. II, p. 483 sq. n. DXLII); *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 1188, n. 4700 b. — Vs. 1. Letronn. qui legit πάντων σφίγξ ἡ καὶ θ. ο., putat excidisse versum, eumque primum, quo explicatur πάντων. — Vs. 2. idem proposuit χῶμα γὰρ ἀγνοέεις ὕψος θ' ὅπερ ἔπ. τ. — Vs. 3. Lapis ex apographo habere videtur ΗΦΑϹΜΑΤΟϹ. Letronn. φάσματος εὐεργοῖο. — Vss. 4-5. « Recte legit Letronn. qui θεόπνουν monet christianum quidquam sonare. » *Fr.* — Vs. 6. Letronn... κεν τὸ θέαμά τις ἀτρεχέως γε νοήσει. — Vs. 7. apogr. ΤΝϹΧΕΙΤΕΙΗΟΤΟΕΤΙ ωΝΑΜΟΝΗϹΑϹΙΟΝΔΕ. « Hephæstina est uxor Ægypti » *Fr.* — V. 8. locus plane, ut videtur, desperatus, qui ita se habet : ΚΕ/ΚΕΤϹΑΝΤΘ ΛΕΙΑΙΟΜΕΔϹϹΙΓϹ. — Vs. 9. sic legit Letronn.; pro ἀπιὼν Bœckh. Σαραπίων. — Nuper hoc epigr. repetiit G. Kaibel. *Epigr. gr. e lapidibus conlecta*, p. 428, n. 1016, qui suo modo fere quemque versum tractavit, sic « Vs. 1. Ἤδε κυρεῖ πάντων σφίγξις κ. τ. λ.; mihi lusisse videtur poeta *omnium est et tortrix et spectaculum divinum.* » — Vs. 2. (de Franzii restitutione quam recepimus); « at altitudo et corpus vix bene inter se conjunguntur; » ipse [εἰ] νοέεις [σὺ σο]φ[ῶ]ς. — Vs. 7. « Ὄψιν ἔχει, recte Franz. videtur scripsisse; reliqua ejus supplementa inepta; conjeceram olim ὄψιν ἔχει [τ]έ[ρν]ο[ι]ο ἐπω[μαδ]όν. » — Vs. 9. Σαραπίων recepit G. Kaibel.

CCCXVI. *Zoravæ*. Edidit ex apographo suo v. cl. Waddington. *Inscriptt. recueill.* etc. Syrie, etc. n. 2484. De Jove Τελείῳ vid. Pausan. VIII, 48, 6; Pindar. *Ol.* XIII, 164 (Bœckh. edit. 115), *Pyth.* I, 130 (Bœckh. edit. 67), etc. Adi inprimis Preller. *Griechische Mythol.* p. 114. — Vs. 3. *Odyss.* H, 84 sqq.

CCCXVII. Ad Balmarcoth templum; *Sidone apud Berytum, in Jovis templi ruderibus, G. Kaibel*). Edidit de Saulcy, *Voyage* etc. Atlas, tab. 57, Letronn. *Revue archéol.* 3e ann. p. 78, Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 4536 et *Addend.* p. 1176, v. cl. Waddington, ex suo ipsius apographo, *Voyage*, etc. *Inscriptt. rec.*, etc. n. 1855, Syrie. Pertinet titulus ad fontem cujus orificium Jovis Ammonis caput imitatur. Præscriptum habet lapis M. Ὀκτάουιος Ἵλαρος εὐξάμενος ἀνέθηκα ὑπὲρ σωτηρίας Κ..... ου Εὐτύχους καὶ τέκνων. De posteriore nomine conjecerunt Κόσμου vel Κοΐντου. — Vss. 1-2. uno pede carent; « utriusque numeri sustentari poterunt addita utrique voce ἵλαθι. » *G. K.* — Vs. 6. omisit, ut videtur, lapicida vocem qua complebatur hexameter, fortasse πάντεσσι sive πιστοῖσι; G. Kaibel. εἰς ὑγίην.

CCCXVIII. Edid. Chandler. *Inscriptt.* p. 78, n. 123, Brunck. *Anal.* t. III, p. 315, n. 750, Jacobs. t. IV, p. 283 (Cf. *Animadd.* t. III, P. II, p. 356), *Anth. Pal. Append.* n. 246. Post alios, Bœckh. *C. inscr. gr.* n. 401, qui « Inscriptio, ait, est quidem sepulcralis; non tamen dubito hierophantæ imaginem appositam fuisse. » Nuper dedit et hunc titulum St. A. Cumanudes Ἀττ. ἐπιγ. ἐπιτύμβ. p. 399, n. 3504. — Vs. 1. in lapide ιαι...οιο; restituit Bœckhius Ζακόροιο. — Vs. 5. « De hostium Eleusinem petentium impetu dicitur : fuerunt, opinor, Gothi qui circa ann. 269 Achaiam omnem vastaverunt, deinde a Dexippo Atheniensi fusi, Epirum, Acarnaniam, Bœotiam pervagati sunt. » *Bckh.* Vid. seq. epigr.

CCCXIX. Edidit Pocock. *Inscriptt. antiq.* p. 59, n. 60, deinde *Analectis* inseruit Brunckius t. III, p. 274, n. 584, et Jacobs. *Append. Anth. Pal.* n. 111. (Conf. *Animadd.* t. III, P. II, p. 191). Exhibuit tandem Bœckh. *Corp.* t. I, n. 380. Elegis præscriptum hoc est : Κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς καὶ τῆς βουλῆς τῶν ΨΝ καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων, τὸν ἄρξαντα τὴν τοῦ βασιλέως ἐν θεσμοθέταις ἀρχήν, καὶ ἄρξαντα τὴν ἐπώνυμον ἀρχήν, καὶ πανηγυριαρχήσαντα καὶ ἀγωνοθετήσαντα τῶν μεγάλων Παναθηναίων, οἴκοθεν ἱερέα παναγῆ, Πό. Ἑρέν. Δέξιππον Πτολεμαίου Ἕρμειον, τὸν ῥήτορα καὶ συγγραφέα, ἀρετῆς ἕνεκα οἱ παῖδες. « Herennii Dexippi historici librorum excerpta apud Photium superesse notum est; floruit autem seculo IIIo, Aureliano et Probo impp., circa ann. 270. Ipse cum Atheniensibus, quorum dux fuit, Gothos vicit, circa ann. 269 (Trebell. Poll. *Gallien.* 13). »

CCCXX. *Romæ.* Titulus est anni p. Chr. 299, mensis martii die 27, qui dies, ut monuit Corsinus, est primus mensis Ægyptii Pharmuti. Edidit Gruter. *Thesaur.*, etc. p. LXXXV, 5. Inde Brunck. *Anal.* III, p. 188, n. 189, Jacobs. (*Animadd.* vol. III, P. I, p. 397), *Append.* n. 256, Hier. Bosch. cum versione Grotii, *Florileg. Græc. Mantiss. tert.*, Bckh.-Franz. *Corp.* 6002, etc. — Vs. 1. νηόν, monosyll. — Vs. 2. βολαῖς, de radiis intelligendum, explicatque Viscontus (*Mus. Pio-Clem.*, t. VI, p. 25) de Sarapide radiato : alii aliter interpretantur. — Vs. 5. καὶ δύο. « Intelligendi duo alii ex eadem gente, qui æditorum munere in eodem Sarapidis templo fungebantur. » *Jac.* — Subscriptum est Πρὸ ς Καλανδῶν] Ἀπριλίων, Φαρμουθὶ ā ὑπάτων τῶν κυρίων ἡμῶν Διοκλητιανοῦ Σεβ(αστοῦ) τὸ ζ καὶ Μαξιμιανοῦ Σεβ(αστοῦ) τὸ ϛ, τόπος ἐδό[θη] ὑπὸ Βαλερίου κωμ..... αντος ὑπατικοῦ ἱερέων ναῶν.

CCCXXI. *Gortyne.* Ex Grutero p. MXCVI, Brunck. *Lectt.* p. 287, n. DCXIIc, Jacobs. (*Animadvv.* vol. III, P. II, p. 206), *Append.* n. 179, Bœckh. *Corp.* n. 2589, titulus ejusdem ætatis ac n. 2588, ubi et ejusdem Pyrrhi mentio est. — « Marcellinum quæstorem pro prætore statua honorat senatus Gortynius. » — « Ἑσπερίης (vs. 1) est Κρήτης. Creta enim Hesperi filia (Meurs. *Cret.* I, 2). » *Bœckh.* — Vs. 2. Gruter., Brunck. et cett. Μάρκελλον, ὁ θρασὺς μάρψε μόρος ταμίην. — Vs. 3. antea legebatur Κυκλάδων γῆς. — Vs. 6. priores, βουλὴ καὶ Πύρρον θῆκεν; Grotius jam Πύρρου, qui tamen in ceteris veterem Gruteri scripturam secutus est. « Quis ille Pyrrhus fuerit, et an hujus nominis tyrannum, aut supremum magistratum, aut præsidem habuerit Cretæ urbs Gortyna, ubi repertus literatus hic lapis, ignoro. » *Br.*

CCCXXII. *Hypæpis.* Editum in Μουσείῳ καὶ Βιβλιοθήκῃ Smyrnæ 1875, p. 114, unde repetiit G. Kaibel. *Epigrr. gr.*, etc. Addend. n. 903 a. — Vs. 3. χραίσμησιν restituit editor et subscripta, quæ sunt προνοησαμένου τ[ῆς ἀναστάσεως] Ἀπολλωνίου ἀρχιμάγου.

CCCXXIII. Le Bas et Waddington, *Inscriptt. gr. et lat.*, etc. part. V, *Asie Min.* sect. 1. *Ionie*, III *Erythres*, n. 55. Verisimile est hunc titulum inscriptum fuisse basi statuæ a Zosimione erectæ in honorem Carpi patris, ex senatus Atheniensis decreto, Erythris, in urbe Ioniæ, quæ, ut memorat Pausanias (VII, 4, 5), adsentiente nostro epigrammate, Atheniensium erat colonia. Supra inscriptæ sunt, sub usitata formula Ἀγαθῇ Τύχῃ initiales litteræ Ψ. Β. Α. quibus significari facile credas, quod sæpe fit, ψήφῳ s. ψηφίσματι βουλῆς Ἀθηναίων; notandum est Erythris fuisse, testante Pausania (VII, 5, 4), Minervæ Poliadis templum et simulacrum. Vere insignis fuit Erythræ urbs, quæ sæpe apud veteres scriptores laudatur. Vid. Herodt. I, 142, etc.; *Homer. vita*, 18; Cic. *in Verrem*, act. II, lib. I, 19; Plin. XXXI, 2, 10; Athen. III, 112 b, VI, 259 b. VII, 325 e. Amm. Marcell. XXXI, p. 465, in-4, 1636. — Vs. 1. Erythrus, eponymus Erythrarum heros, filius erat Rhadamanthi qui eum ut cognominem sibi urbem in Asia conderet, excitavit. (Diod. sic. V, 83, 3; cf. *ibid.* 79, 1). — Vs. 2. cur ab sole gloriam Erythris obvenisse dicatur mihi non satis apparet; fortasse aliquid commune fuit, quod nos fugit, hanc urbem inter et Erytheam insulam ubi erant Solis boves (Apollod. *Bibl.* I, 6.). — Vs. 3. G. Kaib. στῆσε, qui v. seq. scripsit ἀγαλλόμενον, servato vocabulo ἔνδον. — Vs. 4. pro ἔνδον quod lapis habere videtur, legi εἶδεν; supplevi ἀταλλόμενον, non ἀταλλόμενος quod quid velit non video. — Vs. Ζωσιμίων nusquam adhuc repertum viri nomen.

CCCXXIV. Edidit Gruterus Gortyne repertum, MXCVIII, 6. Inde Brunck. *Lectt.* p. 286, epig. DCXIIb., Jacobs. III, 281, (*Animadvv.* t. III, p. 205) et Bœckh. *Corp.* t. II, p. 431, n, 2592, 5. — Vs. 1. Istius rarissimi præfecti nomen non servatum est. — Vs. 2. πόλιν, Gortynem. — Vs. 3. pro Δίκης scribit κριτῆς Bœckh.; — vs. 4. ἀδικοῦσι, melius congruente utroque cum scripturæ vestigiis. — Vs. 6. « Frequens apud hos poetas et sophistas comparatio, » (Jacobs) quæ ridiculam magniloquentiam redolet qua utitur l'*Intimé* in Racinii nostri *Litigatoribus* III, 3 : « Ce soleil d'équité qui n'est jamais terni. »

CCCXXV. In insula *Paro.* Edidit Olympius in Ἀθηναίῳ, 1875, p. 21, n. 8; fuit et in hoc monumento Diphili figura, nunc, ut superest, valde mutilata. — Nihil de tempore certum.

CCCXXVI. *Romæ.* Franz. *Corp. inscr. gr.* 5953. G. Kaibelii (n. 816). sunt supplementa. Præscriptum lapis habet :

Ἑρμῆς. — Lucri repertor atque sermonis dator
infas (*sic*) palæstram protulit Cyllenius.

et subscriptum :

Interpres divum cæli terræque meator
sermonem docui mortales atque palæstram.
. . . . usque terræ
Jovis nuntius et precum minister.

CCCXXVII. In *Paro*. Ex schedis Furmonti edidit Bœckh. *C. inscr. gr.* t. II, p. 348, n. 2388, 2 : « Titulus Proserpinæ dicatus, quod patet ex verbis Διὸς τέκος. Faces fert Proserpina non minus quam mater. » De cultu Cereris et Proserpinæ Pario vide ad n. 2384 *Corp. inscr. gr.* — Vs. 7. Fourmonti apogr. ΣΤΟΙΕΑΝ ϘΨϘΟΙΣΙΝ. Pro οὐδοῖσιν, melius, opinor, scribas θυέεσσιν, *victimis*, vel στορέσαντο θύοισιν. — Vs. 11 tresque sequentes edidit Jacobs. *Anth. Pal.* t. III, p. 958.

CCCXXVIII. *Sinopæ*. Edidit post Hamiltonum (*Research. in As. Min.* Vol. II, n. 58.). Franz. *Corp.* n. 4158, atque ex v. cl. Salicis apographo v. cl, Waddington, *Voyage*, etc. *Inscriptt. rec.*, etc. n. 1812. — Vs. 3. Salic. ЄΥΛΑΜΟΙΟ. « Welckerus annotat voce θεσμὸς h. l. intelligendum esse Imperatorem, plura congerens de voce στήλη quæ hoc loco et recentiore ævo significat statuam (Cf. Zoega *De Obel.* p. 571, n. 4, Gloss. vett. et Suid. s. v.). Affert præterea multa alia exempla. » *B.-Franz.* — In Salicis apogr. sunt tres cruces quibus arguitur christiana ætas, quanquam nihil in titulo idem doceat.

CCCXXIX. *Megaris* repertam hanc inscript. protulit Jo. Taylor. *ad Demosthenem* t. II, p. 358, unde Brunckius in Notis in Theognidem, (v. 751) p. 296, Jacobsius in II *Paralip.* p. 770, sq. n. 20 et *Append.* n. 163, Bœckh. *Corp. inscr. gr.* n. 1080; Ph. Le Bas. *Inscriptt. rec.* Mégarid. n. 59. « Plutarchus, Evrii filius, generis nobilitate et justitia clarus, statua ob beneficia nescio quæ a Megarensibus ornatus, aliunde non notus est. » *Jac.* Vid. seqq. duo epigrammata. — Vs. 7. Ἀλκαθέου, Tayl., male; correxit Brunck. — « Alcathous a Megarensibus pro urbis conditore habebatur. Theogn. v. 751. » *Id.*

CCCXXX. *Athenis*. Editum in Ἐφημ. Ἀρχ. n. 2577, repetiit Ph. Le Bas, *Voyage*, etc., *Inscriptt.* Mégaride, p. 37, 59. Æqualis erat Plutarchus sophista præfecti Herculii. Vid. in hac ipsa syllog. nn. 329 et 331.

CCCXXXI. *Athenis* in occidentali muro Pœciles, cujus frons recentiore ætate ædificata; ex schedis Fauvelii Köhlerianis, edidit Bœckh. *Corp. inscr. gr.* t. I, n. 373[b]. Ultima voce omissa, edidit ex alio Fauveliano apographo Boissonad. in *Maxim. Planud. Metamorph.* p. 653, Ph. Le Bas, *Voyage*, etc., *Inscriptt.* Mégaride, p. 37, 59. — Cf. *Corp.* n. 1080 hîc supr. 329 ubi idem est, opinor, Plutarchus. Vss. 1 et 2 ταμίην id verbum sæpe metaphorice usurpatur. Cf. Pind. Isth. VI, (V), 84 (57) Φυλακίδᾳ γὰρ ἦλθον, ὦ Μοῖσα, ταμίας Πυθέᾳ τε κώμων... Ol. XIII, 9 (7) : ταμίαι ἀνδράσι πλούτου, *Anth. Pal.* VI, 42, 4 : Σύ μοι βιότου τῶν ἀγαθῶν ταμίας, etc.

CCCXXXII. *Athenis*, in museo. Edidit G. Kaibelius, *Epigrr. gr. e lap. conl.* p. 377, n. 912. Si recte restituit nomen Ἑρκούλιον, dubitari nequit quin sit vir ille idem atque in antecedenti et sequenti titulis.

CCCXXXIII. *Megaris*. Ex schedis Furmontianis edidit Osann. *Syll.* II, 49, et inde Bœckh. *Corp. inscr. gr.* t. I, n. 1081. Ph. Le Bas, *Voyage*, etc. Mégaride, n. 60. — Imperante Theodosio juniore præfectus Illyriæ fuit Herculius, ann. 408-412. Vid. Le Bas et Waddington. *ibid.* p. 37.

CCCXXXIV. *Æginæ*. Edidit Keil. *Rhein. Mus.* 1859, p. 502; dedit et Le Bas. *Inscriptt. gr. et lat.*, etc. P. II, Mégarid. et Pélop. n. 61. « Cognomen Phosphorius, rarissimum, fuit L. Aurelii Avianii Symmachi (Orell. n. 1186) qui Romæ præfectus fuit ann. 364; ad quem verisimile est hunc pertinere titulum. Symmachi scriptoris pater fuit. » *Fouc.*

CCCXXXV. Edidit Jacobsius post Chandler. *Sylloq. Inscr.* p. 58, n. 48, et Brunck. *Anal.* III, p. 280, n. 610, Jacobs. *Anthol. Pal. App.* n. 118. Repetiit Bœckh. *Corp.* t. I, n. 373. « Est *Athenis* in basi rotunda quæ sacram mensam sustinet in ecclesia S. Theodori, prope monasterium Capucinorum. » *Bckh. ex Chandl.* — Vs. 4. « Sub imperatore Theodosio I, an. Chr. 380. » *Chandl.*

CCCXXXVI. Edidit Richard. Chandler. *Inscriptt. ant.* p. 80, inde Brunck. *Lectt.* p. 287, ep. CCCLIX, 6, Jacobs. (V. *Animadvv.* vol. III, P. II, p. 76), *Append.* n. 299, Bœckh. *Corp.* 1187. Inter rudera *Trœzenis* repertum. — Vs. 1. Πιτθεῖδαι, Trœzene *Pitthea* Ovid. *Metam.* XV, v. 296. Lapis : ΗΕΞΗΕΕ, Brunck. ἐξήγειωε, Chandl. ἐξεσάωσεν, Jacobs. ἠέξησε. — Vs. 3. Chandler. κτεάτιστον quod ad ἄργυρον referebat.

CCCXXXVII. *Spartæ*. Edidit Le Bas, *Rev. archéol.* 1844, p. 713, inde ex schedis Furmonti Bœckh. *Corp.* n. 1409; repetierunt Le Bas et P. Foucart, *Insc. gr. et lat.*, etc. part. II, Mégar. et Péloponn. n. 181. Subscriptum est Δημητρίου τοῦ Δημητρίου γλυφή.

CCCXXXVIII. *Bostræ*. Edidit post alios Kirchhoff. *C. inscr. gr.* t. IV, p. 277, n. 8606. « Titulum inscriptum fuisse apparet basi statuæ, quæ a Bostrenorum civitate posita fuerat in honorem Sabini ducis; qui non diversus fortasse fuit ab eo quem a Constantio imperatore Orientis copiis præfectum bellum adversus Persas per Mesopotamiæ oras administrasse narrat Ammianus Marcellinus XVIII, 5 *sqq.* XIX, 3. Sane et propter crucem in capite versus prioris appictam Christianis temporibus tribuendus titulus et sæculo post Christ. IV multo recentiorem quominus censeamus impedit versuum bonitas. » *Fr.* — Vs. 2. lapis habet ἀνθ' εὐεργεσίης, vitio e prava pronuntiandi consuetudine orto. — V. Waddington. *Inscriptt. rec.* Syrie, n, 1912.

CCCXXXIX. *Romæ*. Edidit Salmasius *ad Scriptt. Hist. Aug.* t. I, p. 805, et post hunc alii multi inter quos Brunckius *Anal.* t. III, p. 189, n. 191, Jacobs. *Anth.* Lips. t. IV, p. 157 (Vid. *Animadvv.* t. III, P. I, p. 400), *Append.* n. 164, et Franz. *Corp.* n. 6012 c. — Cf. seq. epigr. 341. Μητέρι τῇ πάντων. — Supra scriptum est Μητρὶ θεῶν.

CCCXL. *Romæ*, in æde Divi Nicolai, in Calcaria, in ara grandi in duas partes fissa, unde descripsit Smetius, f° XIX v°, Boissardus t. III, *Antiqq.* p. 47 et t. V, p. 33 sq., Gruter, p. XXVIII, 1, etc. Repetiit Burmann. in *Anthol. lat.* I, p. 32, ubi scriptores, qui de taurobolio et criobolio tradiderunt, diligenter recensentur (Cf. Vandale, *Dissert. de Oracul.* p. 122. 157 sqq. et 180). Post tam multos ediderunt Brunckius

III, p. 189, n. 190, Jacobsius IV, 156, n. 190 (Comment. III, part. 1, p. 398 sqq.), Bœckh-Fr. 6012 b. — « In ara, cui hæc inscripta, conspicitur Cybele turrita cum tympano, a leonibus vecta; subtus taurus; in sinistro latere Attis cum mitra, dextra fistulas et crotala, sinistra pedum tenens. A tergo ipsius stat pinus et sub ea aries, subtus deinde taurus seorsim. » *Jacobs.* Attribuitur hoc epigramma Petronio Apollodoro ex inscriptionis auctoritate, in qua conjuncta duo hæc nomina exhibentur cujusdam idem sacrum munus obtinentis : *Petronius Apollodorus v. c. pontifex major xv vir. sacr. fac. pater sacr. dei invicti Mithræ taurobolio criobolioque percepto,* etc. *aram dicavit.* — Vs. 1. Hegius legebat Μητέρι τῇ πάντων θνητῶν τε θεῶν τε γενέθλῳ. — Vs. 2. idem est Attis cum sole, quapropter dicitur omnium esse sciens. — Vs. 3. θερμερώτερα legebat Scaliger in *Notis* ad Gruterum, claudicante versu; sed manifesto habet lapis ΘΕΜΕΡШΤΕΡΑ, a θέμερος quod apud Hesych. est βέβαιος, εὐσταθής. — Vs. 6. « Is qui sacris matris deûm initiatus hanc aram exstruxit, Apollodorus nuncupabatur. Quod nomen quum versus non caperet, poeta id circumscripsit ἔχων ἐπίκλην Ἀπόλλωνος δῶρον, plane ut Hermodorum Meleager, *Anth. pal.* IV, 1, 44, ὑμνοθέταν Ἑρμοῦ δῶρον ἀειδόμενον et Dioscoridem *ibid.* v. 24. ὅς Διὸς ἐκ κούρων ἔσχεν ἐπωνυμίην. » *Jacobs.*

CCCXLI. « Amuletum Ægyptiacum (en forme de tête de grenouille; Revers, deux divinités assises; l'une, à tête de grenouille, l'autre, à tête d'épervier) edidit Gardner Wilkinson, *Manners and Customs,* etc. t. IV, p. 232. » *Fr.* Repetierunt Letronnius, *Recueil des inscriptions,* etc. t. I, p. 378 (Cf. tab. XV, n. 3) et Franzius, *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 457, n. 4971. « Compositum in speciem syncretismi gnostici. » *Fr.* — Vs. 1. correxit G. Kaibel. μία τῶν βία, una eorum vis.

CCCXLII. *Paniæ.* Ex diversis apographis edidit v. cl. Waddington. *Inscriptt. rec.* Asie, Syrie, etc. n. 1891. — Est etiam in *Corp. inscr. gr.* n. 4538 *b.,* in *Addend.* p. 1179. — Vid. infr. n. 343 : Τῆνδε θεὰν ἀνέθηκε. — Vs. 3. Ἑρμαίου κ. τ. λ. Suppl. Bailie, collato Ἑρμόπαν, Hygin. *Astron.* II, 28, Franz. Ἑρμογόνου.

CCCXLIII. *Cæsareæ Philippi,* in Paneo sub cellula rupi incisa. Edid. Welcker. *Mus. Rhen. philos.* a. I, 1832, p. 295 et Bœckh.-Franz. ex schedis Seetzenii. *C. inscr. gr.* t. III, p. 244, n° 4538; v. cl. Waddington. ex diversis apographis, *Voyage,* etc. *Inscr. rec.,* etc. n. 1892. Welckero nomen Διόπαν cum Διονύσῳ et Διΐ Βάκχῳ componendum videtur, « nec male conjicit Pani τῷ φιλευήχῳ *deam* Echo fuisse dedicatam, allegans *Anthol.* VI, 87, *Planud.* IV, 153-156. » *Bckh.-Fr.* — Vs. 2. correxit idem pro γόνοις γόνος quod in lapide esse videtur ex apographis quibus usus est gallicus editor. — « Victor Echus imaginem nymphæ a Pane amatæ suo deo dedicat. » *G. K.*

CCCXLIV. *Sidymis* Lyciæ. *Corp. inscr. gr.* 4266 e; G. Kaibel. *Epigrr. gr. e lap. conl.* 919. — Tatianus iste natus in provincia Lycia (V. *Cod. Theod.* IX, 38, 9; Cf. Claudian. *In Rufin.* I, 232) consul fuit ann. p. Chr. n. 391. Ejusdem viri titulum exhibet *Corp. inscr.* 4816 : Τατιανὸς ἡγεμὼν τῆς Θηβαΐδος ἱστορήσας ἐθαύμασεν τὸ θαῦμα ξυνὸν τῶν σοφῶν Αἰγυπτίων. — Restituit fere titulum Franzius. — Vs. 1. Lapis habet ΙΙΑΝΟC, Tatiani nomen invenit O. Seeckius. — Vs. 6. Franz. δέ τι πράττων. — Vs. 12. Sententia Homerica, *Il.* K. 212 :

μέγα κέν οἱ ὑπουράνιον κλέος εἴη
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους.

CCCXLV. *Romæ.* Edidit *Gruter. Thesaur.* p.cccxcix, unde repetierunt inter alios Brunck. *Anal.* III, p. 236, n. 403, Jacobs. (V. *Animadvv.* vol. III, P. II, p. 102), *Paralip.* II, 31, p. 778, *Append.* n. 218, Welcker. *Syllog. Epigr.* p. 216, n. 166 ed. alt. et Franz. *Corp.* n. 6232. — Vs. 1. Sic restituebat Casaubonus : Ἰταλίης ἄρχοντα ἀγάκλυτον ἀνστήσαντο, Brunck. et Hagenbuch. : Τιμῆς ἄρχοντος λογίου χάριν ἐστήσαντο, Welckerus cum Grotio : Αἰμιλίης ἄρχοντα σοφώτατοι ἐστήσαντο. — Vs. 2. H. Boschius *ad Anthol. Mantiss.* III, p. 185, βασιλεῖς. — Epigrammati græco præscriptus est titulus latinus hicce : « Cronio Eusebio V. C. consulari Æmiliæ, addita prædictæ provinciæ contuitu vigilantiæ et justitiæ ejus etiam Ravennatensium civitate, quæ antea Piceni caput provinciæ videbatur, vicario Italiæ, quæ potestas supradicto viro ob testimonium anteacti honoris est adtributa, petitione senatus contemplatione vitæ atque eloquentiæ ejus ab invictiss. principibus est delata. » Et hoc subscriptum est : « Dedicata V idus novembris Cos. Fl. Mallio Theodoro V. C. » — (Anno Urb. conditæ 1152, post Christ. 399).

CCCXLVI. *Romæ,* in tabula marmorea ann. 1493 reperta, in foro Trajani inter ruinas effossa. « Claudiani statuam hic ponentes in uno simul Virgilium et Homerum posuerunt. » *Jac.*

Edidit Gruterus, p. cccxci; inde multi inter quos Brunck. *Anal.* III, p. 275, n. 589, Jacobs. *Anth. Lips.* t. IV, p. 241 (Vid. *Animadd.* t. III, P. II, p. 193), et *Append.* n. 158. Epigrammati græco suprascriptus est titulus latinus hicce : « Cl. Claudiano V. C. tribuno et notario, inter cæteras ingentes artes prægloriosissimo poetarum, licet ad memoriam sempiternam carmina ab eodem scripta sufficiant, attamen testimonii gratia ob judicii sui fidem DD. NN. Arcadius et Honorius, felicissimi ac doctissimi imperatores, senatu petente, statuam in foro divi Trajani erigi collocarique jusserunt. » — Vs. 2. βασιλεῖς, reges, sunt Arcadius et Honorius imperatores.

CCCXLVII. In insula *Paro* repertum, in basi qua sine dubio erecta fuerat Dianæ statua, edidit v. cl. Olympius (Ἀθηναίου 1876, p. 8, n. 3) qui notat tertiam Δημοκύδης syllabam correptam esse contra usum. — Vs. 4. confert idem Theognidis distichon 758-9 : Ζεὺς μὲν κ. τ. λ.

CCCXLVIII. Bœckh. *Corp.* n. 1064. *Megaris* in basi statuæ mulieris stola demissa indutæ, sine capite, quam emit Rich. Worsley. Edid. Viscontus *Monum. Gab.* p. 151. Præterea dedit Villoisonus *Act. Acad. Inscript.* t. XLVII, p. 334, Jacobs. *Anthol. Palat.* t. III. *Addend.* p. xciv. — Vs. 2. de Dianæ Orthosiæ cultu Herodt. vid. IV, 87. — Vs. 4. « Εὐκτιμένου nomen propr. esse puto patris, qui genere sit Asclepiades; etsi res est ambigua. » — Vs. 6. Heptameter « perperam, ait Jacobs., addita voce θεαίνῃ. Haud pauca sunt in inscriptt. exempla hujus modi interpolationum metrum corrumpentium, quæ nec a poetis profecta videntur, nec a quadratariis, sed ab iis, qui illas inscriptt. faciendas curaverunt, perspicuitatis plerumque causa. » — Cf. ad n. *Corp.* 954. « Hoc loco τῇδε ejicio, et lego ἱερῆα, ut ap. Pind. *Pyth.* IV, 125. ὑπερῆα. Ὀρθωσίην trissyllabum est, contracto ίη, ut passim in lapidum titulis. » *Bœckh.*

Verisimilius videtur poetam licentia usum, quæ in ætate infima cum propr. nom. non caperet versus, usurpari solebat, secundam ὀρθωσίην syllabam ut dactylus fieret, corripuisse.

CCCXLIX. Diptychon Mediolani in museo Trivultiano. Mommsen, *Corp. inscr. lat.* V, 8120. G. Kaibel, *ibid.* p. XXIV : « Anno post Christum n. 525. » Sub versibus græcis legitur :

Fl. Theodo(rus) Filoxenus Sotericus Filoxenus
vir ill. com. dom. ex magistr. per Thracia
et consul ordin.

CCCL. Diptychon compendiense. Ex Gorio Mommsen, *ibid.* 8120 adn.; G. Kaibel. *ibid.*

CCCLI. *Aphrodisiade* Cariæ, *Corp. inscr. gr.* 2851, G. Kaibel. *Epigrr. gr. e lap. conl.* 889. *Anth. Pal.* IX, 704 posterius exhibuit tetrastichon; prius autem ex Heckero editum est in editionis Didoteæ notis. « Asclepiodotum recte [post Brunckium] Jacobsius [*Anth. Pal.* IX, 704] intelligit eum, qui inter Procli discipulos claruit sub Anastasio Dicoro (491-518). Natione Alexandrinus imprimis coluit Aphrodisiensium urbem, studiis physicis præcipue deditus. Cf. Suidæ ex Damascio Asclepiodoti disciplulo excerpta. » — Vs. 8. « ξυνὸς θόλος videtur ædificium quoddam ab Asclepiodoto usui publico destinatum, in cujus vicinia ejus statua posita erat. Ex Suida hæc ad rem faciunt : πολλὰ συνεισήνεγκεν εἰς τὰ ἱερὰ, τῆς οἰκείας φύσεως ἔκγονα μηχανήματα, ἀγάλματά τε διακοσμῶν καὶ ὕμνους προστιθεὶς ἔστιν οἷς. »

CCCLII. Apud Cedren. 81, p. 170. Dedit Piccolus e cod. Florent. 3, pl. 31, p. 149, *Suppl. à l'Anthol.* p. 197 sq. — Vs. 1. cod. Flor. πυραμίδων, male. — Vs. 5. de hoc Apollonidis templo, quæ mater erat Attali et Eumenis, vid. *Anth. Palat.* Did. t. I, cap. III, et Annotationem. — In edit. Paris. 1647, quintus est καὶ τύμβος κ. τ. λ. atque post septimum, sextum nostrum, τῆς Ἀρτέμιδος κ. τ. λ., legitur τὸν ὅνπερ ἐξήγ. unde consequeretur ab Artemisia, Mausoli conjuge, Dianæ Ephesiæ templum fuisse conditum aut instauratum, quod nusquam alibi legimus. Ceterum hic versus de Dianæ templo deest cod. Flor. — Vss. 10-11. nulla alia est, quam quidem noverimus, de Myrorum theatro mentio, deque ejusdem exscidio ab Arabis patrato. De urbe Myris vid. Strab. XIV, cap. 3, p. 665-666. Plin. V, 28. Steph. Byz. Μύρα. In *Oracul. Sibyll.* IV, 109 dicuntur καλὰ Μύρα (Cf. V, 125 sqq.) — Vs. 12. Rufinium lucum inter præcipua terrarum miracula numerat auctor epigr. DCLVI, *Anthol. Palat.* IX, de quo vide notam, qua fatetur Jacobsius se de luco Pergami speciatim nihil reperisse.

CCCLIII. *Corcyræ.* Edidit Spon, *Itin. Ital.* I, p. 293, Montefalc. *Diar. Ital.* p. 427, cum versione latina et inde multi, inter quos Brunck. *Anal.* III, p. 231, n. 325 (Vid. Jacobs. *Anim.* III, 2, p. 88), Jacobs. *Anth. Pal. Append.* n. 298, Kirchhoff. *C. inscr. gr.* IV, p. 278, n. 8608. « Jovianus gloriatur, quod, paganorum templis eversis, Christo sacram ædem exstruxerit. Hoc circa ann. 363 factum esse videtur. » *Jacobs.* — Vs. 4. Suadet metrum ut ionice ἔεδνον legamus, etsi habeat, ut videtur, lapis ἔδνον (ΕΔΝΟΝ).

CCCLIV. *Constantinopoli.* Edidit Kirchhoff. *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 288, n. 8614. Columna illa cum simulacro reginæ argenteo erecta est in honorem Eudoxiæ Augustæ, anno p. Christ. 406, qui fuit duodecimus imperii Arcadii mariti, collapsa est terræ concussa motu a. 732, regnante Leone Isaurio. — Vs. 3. In nomine Εὐδόξια correpta est ultima, latino more, syllaba. — Vs. 4. Simplicius erat urbis præfectus. Titulo græco appositus hic latinus est : *Dominæ nostræ Eudoxiæ semper Augustæ V. Cl. Simplicius, præfectus urbis dedicavit.*

CCCLV. E. Crameri *Anecdd. Paris.* t. IV, p. 305, Piccolus, *Suppl. à l'Anthol.* p. 138. — Vs. 1. Kramer. ἐδόμησε, θῆκε, correxit Piccolus in notis. — Vss. 1-2. Kramer. Κῦρος ἁπάντων δεσπότις ἡμ. τ. ἐπὶ κ. τ. λ. emendavit Piccolus, commatibus post ἁπάντων et ἡμετέρη interpositis. Ludit poeta verbis forma quidem similibus Κῦρος, κῦρος, sensu autem discrepantibus. — Vs. 2. Cf. poster. epigr. vs. 2. — Vs. 3. cod. ἀμφιπολεύει, correxit Kramerus. — Cyrus ille hujus templi ædificator, Constantinopolis, Theodosio juniore regnante, erat præfectus : de quo vid. Ἐκλογ. Ἱστοριῶν inter ejusdem Crameri *Anecdota gr. Paris.* t. II, p. 310 : Κῦρος, ἔπαρχος τῆς πόλεως, ἀνὴρ σοφώτατος καὶ ἱκανὸς, ἔκτισε τὰ τείχη τῆς πόλεως, ὅπερ ἐξέπληξε τὸν δῆμον, διὰ τὸ κάλλος καὶ τὸ τάχος τῆς τοῦ τείχους κτίσεως· καὶ ἐποίησεν ἐκβοῆσαι καθελομένου τοῦ βασιλέως ἐν τῷ ἱππικῷ· « Κωνσταντῖνος ἔκτισε, Κῦρος ἀνενέωσε. » Φθονηθεὶς οὖν διαβάλλεται ὡς ἑλληνόφρων· δημευθεὶς οὖν καὶ ἀποχαρεὶς, χειροτονεῖται ἐν Σμύρνῃ ἐπίσκοπος.

CCCLVI. E. Cramer. *Anecdd. Paris.* p. 305, Piccolus, *Suppl. à l'Anthol.* p. 138. Hoc epigramma superioris alteram partem esse credam. Virgo divina, omnium regina, quam alloquitur poeta, eadem est quam adiit verbis δεσπότις ἡμετέρη... χαρίτων νάμασι πληθομένη... Οὗτος (Vs. 3) Cyrus ille est qui templum Virgini Mariæ dedicatum, ædificaverat. Interpungendi varietates adhibuit Piccolus, quas admisimus.

CCCLVII. *Bostræ.* Ex suo apographo edidit v. cl. Waddington, *Voyage*, etc., *Inscriptt. recueill.*, etc. Syrie. n. 1914. Antipater hic, ut videtur, erat Bostræ archiepiscopus, regnante Leone imperatore (457-474). — Vs. 3. κλυτόμητις, Homeric. epith. Cereris, *Hymn.* XIX, 1. — Vs. 5 (παρθένον) πολύϋμνον, ἀκήρατον, de his adjunctis cf. Euripid. *Ion.* 1074 et *Troad.* 670; ἀγλαόδωρον homericum est, *H. in Cerer.* 54, 192, 497.

CCCLVIII. *Constantinopoli* in æde sancti Sergii. Edidit Nicol. Alemannus in *Notis historic. in Hist. arcanam Procopii*, ad cap. X., ex ms. Vatic. : « In templo vero S. Sergii, quæ domus pridem Justiniani adhuc patricii fuit, hæc exstabat inscriptio, quam in mss. Vatic. codicibus legi. » Edidit quoque Kirchhoff. *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 299, n. 8639. — Vs. 10. Θεοστεφής, usitatissimum verbum sub imperatoribus Byzant. de regia majestate. Vid. inscr. libri Constantini imp. *De admin. imp.* : τὸν θεοστεφῆ καὶ πορφυρογέννητον βασιλέα; inscr. Epist. Gregor. Palamæ, publicatæ a Boivino *ad Niceph. Greg.* p. 788 : τὴν θεοστεφῆ βασιλίδα et sexcenta alia.

CCCLIX. *Deir-el-Kadi* Auranitidis. — Ex apographo suo v. cl. Waddington. *Inscriptt. rec.* etc. Syrie, n. 2412. — Vs. 4. fortasse scribendum, ut sæpe fit in inscriptt., Σεργείῳ. — De sancti Sergii martyrio et cultu vide Waddington. *ibid.* sub n. 1915 notas; periit sub Galerio Maximo Cæsare.

CCCLX. *Garrimay* prope *Aphrodisiam*, exscriptum a Falkenero edidit Henzen. *Annal. Inst. archéol.* 1852, p. 137, inde Kirchhoff. *Corp. inscr. gr.* n. 8633. Dedit et v. cl. Waddington. *Voyage... In-*

scriptt. etc. n. 1593, cum nova restitutione, quam asserit magis Falkeneri apographo congruere; fatetur tamen in dubio esse vocem Παντοκράτωρ, ult. vers. Christianam addit esse inscriptionem, sed non, ut Kirchhoffio placuit, tam infimæ quam est Justiniani regnum ætatis, quippe qui sexto seculo semper scribebatur ω, pro Ω. Locutionis Χριστὸς ἄχραντος exemplum habes in titulo Hadrianis exscripto a v. cl. G. Perrot, *Galat.* p. 65 : ἐν ἁγίῳ τε τόπῳ εὔδει Χριστοῦ ἀχράντου. G. Kaibelius carmen plane integrum esse arbitratur. *Epigrr. gr.* etc. n. 1067.

CCCLXI. « *Venetiis* in thesauro ædis S. Marci, quo Constantinopoli ablata esse theca putanda est. » Kirchhoff. in *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 371, n. 8812, ex Melet. *Geogr. vet. et nova,* p. 257, ubi hoc lemma legitur : « Εἰς θήκην τινὰ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἠργυρωμένην. » Thecam hanc in qua crucis simulacrum (τύπος) inclusum erat, Golgotha vocaverat Constantinus ille.

CCCLXII. *Trajecti ad Mosam* in templo D. Virginis in cruce geminata ex auro gemmisque eleganter et artificiose confecta, in qua veræ crucis particulam inclusam esse putant. Edidit post multos Kirchhoff. *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 363, n. 8792. — Vs. 1. ξύλον de arbore paradisi illa intelligendum. Romanus imp. a quo dedicatam esse crucem testatur vs. 5, quotus sit non satis constat.

CCCLXIII. In parte antica tabernaculi argentei quod asservatur in monasterio S. Floriani Laureacensi (Lorch, juxta civitatem *Ens* in Norico Ripensi) — Vs. 3. legimus cum Grutero (p. CLXXIII, 6) βλύζουσα, ut pote ubi βλήζουσα, etiamsi pro βλίζουσα accipias, sensu caret. — Vs. 5. pro τὸ πάλαι scripsimus τῆς πάλαι, quia arca illa quæ hic memoratur nobis videtur esse illa fœderis arca adeo in Vetere Testamento celebrata. — Edita est hæc inscriptio in *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 370, n. 8808.

CCCLXIV. *Florentiæ* in cœnobio Camaldulensium. — Sex senarii sunt quatuor lineis dispositi; multis locis corruptos emendare tentavit Kirchhoffius in *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 371, n. 8811, sed non semper ei bene cessit. — Vs. 1 et 3, στῦλος scribit pro στύλος quod dederat A. Maius in *Scriptt. veter. Coll. nova,* V, p. 462, n. 1. — De verbo ὁδηγέτης *Thes. ling. gr.* adi, ubi hæc forma variis exemplis probatur. — Vs. 2. Αἰγυπτίας conjectura est Kirchhoffii. — Vs. 3. idem cum dicit σοὶ aut scriptum male aut lectum pro eo quod debebat, σύ, sibi ignotam esse S. Symeonis Stylitæ historiam satis monstrat : σοί omnino necesse est legere.

CCCLXV. Apud Cedren. in *Histor. Compend.* p. 322, edit. Paris. typ. reg. 1647, p. 322, 120 : Ὅτι ἐν τῷ φόρῳ (τῆς Κωνσταντίνου πόλεως) ὁ πορφυροῦς κίων παρ' αὐτοῦ ἤδρασται· καὶ ἡ στήλη αὐτοῦ ἐστιν, ἐν ᾗ γεγραμμένοι εἰσὶ στίχοι τέσσαρες· Σὺ, Χριστὲ κ. τ. λ. — Vs. 2. Edit. Paris. νῦν. Προσηῦξα dubia forma pro προσηύξησα quam fortasse scripsit poeta, sic melius constituto versu :

σοί νυν προσηύξησα τὴν δούλην πόλιν...

CCCLXVI. *Constantinopoli* olim in æde S. Jacobi, nunc in abbatia S. Vincentii Galliæ diœcesis Carnotensis... os capitis S. Christophori reconditum inter duplex ex ære aurato hemisphærium, in medio in oralem formam apertum, ubi S. Christophorus militis armati more depictus conspicitur, dextra hastam tenens, sinistra scuto innixus. Edidit Du Cange in *Const. Christ.* IV, p. 112. unde repetiit Kirchhoff. *Corp. inscr. græc.* t. IV, p. 366, n. 8796. « Michaelem hunc esse VII Ducam imperatorem (1071-1078) suspicatur Ducangius. — Vs. 3. « τὸ στέφος dicitur os illud e sancti cranio depromptum, quo auro incluso honoris quasi corona ille coronatus est. » *Kirchh.*

CCCLXVII. In lipsanotheca S. Marci *Venetiis.* Edidit Montefalc. in *Diar. Ital.* p. 54 : « Est istic alia crux (Vid. seq. epigr. Καὶ τοῦτο γοῦν...) ex vero quoque, uti dicunt, crucis Christi ligno confecta, in qua inscriptio alia nondum, ut aiebant, lecta, etc. » Ὃν οὐ σταλαγμοὶ... Post Montefalc. dedit Kirchhoff. in *Corp. insc. gr.* IV, n. 8714. — Versuum ordinem restituimus ex prioris editoris ipsius monitu (*Palæogr. gr.* p. 311), qui in *Diario* tertium ante primum et secundum posuerat. — Vs. 4. Montefalc. ἐστόλισαν cum asterisco. « Hæc autem Maria Augusta, si conjectare licet, uxor fuerit Nicephori Botaniatæ (sive Michaelis Ducæ, ut Kirchhoffio placuit ann. Chr. 1067) qui imperabat ann. 1078. » *Montef.*

XLVI. Prius distichon habetur ap. Diog. Laert. e Ambryone in lib. *De Theocrito.* Integrum dat Euseb. in *Præpar. Evang.* XV, 2, p. 793, ubi pro σῆμα μνῆμ. legitur. — Vs. 1. Brunck edidit : Ἑρμείου εὐνούχο τε καὶ κ. τ. λ. — Testante Plutarcho, *De Exil.* IX deridet Theocritus philosophum quod apud Philippum et Alexandrum Aristoteli vitam degere placuit Ἀριστοτέλην δὲ καὶ λελοιδόρηκε Θεόκριτος ὁ Χῖος, ὅτι τὴν παρὰ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ δίαιταν ἀγαπήσας εἵλετο ναίειν ἀντ' Ἀκαδημίας βορϐόρου ἐν προχοαῖς Ἔστι γὰρ ποταμὸς, περὶ Πέλλην, ὃν Μακεδόνες Βόρϐορον καλοῦσι. « Acumen est in ambiguitate vocis βόρϐορ quæ et fluvium Macedoniæ significat, secundum Plutarchum l. c., et cœni voraginem, ubi jacere dicuntur impii. » *Jacobs.* — Vs 2. Jacobs. : μνῆμα... θῆκε

XLVII. *Athenis* in necrop. Ceram. Edidit, po *Bull. Inst. arch.* 1864, p. 40, *Bull. de l'École. fr. d'At.* 1 vol p. 218, v. cl. Cumanudes, Ἀττικ. ἐπιγρ. ἐπιτύμϐ. p. 96, n. 735. Lin. 1. Λακιάδης, δημότης Λακία Λακία, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. — Vs. 3. ἡνίοχ. τ. τρ. metaphora usitatissima. Cf. Simonid. *Ant. Plan.* I, 2 : Παλαισμοσύνας δεξιὸν ἡνίοχον; anonym epigr. Brunck *Anal.* t. III. p. 264 : Τιμόθεον, κιθ ρας δεξιὸν ἡνίοχον, κ. τ. λ. « Macareus histrio fu tragicus. » *G. K.*

XLVIII. *Athenis;* necrop. Ceram. *Bull. de l'Éc. fr. d'Athènes,* 1 vol. p. 215; inde repetiit St. Cumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμϐ. p. 111, n. 858. — Vs. Μελιτεὺς a Melita, pago tribus Œneidis. — Vs. nihil nisi incerta vestigia superest. « Vetus epigramma in voc. κεῖται desinere adfirmo testis oculatus. » *G. K.*

XLIX. Marmor Elginianum ubi repertum non constat; edid. Viscont. *Synops. mus. Br.* p. 131, n. 172; Osann. *Syll.* p. 142 sq.; Jacobs *Anthol. Pal.* t. III, p. 969, n. 400. Repetiit Bœckh *Corp. inscr. gr.*, n. 3648. — Vs. 3. Lapis hab ΑΓΝΗΙΣ Ἀγνηΐς, unde Ἀγνής. — Vs. 4. In lap τῆς (ΤΗΣ), quod retinendum. « Metriche mater D trephen et Periclem e Zoilo, deinde Hagneidem Demophontem e Metrodoro viro susceperat. Alter tamen distichon fortasse post matris mortem insc ptum. » *G. K.*

L. *Vari.* St. A. Cumanud. Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύ p. 365, n. 3153. — Vs. 1. Scripsit Μνησαγόρα. Vs. 2. ἀφείλετο, *prohibuit* s. *invidit.* Lapis ha ΑΦΕΛΕΤΟ. — Vs. 4, in lapide ΕΣΩ. — Clausula merica.

LI. *Athenis.* Damus ex v. cl. Cumanud. Ἀ ἐπιγρ. ἐπιτύμϐ. p. 295, n. 2486, qui duo distin τετράστιχα ἐπιγράμματα, bonæ quidem ætatis. Vs. 5. Chium vinum apud veteres celeberrim de quo vid. inter multos qui laudavere, Athen 26 : Θεόπομπος δέ φησι, παρὰ Χίοις πρώτοις γενέ

…ν μέλανα οἶνον, καὶ τὸ φυτεύειν δὲ καὶ θεραπεύειν …μπέλους Χίους πρώτους, μαθόντας παρ' Οἰνοπίωνος …οῦ Διονύσου, ὃς καὶ συνῴκισε τὴν νῆσον κ. τ. λ. — …f. Vict. Hugo, *Orient.* XVIII « Chio, l'île des vins, …c. » — G. Kaibelius n. 88 : Vs. 6. « Mira Χίος no…minis trochaica mensura, qua tamen minime defen…ditur epigrammatis quod Simonideum dicitur 119, …s. 4. οὐδ' ἷκεν Χίον ἐς ἀμφιρύτην. — Ceterum Chius …otius quam Atheniensis poeta videtur fuisse. »

LII. Ap. Demosth. in orat. *De Coron.* 89. — …s. 3. Vulgo δείματος, quod retinuit Grotius; Reisk., …aylor. cett. ex Walckenar. (*Ad Ammon. Animadv.* …I. 15), λήματος. Conjic. Jacobs. ἀρετῇ δίχα δείματος, …nale. — Vs. 4. Vulg. βράδην. — Vs. 7. Grot. ἔχῃ. — …ss. 9-10. Omnes et ipse Reisk. distinguunt post ἐν …οτῇ· idem hic posuit ἕτερον pro μερόπων, et οὔ τι …ro οὔτι, hoc sensu : neque licet ut aliud quid effu…iat fatalem necessitatem. — Marckland., Taylor. …πορον (οἱ θεοὶ), vulg. ἔπορεν, quod defendi potest si in …ræcedente versu legis, ut est in quibusdam codici…is, θεοῦ pro θεῶν.

LIII. *Athenis* inter sepulcra ad urbem prope …ortam Acharnensem a. 1810 repertam hanc in…criptionem edidit et explicuit Viscontus in *Hist.* …nstit. *Franc. Class. hist. et litt. Ant.* t. I (1815), …230 sqq. Inde minusculis repræsentatur in gallica …phemeride *Journ. des Sav.* sept. 1816, p. 20. Dedit …acobs. *Anthol. Palat.* t. III, *Addend.* p. CI, dehinc …œckh. *Corp.* t. I, n. 175, et nuperrime v. d. Cuma…udes in Ἀττικῆς ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. n. 16. — Vs. 1. …iscont., Μνῆμ' ἴδε τοῦτ', G. Kaibel. Μνᾶμα [τόδ' ἐστ' …πί. — Vs. 2. Πυθίων, dissyllab., est vir qui laudatur. …isc. δαΐξας, *Journ. des Sav.* δῃώσας. — Vs. 7. δισ…λίοις trissyllab. — Vs. 8. Viscont. corrigebat οὐδεὶς … οὐ πημαντὸς ἐπ., in quo damni facti mentionem …esideramus; igitur Jacobs. scripsit. οὐδ. πημ. δ' …' ἐπ. Sed in hoc quoque aliquid offendit, et maxime …ὴρ. displicet in hac sententia. Versibus subjectum …abes : Φυλαὶ αἵδ' εἰσίν· Πανδιονίς, Κεκροπίς, Ἀντιοχίς.

LIV-CXX. « Hæc epigrammata e vetere quodam co…ice Bibl. Mediceæ primus edidit Stephanus ad cal…m *Anthol.* p. 497-502, cum lemmate : Ποῦ ἕκαστος …ῶν Ἑλλήνων ἡρώων τέθαπται καὶ τί ἐπιγέγραπται τῷ …άφῳ. — Partem ea constituisse operis Aristotelei, …uod Peplum inscripserat, apparet ex Eustathio ad *Il.* … 557, p. 285, 20 : Ἱστορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς Πορφύριος …αὶ ὅτι Ἀριστοτέλης σύγγραμμα πραγματευσάμενος ὅπερ …λήθη Πέπλος, γενεαλογίας τε ἡγεμόνων ἐξέθετο, καὶ …ῶν ἑκάστων ἀριθμὸν, καὶ ἐπιγράμματα εἰς αὐτοὺς, ἃ …αὶ ἀναγράφεται ὁ Πορφύριος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον, …λᾶ ὄντα καὶ οὐδέν τι παχὺ καὶ φλεγμαῖνον ἔχοντα. …στιχα δὲ τὰ ὅλα ἐκεῖνα δίχα τοῦ ῥηθέντος εἰς τὸν …αντα. Ἴσως γὰρ ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐφιλοτιμήσατο …φιλοτεχνήσατο Heitz), ἀπεναντίας ἐλθὼν τῷ ποιητῇ …ι τῷ λαμπρῷ Αἴαντι πολυλογῆσαι, τοὺς δὲ ἄλλους ἧττον …μνῆναι. Alterum est de Peplo Aristotelico testimo…ium ap. Socratem in *Hist. eccl.* III, 23, p. 165, ed. …aris, 1686. Ausonius Burdigalensis, qui bonam …orum epigrammatum partem in latinum sermonem …onvertit, eorum auctorem ignorasse videtur, cum … præfatione scripserit : *Epitaphia — scilicet titulos …pulcrales, heroum qui bello Trojano interfuerunt. …uæ antiqua quum apud philologum quemdam repe…ssem, latino sermone converti.* Πέπλον, qui ἱστορίαν …μμικτον complexus sit, inter *Aristotelis* opera me…orat Biographus anonymus in Aristot. Opp. t. I, … 66, ed. Bipont..... Peplum hoc carmen sive potius …rminum contextum appellatum esse ab illo velo, …uod in Panathenaicis circumferebatur, cuique præ…r ipsius Minervæ facinora res gestæ intextæ erant, docet Fabricius *Bibl. Gr.* t. III, p. 275 sq. n. t. » *Jacobs.* — Cf. πέπλον παμποίκιλον quem Trojanæ mulieres Minervæ offerunt in *Iliad.* Ζ, 286-310, et in *Æneid.* I, 479-481. Alio ordine edita sunt ab H. Stephano hæc epigrammata, quem secutus est Æ. Heitzius in *Aristotelis fragm.* edit. Didot, p. 312 sqq. et in hac nostra editione numeri uncinis inclusi significant. Ordinem Canterianæ edit. Antverp. 1571, post Jacobsium, dedimus.

LIV. Peneleus, unus ex Bœotorum ducibus, sæpe occurrit in *Iliade* Β. 494; Ν. 92; Ξ, 487 sqq. Π, 335; Ρ, 597-600, cujus genus memorat Pausan. IX, v, 8.

LV. De Ascalapho et Jalmeno ejus fratre, Orchomeniorum ducibus, vid. Hom. *Il.* Β, 512, Ι, 82 et Ν, 478 sqq., ubi prior pugnat et occiditur.

LVI. « In Mycono sepultus esse dicitur Ajax, quod Gyræ rupes, in quibus periit, pars hujus insulæ fuisse dicuntur. » *Jacobs.* — Cf. Virg. *Æn.* I, 45.

LVII. Elephenor, Abantum dux. *Il.* Β, 540, ab Agenore occiditur, *ibid.* Δ. 403.

LVIII. Menestheus, dux Atheniensium, *Il.* Β. 552, (υἱὸς Πετεῶο) et alibi.

LIX. « Ex loco Eustathii supra laudato apparet falli qui hoc carmen Asclepiadæ tribuunt. » *Jacobs.* Idcirco hoc epigramma in Peplum reposuimus, quod et exstat in collect. Florentina, quanquam jam editum fuerit in *Anthol. Pal.* VII, 145, ubi vide notam. — In hujus epigr. parodiam lusit Mnasalcas ap. Athen. IV, p. 163 A et Eustath. p. 285, 25. Vid. infr. hoc epigrammation inter *Irrisoria.*

LX. « Teucer in insula Cypro, ubi urbem Salamina condiderat, obiit. Vid. schol. Pindari *Nem.* IV. 77. » *Jacobs.*

LXI. De Diomedis sepultura vid. Strab. VI, III, 9, p. 235, ed. Didot, ubi legitur : Ἐν δὲ τῇ πλήσιον (τῆς Ἀπουλίας) θαλάττῃ δύο νῆσοι Διομήδειοι προσαγορευόμεναι, ὧν ἡ μὲν οἰκεῖται, τὴν δ' ἐρήμην φασὶν εἶναι· ἐν ᾗ καὶ τὸν Διομήδην μυθεύουσιν ἀφανισθῆναί τινες, κ. τ. λ. — Ausonius, *Epitaph. Her.* VI, edit. Bipont. p. 107 :

Conditur hic, genitore bono melior Diomedes,
crimen ob uxoris pulsus dotalibus agris,
Argyripam, clarosque viris qui condidit Arpos :
Clarior urbe nova, patriæ quam sede vetusta.

Unde satis apparet Ausonium reperisse apud « philologum » suum alia Heroum quam ea quibus contextus erat Aristotelis *Peplus*, epitaphia.

LXII. In *Iliad.* Β, 563 sqq. consociantur cum Diomede Sthenelus Καπανῆος ἀγακλειτοῦ φίλος υἱός, et Euryalus : De his Ausonii epigr. (X) tetrastichum et aliud est atque hoc nostrum, ut cetera Pepli Aristotelei, duobus versibus contentum.

LXIII-LXIV Quod transtulit Ausonius de Agamemnone epitaphium, id omnino ab Aristoteleis de eodem viro epitaphiis differt, neque adhuc repertum est.

LXV. Si credis Homero, fatale erat Menelao transferri in Insulas Beatorum. *Od.* Δ, 561 sqq. Aristotelis distichon plurimis verbis exaggeravit Ausonius (*Epit. Her.* II) :

Felix ô Menelae, deûm cui debita sedes,
decretumque piis manibus Elysium.
Tyndareo dilecte gener, dilecte Tonanti :

conjugii vindex, ultor adulterii :
æterno pollens ævo, æternaque juventa,
nec leti passus tempora, nec senii.

LXVI-LXVII. « Nestor, Nelei filius et Chloridis, inter ἡμιθέους, οὓς ἐκ θείου καὶ ἀνθρωπίνου σώματος φῦναι λέγουσιν, censeri non potest. Præferenda igitur lectio, quam servavit Eustathius p. 206, φέρτατον ἡμερίων [*optimum unum-diem-durantium*]. Ad hæc enim duo in Nestorem epigrammata respicit, quæ memoriæ lapsu pro uno habet : δηλοῖ δὲ τὴν τοῦ γέροντος ἀρετὴν, καὶ τὸ εἰς αὐτὸν παλαιὸν ἐπίγραμμα ὅπερ καὶ φέρτατον ἡμερίων λέγει αὐτὸν, καὶ βαθύνουν, καὶ ψυχὴν ἐν σώματι θείαν ἔχοντα, καὶ ἄνδρα ἀγαθόν. » *Brunck.*

LXVIII « Antilochus, patri in pugna cum Memnone auxilium ferens, occubuisse dicitur ap. Pindar. *Pythic.* VI, 28 sqq. Sed diversa fuit apud veteres de Antilochi morte traditio. » *Jacobs.* Tria hæc epigrammata, de Nestore duo priora, postremumque de Antilocho commiscuit in unum Ausonius (VIII) :

Hoc tegor in tumulo, quarti jam prodigus ævi,
Nestor, consilio clarus et eloquio.
Objecit sese cujus pro morte peremptus
filius, et nati vulnere vivo pater.
Eheu ! cur fatis disponere sic placet ævum,
tam longum, ut nobis, tam breve, ut Antilocho ?

LXIX. De Agapenore, Hom. *Il.* B, 609) : Τῶν (οἳ ἔχον 'Αρκαδίην κ. τ. λ.) ἦρχ' Ἀγκαίοιο πάϊς, κρείων Ἀγαπήνωρ.

LXX. Amphimachus et Diores ap. Hom. *Il.* B, 620 sqq. sunt inter Græcorum duces : quorum prior ab Hectore (*Il.* N, 185), posterior a Piro (*Il.* Δ, 517) interfectus est.

LXXI. Thalpius et Polyxenus, Eleorum principes, in *Iliad.* B, 620, 623.

LXXII. Meges, Phylei filius ex sorore Ulyssis, dux Dulichius fortissimus, *Iliad.* B, 627-630 et alibi ; in Polygnoti tabula (Pausan. X, xxv, 2) vulneratur ab Admeto Meges.

LXXIII-LXXIV. « Ulysses a filio Telegono interfectus, in insulam Æneam, quam νῆσον τῆς Τυρρηνίας vocat schol. in *Odyss.* I, 32, deportatus ibique sepultus est, secundum Hyginum, *Fab.* cxxvii, aliosque. »

LXXV. Dederat Stephanus Εὐαίμονος, sed ex *Iliad.* B, 638 reponendum fuit 'Ανδραίμονος : Αἰτωλῶν δ' ἡγεῖτο Θόας, 'Ανδραίμονος υἱός.

LXXVI. Distichon hoc est apud Diodorum Siculum (V, 79), quo auctore, legebatur in monumento quod ἐν τῇ Κνωσῷ δεικνύουσιν. Addit idem ὅτι τούτους ('Ιδομενῆα καὶ Μηριόνην) ὡς ἥρωας ἐπιφανεῖς τιμῶσιν οἱ Κρῆτες διαφερόντως, θύοντες καὶ κατὰ τοὺς ἐν τοῖς πολέμοις κινδύνους ἐπικαλούμενοι βοηθούς. — Vs. 1. Diod. habet ὅρα, cum Vatic. cod. et ἐγώ τοι pro τοῦ, quod retinet Brunckius, positum pro αὐτοῦ seu τούτου.

LXXVII. De Tlepolemo, Rhodiorum duce, præclare loquitur Hom. *Il.* B, 655 ; a Sarpedone occiditur. *Il.* E, 655 sqq. « Qua auctoritate Rhodi sepultus esse dicatur, ignoro. » *Jacobs.*

LXXVIII. Deipylus, Stheneli amicus in *Iliad.* E, 325, ab Aristotele 'Ορμένιος vocatus, sive ab Ormeno, Amyntoris patre, oriundus, sive ex Ormenio, urbe Thessaliæ ab Ormeno condita.

LXXIX. Homerus, *Il.* B, 671, de Nireo :

Νιρεύς, 'Αγλαΐης υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν
τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

LXXX. Junguntur ap. Hom. *Il.* B. 678, Phidippus et Antiphus Θεσσάλου υἷε δύω 'Ηρακλεΐδαο ἄνακτος. — Cf. Diod. sic. V, 54, 1.

LXXXI. Lemma ap. Grotium : 'Επὶ 'Αχιλλέως κειμένου ἐν Τροίῃ, τιμωμένου δὲ καὶ ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ. Ab Hom. *Od.* Ω, 15 sqq. Achillis mors narratur, et sepultura ἀκτῇ ἐπὶ προὐχούσῃ, ἐπὶ πλατεῖ 'Ελλησπόντῳ (v. 82); secundum alios et Arctin. *Æthiop.* Hom. Didot, p. 583b, quibus assentire videtur Aristoteles, sepultus a Thetide matre in insula Leuce in Propontide sita, de qua, ut Harpocrationi, s. v. Λευκῆς ἀκτῆς, videtur, mentio est ap. Lysiam, *in Alcibiad.* p. 142. Cf. Suidam et Phot. *Lex.*, Pausan. III, xix, 11. — Vs. 2. Correpta media in Προποντίς syllaba vitio manifesto, conjecit verbum hoc Jacobsius ex glossemate irrepsisse.

LXXXII. 'Εθρήνησαν δ' ἑ. Π. Id ex Homero. *Od.* Ω, 60 sq. Idem et narrabat Arctinus, l. c.

LXXXIII. Hom. *ib.* 77 indicat Patroclum cum Achille esse conditum.

LXXXIV. Nusquam ap. Hom. memoratur Podarces, Actoris filius. In *Iliad.* B, 704 et alibi Podarces est frater minor Protesilai, et Iphicli filius.

LXXXV. De Philoct. Hom. *Il.* B, 718 sqq.

LXXXVI. De Eumelo id. *ibid.* 714. Ubi autem sepultus fuerit, ignoratur ; Pheris tamen verisimile est, Thessaliæ urbe, quæ hic loquitur.

LXXXVII. Podalirius et Machaon, Æsculapii filii ap. Hom. *Il.* B, 729 sqq. : οἳ δ' εἶχον Τρίκκην...

LXXXVIII. « Hic non 'Ορχομένῳ scripsit Aristoteles, sed 'Ορμενίῳ, ut apparet ex Homer. *Iliad.* B 734. » *Jacobs.*

LXXXIX. In *Iliad.* B, 740 et 745 memorantur hi viri duo. Vid. et in Νόστων fragm. in Homer. Didot p. 584b., ubi, eversa Troja, cum sociis suis terrestri itinere Colophonem adveniunt.

XC. Homer. *Il.* B, 748. De Guneo vide Auson. *Epit.* XI :

Gunea pontus habet, tumulus sine corpore nomen
fama homines inter ; cœlum animus repetit.

XCI. De Prothoo, Magnesiorum duce, Hom. *ib.* 756 sqq. — « Distichon hoc respexisse videtur Eustathius, p. 17, ubi, postquam diversas nominis ἥρως etymologias protulit, postremam hanc addit οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἔρος, ὡς δηλοῦται ἔν τινι τῶν παρὰ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων, ἐν ᾧ κεῖται τό· Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ κεῖται, πνεῦμα δ' ἀὴρ ὅδ' ἔχει. Unde scribendum videtur :

Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ Προθόου Τενθρηδόνος υἱοῦ
κεῖται ἀνοίκτιστον· πνεῦμα δ' ἀὴρ ἐπέχει. » *Brunck.*

Σῆμα Eustathius habet, quod tacite mutavit feliciter tamen Brunckius, favente Eudocia quæ σῶμα dedit in hocce epitaphio, *Viol.* p. 219.

XCII. Duo Talthybii monumenta memorat Pau-

san. III, xii, 6, VII, xxiii, 7, unum Spartæ, juxta Hellenium, alterum apud Ægienses, in Achaia. Nusquam alibi ejus sepulcrum Mycenis fuisse reperi.

XCIII. « Automedon, Achillis auriga, in agro Trojano sepultus. Vixit tamen adhuc in Trojæ excidio. Virg. *Æn.* II, 477. » *Jacobs.*

XCIV. Pausan. IX, xviii, 5 : « Est etiam ad eam, quæ Œdipodia appellatur, aquam Hectoris Priami filii apud Thebanos monumentum : illuc enim ejus ossa ex quodam oraculo ab Ilio a Thebanis deportata sunt. » — Cf. Ttetz. *ad Lycophr.* 1194 et *Homer.* 489, qui etiam hoc epigramma hic exhibet.

XCV. Pyræchmes, Pæonum princeps in *Iliad.* B, 848 memoratur : occisus est a Patroclo, *ibid.* Π. 287-292.

XCVI. « Interpretatio hujus distichi petenda est ex Homer. *Il.* E, 640 sqq. Hercules

— — δεῦρ' ἐλθὼν ἕνεχ' ἵππων Λαομέδοντος,
ἓξ οἴης σὺν νηυσὶ καὶ ἀνδράσι παυροτέροισιν,
Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς.

Apollod. II, 6. » *Jacobs.*

XCIX. Vs. 1. Vid. *Anth. Palat.* Didot, VII, 617. epigr. de eodem iisdem verbis incipiens : Θρήϊκα χρυσολύρην... in quo Musæ dicuntur poetam sepelivisse, quem occiderat Jupiter. — Cf. Diog. Laert. Proœm. § 5; Pausan. IX, xxx et Hygin. *Astron.* II, 7. — Phanocles ap. Stob. *Florig.* tit. 64, Orphei mortem cecinit, ut « Bistonides eum, dolis circumfusis, occiderint, gladii acie bene parata; » utque Thraces muliebre scelus ulti sint.

CI. De Atalanta vid. Heyn. ad Apollod. I, 8, p. 119.

CII. Protesilaus jam mortuus erat temporibus Iliadis, ut testatur Homerus *ibid.* 699 sqq. cujus frater erat Podarces. Hom. *ib.* 704 sqq. — Hoc et quæ sequuntur epigrammata in sylloge Florentina desiderantur; addita sunt ex Tzetze et Eustathio et codd. Tzetzes p. 16 Schir. : Ὁ Πρωτεσίλαος ἐν Χερρονήσῳ ἀναιρεθεὶς ἐτάφη· φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐπίγραμμα τόδε· Τόνδ' κ. τ. λ. *Heitz.*

CIII. Pandarum memorat ab Apolline ipso arcum accepisse Hom. *ibid.* B, 826 sq., qui a Diomede occiditur. *ib.* E, 167-296. Tzetz. p. 51 Schir.

CIV. In Dolonem. Vs. 1. Cui Troja patria erat. Vid. Hom. *Il.* K, 314 sqq. : Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δόλων, Εὐμήδεος υἱός... Tzetz. *ib.* p. 65.

CV. In Rhesum : id ex *Iliad.* K, 471 sqq. ductum : Οἱ δ' (Θρῆκες) εὗδον καμάτῳ ἀδδηκότες... Ῥῆσος δ' ἐν μέσῳ εὗδε... Tzetz. *ib.* p. 65.

CVI. Carum reges erant Amphimachus et Nastes, Lyciorum Sarpedon ipse et Glaucus. Hom. *Iliad.* B, 867-876. Sarpedonis corpus Apollo e manibus Græcorum tollit et in Lyciam transferendum dat Somno et Morti, *ibid.* Π, 666-683. — Lyciæ maj. fluvius Xanthus est. Tzetz. *ib.* p. 72.

CVII. Inter illos fuit Glaucus qui occisi Sarpedonis corpus defenderunt. *Iliad.* Π, 593 sqq. Εὐώδης κυπ. Homericum cupressi epitheton, *Od.* E, 64, quod imitatus est Theocr. *Epigr.* IV, 7. ed. Boiss. Nusquam alibi, apud Græcos, quod sciam, occurrit ut feralis arbor, cupressus. Tzetz. *ib.* p. 73.

CVIII. Apud Arctin. in *Æthiop.* frag. in Homer. Didot, p. 583 a, Memnoni Aurora mater, cum ab Jove petiisset, immortalitatem dat. Tzetz. *Posthom.* v. 345. Jacobs.

CIX-CXVII. Quæ sequuntur epigrammata servata sunt quoque a Tzetze *ibid.* p. 44, 54, 52; *Posthom.* 207 Jacobs., *Ante homer* 257 Jacobs; Eustathio *ad Iliad.* p. 356, 30, *ad Odyss.* p. 1698, 25, Tzetze, *Posth.* 698.

CXVIII-CXIX. « Ad *Peplum* hæc duo epigrammata, ἀδέσποτα in *Anthol. Palat.* VII, 143 et 144, retulit Jacobsius. — Cf. Brunck. *Analect.* t. III, n. DCXXII. De priori jure dubitat Bergkius. » *Heitz.*

CXX. « In vasculo Neapolitano fig. rubr. collectionis Carelli (Millingen, *Anc. unedit. Monum.* t. 36), de quo conf. Letronn. *Journ. des Sav.* 1827, p. 501 et Otto Jahn, *Telephos und Troilos* p. 91, visitur cippus sepulcralis, in quo inscriptio est; utrinque figura virilis palliata baculum tenens; in parte aversa adolescens nudus ramum tenens, ex adverso puella ornata, tunica longa induta, tænias et cistum portans. » Ediderunt multi, inscriptionem repetiere Welcker. *Syll. epigr. gr.* ed. alt. n. 103; Franz. *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 234. n. 8429. « Epitaphium fictum ex numero eorum quæ in heroas Homericos composita Aristoteles libro Πέπλος inscripto intexuit... Nam Porphyrium, quem constat epigrammata Aristotelia in commentarios Homericos transtulisse suos (Eustath. Iliad. 285. 24, Rom.; 216, Basil.), nihil obstat quominus etiam hoc nostrum quod ad heroem Thebanum (*Iliad.* XXIII, 679; *Odyss.* XI, 270) pertinet, epitaphium ex eodem libro excerpsisse putemus... Quippe Eustathius cum alia ex Porphyrio delibavit ad librum Aristotelium referenda, tum epigramma illud apud Porphyrium exstitisse (Comment. ad *Odyss.* XI, 539, p. 454. Basil.; t. III, p. 1698, Rom. 1542) significavit verbis hisce : ἐφυτεύετο ἐν τοῖς τάφοις (ὁ ἀσφόδελος), ὡς δηλοῖ καί τι τῶν παρὰ τῷ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων λέγον ὡς ἀπό τινος τάφου ὅτι νώτῳ μὲν μαλάχην καὶ ἀσφόδελον πολύριζον, κόλπῳ δὲ τὸν δεῖνα ἔχω. » *Fr.* — Cf. Ausonii epigr. XXI, in Hippothoum et Pylæum, quod ex eodem fonte hausit, transtulitque in latinam linguam.

Hippothoum Pyleumque tenet gremio infima tellus,
Caulibus et malvis terga superna virent.

CXXI. *Piræeo.* Edidit v. cl. Cumanudes, Ἀττ ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 342, n. 2904. — Vs. 1. ὑπερφιάλους, propr. *superbas,* hic ut interdum in laude positum est pro μεγαλοφυής, ut in Gallico sermone *superbe.* — Cf. in Aristotelis (?) *Peplo* 115 (Ἐπὶ Κύκνου).

CXXII. *Athenis.* Edidere multi; primus, opinor, Rusopulus Ἀρχαιολ. Ἐφημερ. 1862, Decemb. p. 298 et tabl. 43; nuper v. cl. St. Cumanudes (Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 332, n. 2784) ex quo dedimus. — Versibus subscriptum Κῶμος χαιρε....ς καὶ ὁ γράψας. — β. Vs. 2. sic sæpe ap. poetas dictus est Jupiter. Eurip. *Med.* 1412 : Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ, *ibid.* 470 : Ζῆνά θ' ὃς ὅρκων θνατοῖς ταμίας νενόμισται, et apud Platon. *De Rep.* II, p. 379, E. : οὐδ' ὡς ταμίας ἡμῖν Ζεὺς ἀγαθῶν τε κακῶν τε τέτυκται. — Vs. 5. Lapis : ΠΑΤΡΙΔΕΣΣΗΜ.

CXXIII. Ex Pausan. X, xii, 6. Repetierunt multi, inter quos Jos. Scalig. in *Tibull.* V, 19, 68 :

Herophile Phœbo grataque quod minuit

Bonada, *Anth.* p. 410, Brunck. *Anal.* III, p. 252, n. 479, Jacobs. *Append.* Anthol. n. 101. « Herophiles sibyllæ partes erant in Trojanis fabulis. » *Jac.* Vid. infr. in *Oracul.* « Tradebatur enim Apollinis Sminthei fuisse sacerdos et Hecubæ explicasse illud somnium quo facem ardentem parere sibi visa erat. Ostendebatur ejus sepulcrum in Apollinis luco, cum cippo, cui hoc epigramma insculptum. » *Id.* — Vs. 6. vulgo Ἑκάτῳ perperam, quod optime vidit Brunckius, pro Ἑκάτω, « qui casus est patrius doricus τῆς ἀνακτορίας τοῦ Ἀπόλλωνος. » Namque, ut Strabo, XIII, III, 5, ed. Did., monet, Ἕκατος ὁ Ἀπόλλων.

CXXIV. Ex Plutarcho, X *Orat. vit.* III, 18. Κηληδόνα Phrontida, ἀρετῆς κήρυκα, tumulo Lysiæ impositam orator ipse, ex suo ipsius sepulcro, alloquitur. — Vss. 1-2. Brunck. :

Καλλιόπης θ. π., φροντίδι δείξεις
εἴ τι φρονεῖς, σοφίης.....

Vs. 3. vulgo τὸν γὰρ ἐς α. μεθαρμοσθέντα. — Vs. 5. eadem ratione Homerum appellat Antipat. Sidon. *Anth. pal.* VII, 6 : Ἡρώων κάρυκ' ἀρετᾶς. — Vs. 6. Plut. vulg. (Λυσιδάϊμνον) δόντα καταφθίμενον καὶ σοφῷ ἀθάνατον; Brunck. καταφθιμένῳ καὶ τάφον ἀ.; Reisk. pro σοφῷ κλέος scribebat. — Jacobs. conjiciebat δόξαν ἀποφθ. καὶ στέφος ἀθάν.; tandem emendationem edidit quam accepimus. — Vs. 7. Dabat Brunck. δείξει pro vulg. δεῖξαι quod servavimus, mutato pronomine ὃς in ὡς particulam.

CXXV. In insula *Chio,* in vico hodie dicto *Kourounia.* Edid. B. Haussoullier, *Bullet. de Corr. helléniq.,* 1879, p. 316, n. 4, majusculis et vulgaribus litteris. Insculptum est epigr. στοιχηδόν. — Vs. 2. Notanda est forma καταπθιμένης pro καταφθιμένης; in vetustissima attica inscriptione (*Corp. insc. gr.* 1) legitur ἄπθιτο pro ἄφθιτο. Cf. καταχθονίοις (*Corp.* 916, 1).

CXXVI. *Athenis.* De anaglypho superest mulier sedens et alteri figuræ quæ periit dextram jungens. G. Kaibelius, cui miserat amicus Leo, edidit in *Epigr. gr. e lap. conl.* addend., p. 517 sq. n. 35 a. Supra scriptum

Δημήτριο[ς....
Θεοδότη Σ....

— Vs. 5. Conf. G. Kaibelius epitaph. Dionysii οὔθεὶς μόχθος *supr.* n. 122. vs. 2. ηὕρηται δ' ἄφθονος εὐλογία. — Vs. 7. Kaibelio videtur esse sententia eadem quæ vs. 4, e. g. τεκέεσσιν ὁμοίως, e scripturæ, quæ in lapide supersunt, vestigiis ΕΡΞΙΣΤΕΙΩ.

CXXVII. *Menidii* in Attica repertum, nunc in Museo Varvacii (ἐν τῷ Βαρβακείῳ). Edidit Mylonas, *Bullet. de Corresp. hellén.* 1879, p. 359 sq. Lapis ΤΟΣ ΑΓΑΘΟΣ. — Vs. 3. extr. superest tantum ΕΡΓΩΙ.

CXXVIII. *Thebis.* Edid. Rhangabes, n. 2217. Ex Rossii apographo Keilius, *Syllog.,* p. 174, melius Lebas. III, 553. Hos post omnes G. Kaibelius, n. 489. — Vs. 1. Lapis habet ΠΟΤΕΤΩ. Correxit et supplevit Wilamowitz., nisi quod digamma addidit G. Kaibelius. — Vss. 4-5. Keilii sunt supplementa.

CXXIX. *Chii,* in ecclesia D. Nicolao dicata. B. Haussoullier, *Bullet. de Corresp. hellén.,* 1879, p. 327, n. 17. — Vs. 1. ναὸν, monumentum funebre. Cf. G. Kaibel. *Epigr. gr. etc.,* 109, 1 (?). Εὔγραπτον θέτο μορφάν. Cf. id., *ibid.,* n. 97, 1, vss. 1-2 : εἰκόνα μὲν γραπτάν... θήκαμεν. — Vs. 2. Cf. epigr. Chium, ab eodem editum, in eadem sylloge (*Bull.* etc. n. 4), *supr.* n. 125 : Ἐσλῆς τοῦτο γυναικός... (vs. 3. ὀργῆς δ' ἀντ' ἀγαθῆς.)

CXXX. Quanquam sæpe editum est vulgatissimum hoc epigramma, vel in nostro capite XVI, 27, quod conf., et in cap. VII, 325-326, tamen rursus referre libuit, ex schol. Aristoph. *Av.* 1022, quia illic, ut notat Jacobsius, cum insigni varietate habetur. Atque ab eodem monitus, non omittendam censui Chrysippi parodiam quæ ab Athenæo VIII, 337, A. servata est. Idem lib. XII, 529 docet hocce sepulcrale epigr. litteris chaldaïcis lapideo cippo insculptum a Chœrilo versibus græcis translatum fuisse. — Athen. var. lectt. vs. 5. λέλυνται. — Vs. 6-7. Παραίνεσις· οὐδέποτ' αὐτῆς λήσομαι. Ἐκτήσθω δ' ὁ θέλων τὸν ἀπείρονα χρυσόν. — Versiculos 4 et 5. in latinum sermonem sic vertit Cicero *Tuscul. Quæst.* V, 35 :

Hæc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido
hausit : at illa jacent multa et præclara relicta.

CXXXI. Hæc parodia Crateti a Plutarcho attribuitur, qui vs. 4, pro μετὰ τούτων melius exhibet μετὰ μουσῶν.

CXXXII. *Athenis.* Edidit Cumanudes in Ἀττικ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. n. 15, jam editum in *Palingen.* 13, mens. aug. 1870. — Vs. 4. Σαλυβρία rara forma est pro Σηλυβρία seu Σηλυμβρία. Κέκληται ἀπὸ Σήλυος, Steph. Byzant. ex Strab. VII, VI, 1. — Supra scriptum est Πυθαγόρου.

CXXXIII. *Athenis,* in arce. Ex St. A. Cumanud. Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 331, n. 2777. — Vss. 2 et 4. G. Kaibel. verba tantummodo ἀλλ' — τόνδε τάφον dat sine supplementis.

CXXXIV. Servavit Athen. IV, 176 C, sed valde depravatum. — Vs. 2. Grot. ex vulg. μίμφ. — Vs. 2. Brunck. ex Casaubono et Toupio,... γήρως· εἶχεν τὸν Σκίρπαλος υἱὸν. Grot. idem. — Vs. 4. Athen. νήπιον ὄντ' ἐκ.; Brunck. νήπ. οὐκ ἐκ.; Casaubon., Grot. νηπίαχόν τ' ἐκ.—Vs. 5. Casaub. ἀείδων; Grotius, Brunck. Athen. edit. nov. ἀείδειν, sublata post Εὐπάλαμον virgula. Τοῦτ. γ. εἶπε, Casaub. — Vs. 6. Casaub. τοὔνομα, τὰν μολπὰν ἥδυμα σ. — Athen. πὰν μαρπὰν ἥδυσμα σ. Toup., Brunck., Grotius τοῦτο πανημερίων ἡδὺ μάσημα νέων. — Vs. 7. Casaub., Toup., Brunck. ηὖλ. δὲ γλεύκους.

CXXXV. Inscriptum fuerat *Cypri* in columna de Demonassa, muliere reipublicæ gerendæ perita, quæ, liberis misere amissis, sibi mortem consciverat. Dio. Chrysost. *Orat.* LXIV.

CXXXVI. In *Piræeo.* Edidit v. cl. St. A. Cumanudes. Ἀττ. ἐπιγ. ἐπιτ. p. 355, n. 3037. Suprascriptum est Καλλιστὼ et infra versus Εὐκολίνη. — Vs. 1. Confert G. Kaibel. n. 56. Speusippi in Platonem epigr. : σῶμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα Πλάτωνος. — Cf. etiam seq. titulum.

CXXXVII. In *Piræeo.* Super anaglyphis figuris quæ sunt mulieris sedentis inter virum stantem, cujus dexteræ dexteram jungit, et quem maritum ipsum esse Diphilum facile credas; et senem a tergo stantem, mæsto habitu, reposito dexteræ capite. Edidit v. cl. Rhangabes, *Antt. hell.* t. II, p. 933, n. 2209; repetiit postea St. A. Cumanudes in Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 333, n. 2796, et inde Kaibel. *ibid.*

CXXXVIII. *Athenis*. G. Kaibel. *Epigr. gr. e lapid. conlect.* p. 20, 59 : « Supra anaglypho unus ad minimum hexameter scriptus fuit, nunc quidem deperditus. » — Vs. 2. malim Μοίρας, *Parcæ,* propter apposita δαίμονος ἐχθροῦ.

CXXXIX. St. A. Cumanud. Ἀττικ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 221, n. 1825, — Vs. 1. hujus structuræ nullum aliud exemplum reperisse dicit editor, quæ ad appositionem referenda est. — Vs. 3. pro Θυμόχου Θυμούχου reposuit, quod poscebat metrum ; ceterum nomen aliunde ignotum. « Pessime insculptum, quamvis bonis temporibus, titulum hunc emendavit restituitque Eustratiades. » *Cuman.* Idem exordium tituli Ephesii quod infra vid. n. 249.

CXL. *Athenis,* in urbe. St. A. Cumanudes, *ib.* n. 3484. « O pro OY scriptum, quo non perspecto, Cumanudes [scripsit] κάλλιστός τε φίλης τε. » *G. Kaib.*

CXLI. In *Piræeo*. Edidit v. cl. Rhangabes, *Antt. hell.* t. II, p. 932, n. 2203. — Supra scriptum est Ἐρσηίς. — Vs. 2. id. nom. pro spondeo numeratur, ut supra 49 Ἀγνηίς, pro qua forma scripsimus Ἀγνῆς. Recentius dedit St. A. Cumanudes Ἀττ. ἐπιγ. ἐπιτύμβ. p. 338, n. 2856 et inde Kaibel. n. 91. — Vs. 1. legit Cumanudes ὅσ' ἔθαν. — Vs. 2. id. γνωτοῖσιν.

CXLII. *Athenis;* sub anaglypho repræsentante mulierem sedentem, cui manum porrigit altera figura. V. Dodwell. *Itin.* I, p. 442 ; tractavit Welcker. *Spicil. epigr.* II, n. 40, p. 18. Dehinc Bœckh. *C. i. gr.* n. 954, et nuper St. A. Cumanudes Ἀττ. ἐπ. ἐπιτ. p. 349, n. 2980. « Epigramma non malum est, nec vituperem quod antepænultima vocis Θεοφίλη producitur. Sed cum poeta Theophilam non satis laudasse mulieris familiaribus visus esset, illi contra metrum addiderunt istud καὶ ἐργάτις. » *Bckh.*

CXLIII. *Athenis.* Edidit v. cl. Cumanudes, Ἀττικ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 92, n. 699. — Lin. 1. Κεφαλῆθεν. « Κεφαλὴ δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος, ἀφ' ἧς ὁ δημότης λέγεται Κεφαλῆθεν. » *Harpocr.* — Vss. 3 et 4. lapis Περσεφόνει, φθιμένει, pro Περσεφόνηι, φθιμένηι, sicut supra est σῶι.

CXLIV. *Athenis.* Vid. Bœckh. *Corp.* t. I, p. 310, n. 174, ubi male legitur Νικόβουλος; melius dedit v. cl. Cumanudes (Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ. p. 59 sq. n. 420), qui multas inscriptt. affert ubi occurrit nomen Εἰτεαῖος (vid. nn. 423-430), de quo adi Harpocr. v. Ἰτεαῖος· Δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος Ἰτέα, ἀφ' ἧς ὁ δημότης Ἰτεαῖος, ὥς φησι Διόδωρος. — Vs. 2. G. Kaibel. ψυχαῖς [σ]ῶιος, ex lapide, quem credit ΨΥΧΑΙΣΩΙΟΣ habere.

CXLV. *Athenis.* Edidit v. cl. St. A. Cumanudes, in Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 358, n. 3076. — Vs. 1. lapis : Κρίο pro Κρίου, ut τὄνομα pro τοὔνομα, δικαιοτάτο pro δικαιοτάτου, quod sæpissime fit : attamen scripsimus Κρῖον quod usitatius sane est. Supra scriptum Κρῖος.

CXLVI. *Athenis,* ad Dipylon. Ex v. cl. Cumanude, in Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 374, n. 3264, G. Kaibel. 76, qui ex imagine photographica descripsit : « Anaglypho exsculpta femina sedens capite velato et manu dextra inniso, a dextra puellula matris genua amplexa, a sinistra ancilla manu mento admota. » IV sæculi titulum esse existimat. — Vs. 1. κουριδίῳ πόσει epitheton Homericum quo significatur *qui matrimonio junctus est.*

CXLVII. *Athenis* in necrop. Cer. Damus ex Cumanude, in Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 340, n. 2873. — Vs. 2. lapis : τέχνει pro τέχνηι. — Vs. 3. κωμοιδίᾳ. — Vs. 4. lapis habet ἔφυ, omissa σ littera, quam necessariam non esse credidit lapicida.

CXLVIII. Ex Alcidamantis declamatione Κατὰ Παλαμήδους προδοσίας, in *Orat. græc.* ed. Reisk. t. VIII, p. 75 : γράμματα μὲν δὴ πρῶτος Ὀρφεὺς ἐξήνεγκε παρὰ Μουσῶν μαθών, ὡς καὶ τὰ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ δηλοῖ ἐπιγράμματα· Μουσάων.....

CXLIX. *Orei* Eubœæ. Ex Papasliotis apogr. in *Diar. arch.* 1856, p. 270. — Vs. 5. Sic legendum vidit Baumeister, pro viri nomine proprio Ἱππομάχων. — Vs. 7. Papasl. Θεόδωρος, Nauck. θεοειδές. Θεοκλῆς G. Kaibelius restituit. — Vs. 8. ἀειμνήστοις correxit Nauckius.

CL. Editum in D. Bernardi de Montfaucon. *Diar. Ital.* p. 423, a Murator. p. 1433, Bonada, t. I, p. 340, Mustoxyd. *Illustr. Corcyr.* t. II, p. 109 sqq. repetierunt Brunck. *Anal.* t. III, p. 309, n. 728, Jacobs. (*Animadd.* vol. III, P. II, p. 314) in *Append.* n. 201 et Bœckh. *Corp.* n. 1914. — Vs. 2. Ἀλκίμα dorice restituit Mustoxydes pro ἀλκίμη quod Ruhnkenio placuerat et inde aliis. G. Kaibel. n. 183 Ἀλκή[ν] ; « nomen defuncti fuisse eo magis credo quod illic terrarum cum in Corcyra Alcinoi insula, tum apud Amphilochios quorum Ἀλκμεὼν est ἥρως κτίστης, plurima nomina ab ἀλκή derivata inveniuntur. » — Vs. 4. ἐν νάσῳ : νᾶσος est Corcyra, ubi reperta hæc inscriptio est.

CLI. *Citii* in Cypro. Bœckh. 2613. — In oppido *Larnaka,* ex parietinis *Citii* repertum edidit Hammer. *Topogr. Ansichten auf einer Reise in die Lev.* p. 177, n. 43, et ex hoc Welckerus in *Mus. Rhen.* Ann. I, Fasc. II, p. 290. Titulus est ætate Ptolemæi 1 Lagi f. vel paulo post scriptus. — Vs. 3-4. Ἡγεμὼν ἐπ' ἀνδρῶν non esse poeticam dictionem notat Bœckhius, sed nomen præfecti militum. Cf. *C. inscr. gr.* 2621, ἡγεμόνα καὶ ἱππάρχην ἐπ' ἀνδρῶν.

CLII. *In Piræeo.* Edidit v. cl. St. A. Cumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ. p. 348, n. 2961. « Intelligendum sic fere videtur : *flores et serta imponunt, monumenta quæ sint et virtutis defuncti et superstitum amicitiæ.* » *G. K.*

CLIII. Ex Strabone IX, 4, dedere Grotius cum lemmate Εἴς τινας τῶν ἐν Θερμοπύλαις πεσόντων, Brunck. *Anal.* t. III, p. 283, n. 625. (Vid. Jacobs. *Animadv.* t. III, P. II, p. 212 sq.) et Jacobs. *Append.* 364. Hæc Strabo : « Ὁ δὲ Ὀποῦς ἐστι μητρόπολις, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ, τὸ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν, τῶν περὶ Θερμοπύλας, ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ πολυανδρίῳ. — Vs. 2. vulgo Ὀπουντία, supplente Xylandro γῆ, quod probat mutatum in γᾶ Olivetus ad Cicer. *Tusc. Disp.* I, 42. Palmerius in *Geogr. ant.* p. 529, conjiciebat χθών. Sed e codicibus qui depravatam lectionem μητρόπολιν Λ. κεύθει νόμων Ὀπόεις, habent, veram scripturam eruere facile fuit, quam post multos dedimus.

CLIV. Ex Polluc. *Onom.* V, p. 502 : Καὶ γὰρ ἡ Τεγεάτις Ἀνύτη Λοκρίδα δόξης ἐμπέπληκεν, ἐφ' ἧς τῷ τάφῳ φέρουσ' ἀνέγραψεν· Ὤλεο δήποτε κ. τ. λ. — Vs. 1. Hesych. Μαῖρα, κύων. — Vs. 2. Vulgo ὠκυτάτων.

CLV. Ex Athen. XIII, p. 589, qui « ex Pole-

mone periegeta narrat Laïdem a Thessalo quodam juvene amatam, Thessalicarum mulierum succubuisse invidiæ, et ab iis in Veneris templo interfectam esse. Eadem fere narrat Plutarch. t. II, p. 768, A. (ed. Didot. *Mor.* 938, 33, *Amator.* XXI, 12). Suidas in Χελώνη. » *Jac.* Διὸ καὶ τὸ τέμενος κληθῆναι Ἀνοσίας (ἀνδροφόνου Plut.) Ἀφροδίτης. Δείκνυσθαι δ' αὐτῆς τάφον παρὰ τῷ Πηνείῳ, σημεῖον ἔχοντα ὑδρίαν λιθίνην καὶ ἐπίγραμμα τόδε· Τῆσδε ποθ' ἡ μ... — Vs. 2. Comp. Jacobsius Propert. II, 5, 2 : Laïs — ad cujus jacuit Græcia tota fores.

CLVI. Apud Athen. XI, p. 465 : Οἶδα δέ τινας καὶ μέγα φρονήσαντας οὐχ οὕτως ἐπὶ πλούτῳ, ὡς ἐπὶ τῷ κεκτῆσθαι πολλὰ ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ. Ὧν εἷς ἐστι καὶ Πυθέας ὁ Ἀρκὰς ἐκ Φιγαλείας, ὃς καὶ ἀποθνήσκων οὐκ ὤκνησεν ἐπιθέσθαι τοῖς οἰκείοις ἐπιγράψαι αὐτοῦ τῷ μνήματι τάδε· Πυθέα μνῆμα...

CLVII. In promontorio insulæ *Amorgi* (vid. Bœckh. n. 2264 v.). Ed. Rossius, l. c. n. XII, atque hinc Welckerus *Nov. Mus. Rhenan.* 1841, p. 208. — Vs. 1. Lapis ΠΟΛΙΙΔΟΣΕΧΕΩ... Πολ[ύ]ιδος Ἐχε[κλῆος], G. Kaib. ex Buechelero. — Vs. 2. ἄωρος, *immaturus*, ut apud Propert. IV, XI, 17, ubi Cornelia de se : *Immatura* licet, tamen huc non noxia veni.

CLVIII. *Palæpaphi.* Ex apographo suo edidit v. cl. Waddington., *Inscriptt. rec. etc.* n. 2802. — Vs. 2. lapis : ΓΑΤΡΩΜΙΑΙΤΑΜ, propr. nom. insolitum, quod diligenter exscripsisse affirmat v. cl. Waddington. — Vs. 4. lapis ΑΓΕΜΟΝΟΝ, Cyprica, ut videtur, forma, pro ἡγεμόνων, nisi credere mavis esse lapicidæ mendam. Recepit G. Kaibel. ἀγεμόνων. — « De Agamemnone ac Menelao, quos traditum est illum Amathuntis conditorem fuisse, hunc in insulam appulisse, vid. Engel. *Kypros* I, p. 228. » *Wadd.*

CLIX. In *Piræeo.* Editum in *Philist.* I, p. 327, repetiit A. Cumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ. p. 78, n. 585. Supra scriptum erat [Χαιρεστράτη Μεν]εκρ[άτους Ἰκαριέως. — Chærestrata quædam, Atheniensis, jam occurrit in *Corp.* Bœckh. n. 155. — Cf. *Anth. lat.* t. II, p. 150. Acon. Fab. Paulinæ epitaph. vs. 41 *sqq.* — Vs. 3. ἔστεργεν Cuman.; aoristus in lapide est ἔστερξεν.

CLX. *Athenis.* Edidit v. cl. Cumanudes in Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 388, n. 3407. — Vs. 1. Ex hoc titulo apparet, quod jam aliunde compertum est, mulieres fuisse apud veteres quæ medicinam profiterentur. Phanostrata nostra et obstetrix et medica fuit, ut constat et vocibus conjunctis μαῖα καὶ ἰατρός, quarum altera, ἰατρὸς, cum sola est, idem valet ac μαῖα. — Cf. Hesych. s. v. Μαῖα et Hellad. ap. Phot. *Bibl.* p. 531, 7, Eustath. p. 859, 51. Sic Latine medica usurpatur ap. Apul. *Met.* 5, et in inscriptt. ap. Grut. 635, 9, 636, 1, 2 et 3, etc.

CLXI. *Athenis,* sub anaglypho. Ex schedis D. St. Martin edidit Bœckh. *C. insc. gr.* n. 930. De nomine dubitat Kaibel. n. 46.

CLXII. *Triccæ.* Lebas, *Rev. archéol.,* 1844, I, 315; Ussing, *Inscr. ined. gr.* (1847), p. 33, ex suo apographo; G. Kaibel. *Epigr. gr. etc.,* 505. — Tertii ante n. Chr. sæculi esse arbitrabatur primus editor. Præscriptum est tetrasticho Πουτάλα Πουταλεία κόρα, Τιτυρεία γυνά, quæ patris Πουτάλου, maritique Τιτύρου Thessalica dialecto præbent nomina. — Subscriptum Ἑρμάου Χθονίου.

CLXIII. In insula *Telo* repertum edidit O. Rayet, *Bullet. de Corresp. hell.,* 1879, I-II, Jan. et Febr., p. 42 sq. Quo ex pravo carmine apparet Cimonem Didymandri filium fuisse quemdam ex mercede conductis sagittariis qui, domino sæpe mutato, diu orbem pervagatus est ut Cretenses illi quibus se ipse comparat, et magnas partes in exercitibus successorum Alexandri tenuerunt. *O. R.*

CLXIV. *In Salamine insula.* Edidit v. cl. St. A. Cumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 347, n. 2958, qui credebat duo excidisse versus. — Vs. 1. lapis habere videtur ΔΕΑΙΡΙΗΣ. — Vs. 2. Bursian. *Acta Societ. Saxon.* XII, 202, ἔργα δαέντα; Cuman. ἔργα τελοῦντα — Kaibelii (*Epigr. gr. e lap. conl.* p. 11 sq.) restitutionem recepimus. « Leo occidit circa Ol. 137, cujus anno primo coloni attici insulam occupaverunt. » *G. K.*

CLXV. Olim in insula Ithaca. Vid. Jacobs. *Paralip.* p. 815. Ediderat prior Pocockius in *Inscriptt. antiq.* p. 42; rursus tractavit Bœckh. in *Corp. inscr. gr.* n. 1925, qui talia : « Non potuerant, ait, critici hoc bonæ ætatis et elegans epigramma restituere, quod primum et tertium versum in heroicum carmen constringendum putabant : at poeta, quod nomina propria heroico versui aptari nequibant, non sine arte aliud metrum elegit Archilochium asynartetum.

- ⏑⏑ - ⏑⏑ - ⏑⏑ - ⏑⏑ || - ⏑ - ⏑ - ⏑.

Quem morem in epigrammatis contexendis observatum esse docent vel Theocritea. » — Vs. 1. Jacobs. Τηνώτῳ..... ὦπασ' ὁ δᾶμος; Buttmann. ὤρσεν ὁ δᾶμος. — Vs. 2. Jacobs. Πρᾶτος ἀνήρ; Buttmann. ἔγεντ' Ἰθ. quod recepit Bœckh. — Vs. 3. Lapis habet ΤΙΜΕΑΙ.

CLXVI. In museo *Smyrnæo.* Edidit Hirschfield. *Act. acad. Berol. min.* 1874, p. 727. — Inde G. Kaibelius *Epigr. gr. e lap. conl.* p. 87, n. 234. Qui confert vs. 4. Simmiæ epigr. *Anth. pal.* VII, 193 de locusta τερπνὰ δι' ἀγλώσσου φθεγγομένα στόματος. — Vs. 5. χενέωμα non est in *Thesauro.*

CLXVII. In museo *Smyrneo.* Edidit Gelzerus *Mus. Rhen.* XXVII, 461 et Gelzeri nescius Hirschfeld. *Act. acad. Berol. min.* 1874, p. 727. — Post hos repetiit G. Kaibelius, n. 235, qui pro editorum τε vs. 1, reposuit γε. Priorum vs. 1 supplementum est.

CLXVIII. *Ægis* s. *Edessæ,* quæ nunc Βοδενά, in capulo. Edidit Leakius, *Diar. Class.* t. XIII, p. 334; t. XV, p. 164, unde petierunt Boissonad. *ad Luc. Holsten. Epist.* p. 452; Welcker. *Epigr. spec.* I, n. 9, et in *Syllog.* ed. alt. p. 35, atque Bœckh. *Corp. insc. gr.* 1998. — Vs. 3. Lapis habet, ut sæpe fit, ΠΟΛΕΙΤΑΙΣ, utque infra vs. 5. εἱμερτήν.

CLXIX. *Ephesi.* J. T. Wood. *Discoveries, etc.* Inscriptt. from tombs, etc. p. 16, n. 19. — Vss. 1-2. e conjectura nomina restituta sunt. Wood. supplebat Ἀΐδης. — Vs. 3. perspicue legitur... ΗΤΕΓΝΩΤΗΤΕ. De quo confert Woodus Hesych. : γνωτή. ἀδελφὴ ἢ ἐρωμένη; scribebat idem παναιδοίῃ Στρατονίκῃ. — Vs. 4. idem γείνατ'. — Vs. 8. Idem κεκλιμένων. Supplementa G. Kaibelii recepimus, qui confert cum vs. 5 Leonidæ Tarentini (*Anth. Palat.* VII, 440) locum huncce : ἤδει καὶ ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι προσηνέα — ἔρδειν.

CLXX. Edidit ex v. cl. Scordele Syllogus Constantinop. t. VIII (1873-74), p. 170. Vs. 1. Myrsinon s. Myrrhinon, ut nomen prop. nusquam alibi occurrit, neque etiam Myrsinus, seu Myrrhinus, quamquam vulgo innotuit mulieris proprium nomen Myrrhine, Μυρρίνη; quo vocatur Hippiæ conjux ap. Thucyd. VI, 55, et mulier quædam ap. Aristoph. *Lysistr*. 70, etc., et in schol. ejusdem *Nub*. 109, meretrix quædam, *Equit*. 447, Pisistrati uxor, etc. — Astacidis nomen reperitur in Callimachi epigr. 23 : Ἀστακίδην τὸν Κρῆτα...

CLXXI. Edidit in insula Syro repertum Lebas (*Rev. arch.* 1844, I, p. 44, et postea in *Rheinische Museum*, 1848, 1, 83 et tertiùm in *Voyage; Inscr. des Iles*, n. 1896). Repetiit Clon Stephanus in Ἀθηναίῳ, 1875, p. 659 et seorsim in volumine sub titulo Ἐπιγραφαὶ τῆς νήσου Σύρου, in-8°, 1875, p. 54. — Vss. 1 et 4 iambici sunt. — Vs. 4. εὐκλεῆ habere lapidem notavit diligens editor Clon Stephanus, quam vulgarem formam recepit G. Kaibel.

CLXXII. *Athenis* ad Dipylon. « Anaglypho exsculptus homo mortuus in lecto recubans, cujus capiti a sinistra leo imminet; a dextra juvenis nudus homine major opem fert stricto gladio; juxta navis rostrum effictum est. » Post alios edidit v. cl. Cumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 198, n. 1607. Versibus præscriptum est : Ἀντίπατρος Ἀφροδισίου Ἀσκαλ]ωνίτης· Δομσαλὼς Δομανὼ Σιδώνιος ἀνέθηκεν. Deinde versus duo Phœniceis litteris. — Vs. 3. ἐχθρολέων neque σποράσαι, a σποράζω in *Thesauro* reperiuntur. Ἐχθρολέων inimicus est qui, leonis instar, irruit ut membra hominis dilaceraret. — Vs. 4. Cumanud. ἤμυναν, legimus ἄμυναν, notata penultima, quæ pro correpta numeratur; scripsit idem οὕτῃ, qua verbi et sensus ratione non video, pro τῇδε barbarum, ex οὗτος, ut censet Kaibelius, n. 96. — Vs. 5. Cumanud. οὓς ἔθελον, quod quid significet non liquet. — Ἱερᾶς ἀπὸ νηὸς ἰόντες. Navis, ut videtur, sacra ad quoddam templum ferebat.

CLXXIII. *Athenis*. Edidit v. cl. Rhangabes, *Antt. hell.* t. II, p. 933, n. 2206. — Vs. 1. Non pro certo datur ab editore mulieris nomen Παιδατὼ, ut cujus in lapide tantum supersunt vestigia ΛΙΔΑΤΟ. St. Cumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 357, n. 3074, scripsit Παῖδά τοι quod cum G. Kaibelio recepimus, Κρατίσταν pr. nomen habentes. Pittaces qui primus ediderat in Ἀρχαιολ. ἐφημερ. 1840, p. 361, n. 456, scripserat [Πα]ῖδα Τρηφθίμαν. — Vs. 3. στονόεντα.

CLXXIV. *Pholegandri*, in anaglypho senem repræsentante, cui adstat canis. Edidit Bœckh. in *Corp. inscr. gr.* n. 2445. Unde G. Kaibel *Epigr. gr. e lap. conl.* p. 69, n. 190, qui non recepit in vs. 6. Bœckhii emendationem λάθα (ΛΛΘΔ), nec supplementum μ' ἔκρυψε τάφον; nihil tamen proposuit.

CLXXV. Nuper in *Venetia*. Editum in *Corp. inscr. gr.* n. 568 repetiit Cumanudes in Ἀττικ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. n. 147. Lin. 1. quam legit sic G. Kaibelius Φαν. Ἐξ. Αἰξωνέως γυνή, Αἰξωνεῖς, φυλέται s. δημόται τῆς Αἰξωνηίδος φυλῆς. — Sub disticho legitur : Ἐξηκεστίδης Πρωτίονος Αἰξωνεὺς ἀν[έθηκ]ε. — Vs. 1. Fortasse legendum τῷδ', qui ap. G. Kaibelium sic est : Τῷ κλυ]τῷ υἱωνοί (με nomen defuncti) τῇδ' ἀν.

CLXXVI. Olim *Corcyræ*, ubi cum esset, primum edidit Almoro Albrizzi (*Foglietti lett.* mart. 26, an. 1715); tum Murator. t. II, p. MXLI, 5; hinc minusculis Dorvillius *ad Chariton*. p. 352, ed. Lips. Postquam ann. 1759, marmor in museum Nanianum translatum est, æri incisum dedit Paciaudus, *Monum. Pelop.* V. II, p. 189. Ex aliis habent Bonada, t. II, p. 532, Brunck. *Anal.* III, p. 305, n. 714, Jacobs (v. *Animad.* t. III, P. II, p. 293), Append. n. 251 et Bœckh. *Corp.* 1886. — Vs. 3. Dorvill. τῇδ' ἐπὶ γαίᾳ; Bœckh. τᾷδε ὑπὸ γαίᾳ. — Vs. 5. « ἵστορα, et artium liberalium imbutum, et sagittandi peritum. Hujus artis specimen dederat in Strophadibus, ubi latrones sagittis peremerat. » *Jac.* « Scriptum est epigramma hoc in Alexandrum Corcyræum, Satyri et Calliopæ filium, » *Id.* « Ante ann. 227, quo anno Romani Illyriorum latrocinia sustulerunt. » *G. K.*

CLXXVII. *Athenis*. Edidit St. A. Cumanudes in Ἀθηναίῳ, 1875, p. 596, ad Macedonica tempora referendum. Cf. seq. n. 178 : Εἴ τις ἐν ἀνθρώποις.

Versibus subscriptum legitur ... φίλη Ξανθιππίδης
.. ϐ]ούλου Σχαμϐωνίδης.
Quæ sunt nomina defunctæ et patris et demi.

CLXXVIII. *Athenis*. St. A. Cumanudes in Ἀθηναίῳ, 1875, p. 595, qui id epigramma refert ad tempora Macedonica. Supra versus defuncti nomen legitur Ἄρχιππος Σχαμϐωνίδης.

CLXXIX. In vico quodam dicto Κάτω Ἀχαίᾳ. Ex apographo Th. Hypitis v. cl. Rhangabes, *Antt. hell.* p. 935 sq. Versus esse videntur iambici trimetri hypercatalecti. « Epitaphium esse putat editor juvenis cujusdam qui in circo, armis obtusis, decertare solitus, cum ense acuto voluisset uti, in certamine interfectus est, multis cruentisque fortasse reportatis victoriis. » Hæc Rhangabes, qui arbitratur id accidisse postquam Græcia gladiatorios ludos a Romanis victoribus accepisset. — Vs. 1. G. Kaibel. χαῖρέ] μοι. — 2. id. ἀλκίμ]ῳ. — 3. id. ὃς πάλαι. — 4. id. πυκνὸν Ἀλκ. — 5. id. ἔγχος ὀξ]ύνας, σιδήρῳ. — 6. id. ἀλλ' ἔθνησκες· ἐκ δ'] ἄρ'. — 7. id. Ἡρακλεῖ κατῆλ]θε. — 8. id. χαλκέῳ χαίτην δ' ἄπλ]εκτον ἐσκύθιξε φασγάνῳ. — De Molinidis vid. Pausan. II, xv, 1.

CLXXX. Olim *Athenis* prope turrim Andronici Cyrrhestæ, Herma a Dawkinsio Oxonium delatus. Est apud Brunck. *Anal.* III, p. 314, n. 747, Jacobs. (*Animad.* vol. III, P. II, p. 335), *Append.* n. 275, et Bœckh. *Corp.* n. 427. In titulo ex schedis Fourmont., ante versus legitur : Ψηφισαμένης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς τὸν υἱὸν τοῦ κοσμήτου Αὐρ. Ἀφφιανὸν (Appianum) Χρηστὸν Μαραθώνιον οἱ περὶ τὸ Διογένειον συνάρχοντες ἀρετῆς ἕνεκεν.

CLXXXI. *Rhodi*. Edidit Rossius *Diar. archæol.* 1844, p. 133, n. 12. — Repetiit G. Kaibel. *Epigr. gr. e lap. conlect.* p. 72, n. 197.

CLXXXII. *Telo* in insula. Rossius in *Hellenic.* I, 66; indeque G. Kaibel. n. 199. — Vss. 1-2 Hermanni ap. Rossium sunt supplementa, nisi quod v. 1 Καλλιρόης γάρ prætulit. — Vss. 3-4 restituit Buechelerus. — Vs. 6 incerta sunt supplementa. — « θάσσω [vs. 5] fortasse ad anaglyphum spectat. » *G. K.*

CLXXXIII. Prope *Miletum*, in muro veteris aquæductus. Bœckh. *Corp. insc. gr.* n. 2892. — Vs. 4. Pleiades pro cælo dicuntur, sicut ap. Antipatrum Sidon. Epigr. 51 : κείμενον ἑπταπόρων ἀγχόθι Πληιάδων. *Anth. palat.* ed. Didot VII, 748. — Vs. 7. γυμνάδος est γυμνασίου, ut in *Anthol. pal. append.* 103 et 127. In hac syllog. infr. n. 273 : Ἅδ' Ἡρακλείδην... et n. 197 : Ἄρτι σε τὸν θάλλ.

CLXXXIV. In *Corcyra* insula repertum edidit in

Ὥρα, 24 sept. 1877, v. cl. Joannes Romanus, cujus sunt supplementa; repetitum est sub titulo εἰδήσεις in τῷ Παρνασσῷ (30 sept. 1877), p. 716 sq. Ex litterarum forma arguitur esse epigramma ætatis Macedonicæ. — Vs. 1. verborum τελειοτόκων ἐνιαυτῶν haud satis patet sensus; fortasse intelligendum *perfectorum annorum*, nisi potius legas τελειοτρόχων, *orbem*, seu *cursum* perficientium; nullo, fateor, simili exemplo probatum. — Vs. 7. Ἀγῆς s. Ἡγῆς nomen proprium usque adhuc ignotum.

CLXXXV. In Theræ vico *Epanachori*. — Rossius in *Inscriptt. ined.* 118. Emendavit Keil. *Iahnii Annal.* LX, p. 282, alii etiam tractaverunt, inter quos G. Kaibelius, 193. — Vs. 3. lapis servare videtur ΘΗΚΗΣ; « exspectares ΔΗΒΗΣ; at in titulo mutilo judicare difficile est. » — Μουσοτέχνας, dorice pro μουσοτέχνης, lexicis abest.

CLXXXVI. Apud Cedren. *Hist. compend.* ed. Paris. p. 314 : ...ἀναζητούντων τινῶν τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως (Οὐάλεντος) εὑρέθη ἐν ᾧ ἐκρύπτετο οἰκήματι, τάφος ἀρχαίου τινὸς ἐπιγεγραμμένος οὕτως· Ἐνταῦθα κ. Μ. Μ.

CLXXXVII. Apud *Eremopolin* Cretæ. Edidit Sprattus *Itin. Cret.* II, 420 coll. tab. Selwynis angli vs. 1-4, G. Kaibelii 5-6 supplementa sunt. Cf. infr. 658-659 duorum Nicæensium epigrammatum initia : Τὸν θρασὺν ἐν σταδίοις ἐσορᾷς με νέκυν, παροδῖτα.

CLXXXVIII. *a. Pergami* repertum marmor an. 1874, missum est Berolinum; primo minusculis literis editum est *Smyrni*, eod. ann. in Ὁμήρῳ, p. 383, sept. 1874, cum hac nota : ἐπὶ μαρμάρου τετειχισμένου ἐπί τινος κρήνης τῆς κατὰ τὴν ὁδὸν Κινικίου, ὅπερ ἐκβαλὼν ὁ Γερμανὸς Χούμαν ἀπέστειλεν εἰς Βερολῖνον, τοῦ ὁποίου ἀντίγραφον παρεχωρήθη τῷ Συλλόγῳ. Novissime e lapide ipso repetiit Carol. Curtius et edidit simul epigraphicis et vulgaribus litteris, cum satis amplo commentario in *Monatsbericht der königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin.* Jun. 1876. — Vs. 2. Ὁμηρ. υἷας, sed in lapide nullum esse potest litteræ Σ vestigium. — Vs. 4. Γλύκων et Φιλάδελφος ejus pater et in arte medendi magister, cum Panthea, Glyconis conjuge, e familia medicorum sunt, cujus fortasse monumentum habes in Antipatr. Thessal. epigr. *Anth. pal.* VII, 692, ubi Glycon quidam dicitur τὸ Περγαμηνὸν Ἀσίδι κλέος (sed Glycon iste athleta erat et idem forsan atque ille Glycon cujus membra laudat Horatius, *Epist.* I, 1, 29) et certius quidem in Bruti *Epist. ad Cic.* ubi defenditur suspicione in quam venerat de morte Pansæ, atque apud Sueton. in *Oct. August.* XI. — Vs. 5. Imitatur poeta Homerum, *Iliad.* II, 856, X, 362, cf. *C. i. gr.* 6208, in nostra hac Anthol. Append. n. 529, Ἀνέρες οἵπερ.

CLXXXIX *b. Pergami* in eodem lapide in quo prior et posterior inscriptiones, ab iisdem hæc edita est et iisdem modis. — Vs. 2. Marmor : ΟΙΟΝ ΔΕΥΠΝΩΓ, quod cum ex τοῦ Ὁμήρου apographo supplevissem sic : Οἷον δὲ ὑπνώουσιν, idem et nunc opinor; tamen cum Curtio et Kaibelio recepi ὑπνώοντος. — Vs. 5. Conjicit etiam Curtius νῦν σ[ε ἥρως]. — Vs. 7. legebatur in τῷ Ὁμήρῳ ἀλλ', male, quippe in lapide satis apparent hæc vestigia ΑΛΛ.

CXC. *c. Pergami* repertum 1874, in eodem lapide ac duo priora epigrammata; vid. annotat. — Vs. 3. lapis habet ΤΟΙΗ.... ΖΥΓΙΗΝΙΔΕΝ, ubi ζυγίην ad ἄλοχον pertinere videtur. — Vs. 9. γυνὴ περ ἐοῦσα... Inde apparet non solitam a mulieribus exerceri medicinam, etsi per leges id iis (ex quo tempore, quibus conditionibus, quibusve regionibus, incertum) licuerit, ut conjici potest ex nominibus ἰάτρια, ἰατρίνη, ἰατρὸς γυνή quæ in communem usum venere, quorum primo usus est Alexis comicus (ap. Eustath. p. 859, 51), altero Alex. Aphrod. *Probl.* II, 64; tertium autem præferebat Ælius Dionysius (Eust. *ibid.*). — — Vs. 12. G. Kaibel. κείσομ' ἀποφθίμενος. Tertiæ huic inscriptioni subjiciuntur nonnulla ex quibus sensum eruere haud potuimus, hæc : Αἴ κε θα... σοι ἐκοινων ης καὶ..... ὧδε δὲ καὶ (?) ξυνὴν γαῖαν ἐφεσσάμενος, quæ sic restituit Kaibel :

αἴ κ[ε] θα[νών, ὡς ζῶν] σοι ἐκοινώνησ[α...
ὧδε δὲ κα[ὶ ξ]υνὴν γαῖαν ἐφεσσάμενος.

CXCI. Alexandriæ Troadis. Bœckh. n. 3588. « Marmor Choiseulianum est in Catal. Dubois, n. 177, et in Catal. Claraci n. 671... integrum monumentum edidit Bouillon., *Mus.* t. III, cipp. et inscr. sep. tab. I, 5. Tractavit Welckerus *Syllog. epigr. gr.* ed. sec. n. 51, p. 75 sq. et in libello inscripto : *Zu der Sylloge Epigrammatum græc.* p. 55. » *Bckh.* — Vs. 2. σορῶν, *G. K.* — Vs. 4. Conjic. v. cl. Egger. ἥνπερ ὁ Ζεὺς ὀλέσαι... — Vs. 5. lapis ΑΥΧΩΝ, Kaibelius αἰσχῶν ex Jacobsii conjectura. — Vs. 6. lapis ΙΛΞΣ ubi libentius ἷλξε pro εἷλξε legi quod propius ad traditas litteras accedere videtur. De sensu quo δισκοβόλησεν accipimus, conf. δισκεύειν in *Orphic. Argon.* 1295, de Sirenibus : ἀπὸ δέ σφεας ῥωγάδος ἀκρῆς | Ἐς βυσσὸν δίσκευσαν ἁλιρροθίοιο θαλάσσης.

CXCII. *Smyrnæ.* Ediderunt Paulus Lucas, *Itiner.* t. I, p. 152; Pocock. *Inscriptt. ant.* p. 24; inde alii, inter quos Brunck. *Anal.* t. III, p. 311, n. 735, Jacobs. (V. *Animadvv.* vol. III, P. II, p. 322), *Append.* n. 355, Bœckh. n. 3256; nunc est in Museo Britannico. Notandum est ante versus scriptum esse hinc Ὁ Δῆμος Δημοκλέην Δημοκλέους, illinc Ὁ Δῆμος Δημοκλέην Ἀμφιλόχου. — Vs. 3. Lucas νυχίοιο, Bœckh. id. ex lapide. — Vs. 8. id. Δημοκλέα, ut in marmore (jam Lucas Δηνωκλέα), antea Δημοκλέος. « Passim defuncti iis, qui prætereundo ipsos salutent, precantur ut viam sine offensa perficiant. » *Jac.*

CXCIII. *Chii*, ἔν τισιν ἐρειπίοις παλαιοῦ πύργου. Bœckh. *Corp.* n. 2237. Antea ediderant Gruterus in *Thesauro*, p. MXXXVI, 9 ex schedis Sylburgii, unde Brunck. *Anal.* t. III, p. 311, Jacobs. *Anthol.* Lips. t. IV, p. 279 (Vid. *Animadd.* t. III, part. 2, p. 320. Cf. Letronn. *Journ. des Sav.* 1827, p. 475 sq. — Vs. 3. Gruter. ἄμπαλα, quem secutus est Grotius; correxit Maffeius λαμπάδα, quod receperunt omnes. Akerblad. qui titulum vidit extra urbem Chium, « ad domum Tepegi Bachi, » λαμπάδα exscripsit, quod et se vidisse dixit Walpol. *Mem.* p. 471. — Vs. 4. Bœckh. ex Vidua (*Inscr. Antt.* tab. 41, 3) dedit οὐκέτι θεῖν. — Vs. 5. id. ἐφηβείαις ex Vidua, Akerbl. et Walpol.

CXCIV. *Cleonis.* Ex apogr. doctor. Bursian. edidit v. cl. Rhangabes, *Antt. Hellen.* t. II, p. 937, n. 2220 b. Suprascriptum est Νομώνια Μεγαλοπολῖ[τις] χαῖρε. « Mulieris nomen inusitatum, quod videtur esse e latino translatum (Numenia?) » *Rhang.* Dedit et Keil., *Mélanges gréco-rom.*, t. II, p. 37 et *Epigraphische Excurse,* p. 370, et inde v. cl. Foucart. *Inscriptt. recueill., etc.* Megarid. et Peloponn. n. 143 c. — Vss. 1-3. Rhangabis sunt supplementa, cetera autem Keilii. — Vs. 3. Keil. σὴν δ' ἀρ.; Rhang. ἐπ' αἶαν. Kaibel. damnat ἔπαινος, scribitque ἐπα[ρκῶς. —

Vs. 4. id. λιγυρὸν... στόματος. — Vs. 5. Νομώνιος, *id.* Kaibel. Αὐτὸς ἄρ'] οὖν ἐκά[λ]ε[σ]σεν [ἄν]α[ξ σ]ε, Νομων[ι'] Ο[λ.' — Vs. 6. Rhang. στυγερᾷ. Kaib. [σῶμα μαραινομένην. Notandum nomen Penelopæ semper esse apud Homerum Πηνελόπειαν.

CXCV. Apud Athenæum V, p. 215. « In bello Mithridatico Athenion, quem alii Aristionem vocant, Athenarum tyrannus, Apellicontem misit cum Atheniensium manu ad insulam Delum expugnandam. Quæ expeditio cum felicem habuisset eventum, Apellicon non civium solum, sed ipsius dei opes invadere ausus est. Dum vero Athenienses, militari disciplina remissa, luxuriæ et voluptatibus indulgebant, Orobius, Romanorum dux, eos repente adortus pecudum in morem trucidavit. » *Jac.* Στήσας οὖν τρόπαιον ἐπὶ τῶν τόπων ὁ Ὀρόβιος, καὶ βωμὸν, ἐπέγραψε. Τούσδε θανόντας κ. τ. λ. — Vs. 4. βασιλεῖ, Mithridati.

CXCVI. Est ap. Gruter. p. MXXXIX, n. 10, unde Jacobs. *Paralip.* II, n. 10, et *Append.* n. 137, Bœckh. *Corp.* n. 2236 : « In *Chio* insula in horto, ex schedis Sylburgii. » Depravatum credebat Jacobsius vs. 1, de quo Bœckh. : « Nihil video mutili in hoc titulo, » vertens φίλη ἡμέρη, *mitis amica*, sc. Bittus. Conjiciebat Jacobs. φίλη μερίς, *par amicum*, quod accepit v. cl. Dehèque, qui transtulit : « Pauvres vieilles *qu'ont unies* le travail et l'amitié. »

CXCVII. Bœckh. *Corpus*, n. 2240. Cum notula hac, εὑρέθη ἐν Χίῳ, manu eleganti adscriptum erat edit. epigr. Io. Lascaris Parisinæ a. 1544, unde transcripsit Tollius in *Epist. Itiner.* p. 5. Vid. Jacobs. *Paralip.* p. 761 et *Append.* n. 127. Cippus loquitur. — Vs. 5. Jacobs. πυκινῷ pro πινυτῷ quod est apud Tollium. — Vs. 7. Tollius αἴξας; emendavit Reiskius. — « Vulgo post πένθος non interpungitur, sed post Πρώταρχος; in quo hoc incommodum quod vs. 7 de Protarcho pronuntiatur, quem recta ratio suadet ad patrem Protarchi referri. Quare Henninius vult Πρωτάρχου, sed tum reliqua γαμ. γ. στονάχ. λίην non tam aperte ad subjectum Πρώταρχος referuntur quam debent. Igitur interpunctione mutata scribendum πένθος· Πρώταρχος γαμετὴν γάρ. » *Bckh.* — Vs. 8. Toll. στενάχησε λίην. Non ausus est Bœckh. in στονάχησε mutare. Eldick. στονάχησε φίλην, Reisk. στονάχεσσ' ἰδίην, conjiciebat Jacobs στονάχησεν ἑήν. — « Nimium Protarchus flevit uxorem : hinc defunctus ter præ mœrore auxit et implevit (ὤγκωσε) tumulum, et pater novum luctum nactus est. » *Bckh.*

CXCVIII. *Athenis*, ἐν Μονῇ Ἀσωμάτων. Edidit Cumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ. n. 184. Juxta in præcipua cippi facie adscripta sunt prima Alæensium mortuorum nomina..... ημ..... Ἀλαιεύς· Χαιρελέα Χαιρέου Ἀλαιέως, Εὐβόλιδος γυνή, metricumque epigramma est in latere crassitudinis. *Cuman.* « Mater (de qua agunt vv. 1 sq.) cum filiam, quæ apud regem Ægypti nobili quodam munere fungebatur. (V. 4), moribundam audiisset, eo contendit, at quantumvis festinaverit, non vivam sed mortuam eam secum in patriam abduxit. » *G. K.*

CXCXIX. In insula *Syro*, prope urbis rudera repertum primus edidit Klon Stephanus in Ἀθηναίῳ, 1875, p. 661; *Inscriptt. insul. Syri*, n. 21 et seorsum in vol. ejusdem tituli Ἐπιγραφαὶ τῆς νήσου Σύρου, in-8, 1875, Athen. p. 56. Suprascriptum legitur Θεοφίλα χρηστὴ χαῖρε. Τὸ δὲ περιεχόμενον, inquit editor, ἐστι σαφὲς, ἐξυμνοῦν τὰς ἀρετὰς τῆς περίφρονος καὶ μακαριστῆς Θεοφίλας, Δωρίδος πιθανῶς τὴν καταγωγὴν, θυγατρὸς τοῦ Νικίου καὶ συζύγου τοῦ Ἑστιαίου, θανούσης τριάκοντα πέντε ἐτῶν. Libentius crediderim Histiæum hunc filium, patris orbum, ὀρφανὸν πατρός, matri a qua, cum vidua superfuisset, educatus fuerat, gratæ memoriæ testimonium dedisse.

CC. *Smyrnæ* (?) Apud Chishull. in *Itiner.* p. 168, Tollium, in *Fortuit.* p. 307 sqq. Ex Tollio Murator. in *Thes.* p. 749. Bonad. t. II, p. 516, Dorvill. *in Charit.* p. 523, Toup. in *Addend. ad Theocr.* p. 399, cujus Brunck. recepit lectiones, in *Anal.* III, p. 299, Jacobs. (Vid. *Animad.* vol. III, P. II, p. 262 sqq.) in *Append.* n. 200, et Bœckh. in *Corp.* n. 3328. Anaglypho expressi pater et mater ex adverso sedentes, inter quos puer legens. — Vs. 1. οὐκ ἀδόατος, *non sine luctu et planctu funebri. Bckh.*, « βοᾶν in luctu solemne » *Jac.*, ut latine *conclamare*. — Vs. 3. ἐν σπονδαῖς; sæpe ille cum civibus lætatus erat, ut prytanis, qui libant diis in prytaneo: ridicule tamen ex intemperantiore compotatione eum decessisse conjecit Tollius. *Bckh.* — Cf. Jacobs. *Animadvv.* l. c. p. 263.

CCI. *Panticapæi* (Kertsch). Edidit Franckius *Richtersche Inschriften*, p. 87 sq. (I, 9) coll. p. 498 ex Richteri *Itinerario* inedito, et ex Franckio Welckerus in *Musei Rhenani* t. I (1833), p. 290. Repetiit Bœckh. *Corp. inscr. gr. Addend.* n. 2109 g. Hæc vel sub ara sepulcrali, vel sub monumento sepulcrali, quod imagine defuncti instructum erat, posita fuerunt. Titulus minime recens esse videtur. *Bckh.* — Vs. 4. Nomades hi videntur Scythæ esse Europæi inter Penticapen et Gerrhum fluvios.

CCII. In vico Cephala, in Co insula, repertum edidit Rossius, *Inscrr. gr. ined.* fascicul. III, p. 43, n. 304. Cum defuncti nomen desit qui loquens inducitur, suspicatus est Rossius hoc epigramma cum altero esse jungendum, quod ibidem repertum fuit, quodque ea causa afferre operæ pretium esse nobis, videtur : ὁ δᾶμος ὁ Ἰσθμιωτᾶν ἐτίμασεν τιμαῖς τρίταις Σάτυρον Θεμιστοκλέους ἰατρὸν στεφάνῳ χρυσέῳ ἀπὸ χρυσῶν γ' καὶ εἰκόνι χαλκῇ ἀρετᾶς ἕνεκεν κατὰ τὰν τέχναν καὶ εὐνοίας τᾶς ἐς αὐτόν. Ross. *ibid.* n. 303.

CCIII *a*. *Cnidi*. Edidit C. T. Newton. *Further Papers respecting the excavations at Budrum and Cnidus*, p. 68-69-(2). — Vs. 2. προγέρων non reperitur in lexicis, neque vel in *Thesauro;* scripsit Kaibel. προ[τ]ερῶν.

CCIV *b*. Vs. 3. Πουλυγόης, qui aut quæ multum defletur; *Thesauro* et hoc deest vocabulum; Kaibel. πουλυγόητε.

CCV *c*. Vss. sqq. respondere videtur Athis. — Αἰδωνίς adject. neque in *Thesauro* cett. neque lexicis reperitur.

CCVII. In insula *Telo* repertum an. 1844 a L. Rossio qui tituli partem edidit, quam exscribere potuerat, *Hellenic.*, t. I, fasc. I, p. 66, n. 9. Ex ejus apographo tractavit, audaciusque restituit Hermannus, atque inde prudentius G. Kaibelius, *Epigr. gr. etc.* n. 199.

CCVIII. Apud *Hephæstiam Lemni* urbem. Ex Cyriaci epistola (*Targioni Tozetti Viaggi in Toscana* V, 435) edidit Kirchhoff. *Hermæ* I, 226. Subter scriptum est Καλλιστω Ζώου Ἐλευσεινίου θυγάτηρ, ἡ φιλόστοργος πρὸς γονεῖς, ἁγνὴ περὶ γάμον, [ἡ] καὶ καλὴ καὶ ἀγαθὴ, ἀρετῇ διαφέρουσα — ὁ δῆμος ὁ Ἰμβρίων — ὁ δῆμος ὁ Τενεδίων. — Vs. 11. λυγροπαθής lexicis deest.

CCIX. *Athenis,* in urbe. Edidit Cumanudes Ἀττικ. ἐπιτύμβ. n. 3509. In mediis litteris interposita puellæ XII fere annorum imago. « Videntur χοϊκαὶ appellari quibus per ætatem Choum pompæ sacræ interesse licuit : instabant χόες; at priusquam adessent, puellulam abripuit mors. Χοῦς formam [pro χόας] jure mireris. » *G. Kaib.*

CCX. *Athenis,* in urbe. Edidit Cumanudes, *ibid.* 24. Præscriptum est Φίλαγρος Ἀγγελῆθεν. Ἥγιλλα Φιλάγρου.

CCXI. *Athenis,* in arce. Cumanudes, *ibid.* n. 3498. Epigramma fuit quinque versuum. — Vs. 2. initio legi potest ΑΓΟΡΑΚΑΙ, quod fuerit mulieris nomen velut Κλε]αγόρα seu Πραξ]αγόρα.

CCXII. *Smyrnæ.* In museo Ashmoleano Oxonii descripsit Roehlius, ediditque in *Schedis epigraphicis,* Berol. 1876, p. 2, cujus vs. 1. sunt supplementa. — Vs. 2. « ΑΓΑΓΕΝ lapis; quod ab ipso lapidario correctum esse testatur editor. » *G. K.*

CCXIII. *Panticapæi* in museo. Stephanius, *Bullet. acad. Petropol.* XIII, 163. Inde G. Kaibel. p. 96, n. 250. Supra scriptum Κλεονίκ]α Μήνι[ος] χαῖρε. Vs. 1. Cf. Theocr. XVII, 57 ἀρίζαλος Βερενίκα; Callimach. LIV, 3, edit. Boissonad. : εὐαίων ἐν πᾶσιν ἀρίζαλος Βερενίκα. — Vs. 3. extremo loco suppl. Stephanius τὸ κείνας, Keil. τὸ πρόσθεν, G. Kaibel. τὸ κούρας. — Vs. 5. Stephan. ἢ καλάν, Keil. καὶ καλάν, G. Kaibel. τὰν ἁπαλάν.

CCXIV. In Co insula, in ecclesia ruinosa, haud procul a vico Pyli, repertum edidit Rossius in *Inscriptt. gr. ined.* III fascicul. p. 41, cujus tituli jam dederat minores reliquias ex Helpmanni schedis in ejusdem operis fasciculo II, p. 59, n. 174. — Vs. 1. Helpmanni apogr. dabat ΑΙ..ΗΡΣL-ΓΣΤΟΕΔΑΚΡΥ..... In altero apographo ex quo hoc epigramma iterum edidit, legebatur ΑΙ.....ΣΤΟΛΕΔΑΚΡ....ΣΠΑΡ. Ex illis indiciis satis vere hic versus restitui potuit : κατέστολε *composuit* seu *adornavit.* Vers. totum sic resarcit Kaibel. :

Θευδότα ἁ[μάτ]ηρ σε [τέκε], Στόλε, δάκρυ· ἄ[φν]ως γὰρ.

— Vs. 6. L. Dindorf, in hoc versu citato (*Thes. Ling. gr.* s. v. ἀρτίχνουν) scribebat γηραλέων; sed γηραλέην per hypallagen dictum esse videtur, senilem, i. e. quæ ad senectutem data est.

CCXV. Ap. Athen. IX, 401, ... κινδυνεύεις οὖν ποτε διὰ ταύτας τὰς φροντίδας, ὥσπερ ὁ Κῷος Φιλητᾶς, ζητῶν τὸν καλούμενον ψευδολόγον (nescio quas sermonis ambages) τῶν λόγων ὁμοίως ἐκείνῳ διαλυθῆναι. Ἰσχνὸς γὰρ πάνυ τὸ σῶμα διὰ τὰς ζητήσεις γενόμενος, ἀπέθανεν, ὡς τὸ πρὸ τοῦ μνημείου αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ. Ξεῖνε... — De Philetæ macie vid. Plut. *An seni capess. resp.* p. 791 E, edit. Did. XV, 3; Ælian. *V. H.* IX, 14; Suid. v. Φιλητᾶς. — Vs. 2. νυκτῶν κ. τ. λ. Cogitationes sunt in seram noctem productæ.

CCXVI. Apud *Æanen* Macedonum. Dedit v. cl. Heuzey in *Rev. arch.,* 1868, II, p. 25, inde repetiit G. Kaibel. *Epigr. gr. etc.* n. 514. — Vs. 3. Cercinium ubi nata est Hediste, erat in Pelasgiotide. — Vs. 5. Lapis : ΙΑΔΑΜ.... — Vs. 6. ΕΙΓΕΝ, litteræ π forma est Γ. — ὅτ' ὠδίνων κ. τ. λ. quia pro doloribus quos parturiendo passa est, filii grati mercedem habet. Conf. Meiæ epitaph. in *Anthol. lat.* IV, CCCXI :

Ut mihi grata vicem natorum turba parabat,
hoc mihi de pario marmore struxit opus.
Manibus atque meis nati pia vota dedere,
persolvere meis manibus inferias.

CCXVII. *Alexandriæ Ægypti,* ubi adhuc est, mense octob. 1879 repertum. Renatus Cagnat. *Revue archéol.* 1880, cujus sunt supplementa. Choliambis trimetris, quod metrum apud Græcos rarum est, utitur poeta. De tempore quo scriptum est epigramma non satis liquet. Litterarum formæ : Α, Δ, Λ, Μ, Ζ ou Ʒ (ξ). — Vs. 5. lapis errore, ut videtur, lapicidæ, ΔΕΧΟΚΤΟ; πολλοῖς ἀρέσαι restituit editor ex duabus epitaphiis ap. G. Kaibelium, LXIV, 3 et CLXIII, 2.

CCXVIII. *Thebis* repertam inscriptionem et ab Epaminonda Coromantzo communicatam edidit St. A. Cumanudes in Ἀθηναίῳ, 1874, p. 478; cujus sunt supplementa. — Vs. 3. Ἀσώπιχος frequens apud Bœotos pr. viri nomen; jam occurrit in inscript. Lebad. *Corp. inscr. gr.* I, p. 759, n. 1575, 9. Kaibel. : Τιμοκλέ[ω]να Σοφ[ων]ίχου, postea tamen in præfatione op. cit. p. XIV, Cumanudis supplementa recepit. — Vs. 5. Regalia Jovis (certamina) instituta Thebis fuerant post Leuctrensem victoriam, jubente, quod quidem finxisse videtur Epaminondas, Trophonio, προστέταχεν ὁ θεὸς αὐτοῖς, ὅταν ἐν Λεύκτροις νικήσωσιν, ἀγῶνα τιθέναι Διὶ βασιλεῖ στεφανίτην. Diod. sic. XV, 53, 4. Pro ἐν ἄθλοις duobus verbis, quod legebat v. doct. Cumanudes, scripsit, quod recepimus, ἐνάθλοις v. doct. P. Foucart. *Revue archéol.* 1875, I, 110, qui notavit voc. ἔναθλος uno exemplo in *Thesauro* occurrere, quod sane potius est repetita ἐν præpositione. — Titulo subscriptum legitur Πολύκλειτος ἐπόεισε, quem statuarium non eumdem esse ac Polycletum illum celeberrimum existimat v. cl. Cumanudes, sed Polycletum quemdam recentiorem, non tamen obscurum artificem, Naucydis discipulum, et Lysippi Sicyonii æqualem.

CCXIX. *Athenis,* sub anaglypho fracto. Carolus Vidua *Inscrr. ant.* (a. 1826), tab. 49, 3. Inseruit Bœckh. *Corp.* t. I, p. 918, n. 863 b. Repetiit Rhangabes, *Antiqq. hell.* t. II, p. 931, n. 2200 et Cumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 233, n. 1934. — Vs. 2 vitiosus, quod Νικομήδης non intrabat in heroicum. — Vss. 3 et 4. Bœckh. scribebat Ὁμήρου δόξαις ἐγγελ. quod si recipis, Ὁμήρου δόξαις mœrori umbrarum in inferis alludit Nicomedes, utpote qui illic suavi sopore consepultus jaceat. — Vs. 2. Lapis habet ΚΩ. — Vs. 3. Cumanud. Ὅμηρον; Kaibel. qui recepit hanc lectionem, addidit : « Nicomedes talis erat qualem descripsit Achilles Tatius III, 20 : καὶ γάρ τις ἐν αὐτοῖς ἦν τῶν τὰ Ὁμήρου δεικνύντων ἐν τοῖς θεάτροις κ. τ. λ. »

CCXX. *Khulkhula.* Ex apographo Wetzstein. Waddington. *Inscriptt. rec., etc.* Syrie, n. 2537 f. — Vs. 1. Cf. epigr. Hierapol. Phryg. *Corp. i. gr.* 3909. πότνια Νυμφῶν, | νάμασιν, ἀγλαίῃσι κεκασμένη... Vid. infr. inter Demonstrativa, C. III, Ἀσίδος εὑρείης...

CCXXI. Fragm. Mercurii sine capite; edidit v. cl. Cumanudes, *ibid.* p. 56, n. 393. — Vss. 1-2. Sic restituit G. Kaibel partim ex Wilamowitzio.

Νούσων ἰη[τῆρα καὶ ἐσθλὸν δ' ἄνδρα] Κράτωνα
Κυίντ[ου παῖδα φίλον] κ. τ. λ.

CCXXII-CCXXIII. In via quæ *Neapoli* Nolam ducit. Ediderunt Capacius *Hist. Neap.* t. I, p. 44, Reinesius *Syntag. inscr.* cl. XVII, n. 36, p. 824. Ex Reinesio Fleetwood. *Inscriptt.* p. 238, 2, Gorius *Inscr. Etr.* t. II, p. 43 cum interpretatione Salvinii, ex eoque Bonada, *Anthol.* t. II, p. 394. Ex Capacio et Reinesio Brunck. *Anal.* III, p. 313, n. 743, Jacobs. (V. *Animadd.* vol. III, P. II, p. 329 sqq.), *Append.* n. 327, Franz. *Corp.* n. 5819, étc. Sunt duo epigrammata in eamdem Cleopatram. — Vs. 6. Brunck. συμφωνίαν ἑ. μισγέμεναι; scribendum tamen notat μιξαμένα « quod refertur ad ἅ 3 versus ». Kaibel. συμφωνίαν ἐρατοῖς μειξαμένα μέλεσι. — Vs. 7. lapis ΘΑΝΑΤΟΙΟ, quod mutandum in βιότοιο censebat Reinesius, probante Fleetwood. qui tamen, ut postea Kaibel., accepit Walckenarii (*Diatr. in Eurip.* p. 236) emendationem θνητοῖς, omnino inutilem, utpote ubi optimum sensum exhibet θανάτοιο, *nihil mortis,* nihil in morte *dulcius esse luce.* — Vs. 8. Bœckh. εὐφροσύνας; Kaibel. εὐφροσυνᾶ[ν.

CCXXIV. Bandin. *Bibl. Med. Laurent. mss. lat. Catal.* t. II, p. 10. (cod. VIII, p. 44) « Licteræ (*sic*) infra scriptæ repertæ sunt apud sanctum Felicem ad Emam in quadam marmorea tabula. V. Gori, *Inscriptt. antiq. Etrur.* Florent. MDCCXXVI, 4°, t. I, p. 453, n. 97. Corruptam antiquarii incuria et imperitia eleganter docteque restituit et latinis versibus reddidit Salvinius. » *Bandin.* Repetierunt Bonada *Anthol.* t. II, p. 391, Brunckius, *Anal.* III, p. 317, n. 755, Jacobsius (*Animadvv.* III, P. II, p. 341), *Anthol. palat. App.* n. 341, et Franzius, *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 940, n. 6310. — Vs. 1. Br., Jacobs., Franz. ἄν πως. — Cf. infr. similia canum epitaphia, 294, 345, 361.

CCXXV. *Athenis,* sub anaglypho prope arcum Hadriani invento. Edidit Dodwell. *Itin.* t. I, p. 387, et inde Bœckh. *Corp.* t. I, n. 948. « Adolescens hic nefanda nece periisse videtur, morte fortasse sponte sumpta. » *Bckh.* — Ex ipso marmore dedit v. cl. St. A. Cumanudes in Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμϐ. p. 343, n. 2912; recentius repetiit commentarioque adornavit G. Kaibel. n. 116.

CCXXVI. *Romæ,* in lapide extra portam Salariam reperto. Fabrettus *Inscriptt.* p. 288, et post multos Brunck. *Anal.* t. III, p. 304, n. 708, et Jacobs. *Anthol. Lips.* t. IV, p. 271. (*Animadvv.* t. III, Part. II, p. 284) et *Append.* n. 147. « Positi sunt hinc inde accentus, quod notabile est. Ceterum epigramma memorabile et formas Doridis severioris. » *Franz.* n. 6241. — Vs. 1. καλύπτη. — Vs. 3. Dor. χῆρα. — Vs. 4. Franz. : « δεξιάδαν δ' ἐτάφη, quod vidit Paciaudus ap. Bonadam. Eam formam Schol. in *Iliad.* VII, 15, sibi videbantur reperire : in quo illi certe non tantum a vero aberrarunt quantum vulgo putatur. Comp. δεξιάδην cum ἀριστίνδην. » Dorvillii emendatio est. — Vs. 7. Brunck., Jacobs. et Eldick. ἐπεχώσατο, « contra marmoris fidem, » ut fatetur Jacobsius.

CCXXVII. *Romæ* repertum. Welckerus *Syllog. inscr. gr.* n. 70, p. 103, edit. alt. Repetiit Franz. in *Corp. inscr. gr.* n. 6198 et inde Kaibel. n. 629.

CCXXVIII. *Romæ.* Edidit Sirmond. *ad Sidon.* p. 103, unde repetiit Jacobs. *Paralip.* II, n. 68, p. 820, et *Append.* n. 380, et Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 931, n. 6294. Bene vidit Jacobs. hoc distichon a quadratario perversum fuisse, et restituit, quod prius sic legebatur et a Kaibelio ipso n. 630 editum est :

Φιλήτῳ τόδε σῆμα κατοιχομένῳ συνομεύνῳ
Ἀβασκαντὶς γαμετή, μνημοσύνης ἕνεκεν.

CCXXIX. « Inter rudera *Palæopolis* Corcyræ, in lapide valde obliterato quæ nunc in museo Prossalendi servatur. » Edidere multi inter quos Græfius est (*Act. Petropol.* vol. VIII, p. 630-647) et Bœckh. *Corp.* n. 1907. « Mnaseas manifesto dicitur carmina didactica composuisse, cosmologica et astronomica, etiam geometrica, opinor, fere ut Aratus, Eratosthenes, alii. De hoc Mnasea aliunde non constat. » *Bckh.* — Vss. 7-8. Græf. δι[φραγέταν π..... ἅ δ' ἀμφὶ γᾶν τε. — Vs. 9. Græf. εὖ δ' ἀηδόνα; lapis : ΕΥΔΔΕΙΝ. « Nihil succurrit nisi εὐοδεῖν; ut sit : prosperum ipsi successum habere cognovit Homeri chartam, in qua Odyssea et Ilias, hoc est prospere æmulatus est heroicam Homeri poesim. » *Bckh.* Kaibel. εὔ[δα]εῖ [νο]ῦ. — Vs. 11. id. ὁ [τρ]ιπλανάτας. — Vs. 12. Lapis habet ΑΚΑΡΝΙΑ, de quo silet Bœckh., tantum confessus Αἰακίδαο Græfio deberi. Corrigebat Hermann. καὶ μῆνις ἁ στρατηλατῶν· εἶτ' ἀτρεκές; Kaibel. ἁ καρ[η]άτων. — Vs. 13. id. μ]άθε[ς] τὰ παντ'. — Vs 15. « Εὔνομον ex. c. dedi, neque με verum judico, sed versum ut potui explevi. » *Bckh.* Welckerus tamen olim tentaverat ὁμευνέτιν τ' ἔλειψε.

CCXXX. *Corcyræ* in basi statuæ ornatissimæ vidit Cyriacus Anconitanus p. XX, n. 135. Ex eo fonte dederunt Holsten. *Nott. et Castigg. ad Stephan. Byz.* v. Σχερία p. 309, Maffeus in *Mus. Veron.* p. 65 cum hac nota : « Latine vertit parum prospere B. Montefalcon. in *Diario Italic.* [p. 428]. Latina et Græca in *Novo Thesauro* [Murator. p. 1079] valde corrupta. XXX et ultra ab hinc annis lapidem acquisivi statimque ita reddere expertus fui : Quis fuerim quæris, etc. » *Sc. Maf.* — Supra versus scriptum est : Βασιλείδης ἐτῶν ΚΓ Ἥρως χαῖρε. — Vs. 1. Bœckh. supplet δ' pro τ'. — Vs. 6. Lapis ex Maffeo ΝΑΥΤΙΛΙΗΛΥΓΡΗ. Ap. Cyriacum initio versus lacuna indicatur. — Vs. 7. Σχερία antiquum Corcyræ nomen. — Est etiam hoc epigr. ap. Brunck. *Anal.* t. III, p. 313, n. 706, Jacobs. (*Animadvv.* vol. III, P. II, p. 280), *Append.* n. 307, Bœckh. *Corp.* n. 1888 et G. Kaibel. n. 186.

CCXXXI. *Prusiæ.* Edidit Ph. Lebas. *Journ. de l'Instr. publ.* sept. 1853, p. 577, unde repetitum a cl. v. Waddington. in *Inscriptt. rec.* p. 284, n. 1170. Lebasius fere omnia restituit — Vs. 1. conjiciebat συνέσπετ' ἀταρπιτοσήμων, sed ultimum verbum quod ipse composuit, difficile admiseris; exempli gratia aliquid tentavimus, plures locos recordati, ubi de parca, de sorte, deo quodam aut fato βάσκανος dicitur, cum genitivo rara quidem structura, sed in Æmiliani epigrammate (*Anthol. Pal.* IX, 736) legitur κώμων βάσκανος. G. Kaibel. n. 413 : Ὦ Σ]οφί[η] καὶ Μο[ῦ]σα συνέ[σ]πε[το καὶ κλέ]ος ἔ[ργ]ων. — Vs. 2. *id.* τ[ρ]ὶς ἑ[πτ]αέτην... — Vss. 3-4, sic primum restituerat Lebas. :

ᾧ γόον, τῷ χ' ὑμέναιον, ἐδᾳδουχήσατο μήτηρ,
οἰκτρὰ δ' ὁ συγγενετὴρ χρύσιον ὠλέσατο.

Vs. 4. Kaibel. Χρυσίον ΩΔΕΣΑΤΟΣ, et in notis conjicit οἰκτροτάτῳ. — Vs. 8. δοκός, *telum* s. δόκος, *laqueus,* Archilochi est, pro quo tamen Kaibel. μόρον, ubi lapis ΔΟΚΟΥ.

CCXXXII. *Cyrenis.* Pacho *Itin. marm. Cyren.*, etc. tab. LXII, 1, Letronn. *Journ. des Sav.* 1828 et Welcker. *Syllog. epigr. gr.* ed. alt. p. 71.

n. 50. Suprascriptum est... χθ, Τι. Πετρώνιος Καπίτων ἐτῶν κ, quo significatur annus XXIX, qui ad imperium Augusti pertinet, et hominem defunctum annos viginti natum fuisse. G. autem Kaibel. K. Θ. primas litteras existimat esse verborum καταχθονίοις θεοῖς. — Vss. 5-6. Cf. Virgil. *Æn.* VI, 221; cf. et *Anthol.* VII, 182, 183, 186, 188, 627, 711, 712.

CCXXXIII-CCXXXV. *Romæ.* Nunc Lutetiæ ex collect. Campan. (Vid. Froehner. *Musée du Louvre, Inscr. gr.* p. 292, nn. 234-241). Descripsit et commentatus est Secchius *Monumm. inediti d'un antico sepolcro di famiglia greca scoperto in Roma sulla via Latina, Roma*, 1842. Edidit et Welcker. *Mus. Rhen.* III, 1845, p. 259 sq., Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, n. 6270, 6271. — In eodem lapide legitur : Πάτρων. [Οἱ συμπρέσ]βεις. Χαῖρε, Πάτρων, χρηστὲ καὶ δίκαιε Πάτρων, Χαῖρε. Πάτρωνος ἰατροῦ. Γυνὴ Πάτρωνος. Θυγάτηρ Πάτρωνος, etc. — Fuit Patron medicus Lycia oriundus. Eum legatione functum esse ex titulo haud procul ab eodem sepulcro reperto (n. 6446) : Νικίας Ὀνησιφόρου τοῦ Νικίου Ξάνθιος τῆς Λυκίας ἀρχιερασάμενος τῶν Σεβαστῶν καὶ πρεσβεύσας ἐκ τρίτου ὑπὲρ τῆς πατρίδος, demonstravit Secchius, qui vidit etiam πρέσβεις esse commemoratos. Hinc explicari potest ἐν τιμαῖς quod habemus in epigrammate primo in quo vs. 2, pro Ῥώμα scripsit Secchius πρεσβέα, Welcker. ἀγλαὰ, pro πράγ. μ. δέχεται, hic πράγμ. μου φέρεται, ille πράκτορά με στέφεται. — Vs. 3. pro ἐς φάος, Secch. ἐνδέεθ'; pro οὔ μ' ἀποπ., οὐκέτι πέμπεις, Welcker.; ἔνθεέ τ'... οὐκ ἀποπέμπ. — Vs. 4. pro ἀλλ' ἐφορᾷς, Secchius ἐν δυσμῇ, Welck. ἐν ξείνῃ — In tit. γ. vs. 1. Ἀππολήία, Apuleia, Patronis filia est. Vid. G. Kaibelii notas, n. 546.

CCXXXVI. *Carali s. Caralibus*, hodie Cagliari, in Sardinia insula, ubi et nunc legi potest, cum aliis nonnullis plerisque latinis, repertum titulum edidit Muratorius t. III, p. MDCXXXVIII, 4; recentius Albert. de la Marmora (*Voyage en Sardaigne*, Part. II, 1840, tab. XXXV, fig. I et p. 486 — 488), cum restitutione et explicatione Lebasii p. 570-586 et Welker. *Mus. Rhen.* vol. VI, 1848, p. 90 sqq, n. 16, postremum, Franz. *Corp. inscr. gr.* III, p. 683 sqq. n. 5759 e et Jacobsius *Anthol. palat. Append.* Lips. n. 404. Dedit Lebasius et in Comment. *Inscriptions de la Grotte de la Vipère*, p. 9. « Hæc epigrammata uni sepulcro imposita satis docent Cassium Philippum ab Imperatore quodam relegatum in insulam Sardiniam fuisse ibique una cum uxore Atilia Pomptilla et fortasse etiam parentibus socerisque degisse. Insulæ iniqua temperies effecisse videtur ut Philippus in gravem morbum inciderit. Itaque pia uxor, ut marito vitam servaret, ipsa se devovit, atque, adnuente Deo, mortua est. Quippe ex superstitione vetere vita pro vita pensari posse putabatur; unde Pomptilla νέας Ἀλκήστιδος (Cf. *Anthol. Palat.* VII, n. 691) famam consecuta est. » *Bckh.-Frz.* Hæc poematia in *Appendice Anthol. palat.* versionis gall. t. II, p. 276 vertit v. cl. Dehèque, quæ et laudavit v. cl. Æ. Eggerus, *Journal des débats*, 4 Déc. 1864. Cujus elegantissimæ translationis haud ingratum fecerimus partem nonnullam afferre : « Que tes cendres, ô Pomptilla, fécondées par la rosée, se transforment en lis et en vert feuillage où brilleront la rose, le safran parfumé et l'impérissable amarante! Puisses-tu devenir à mes yeux la fleur de la blanche primevère, pour que, à l'égal de Narcisse et d'Hyacinthe, cet objet de larmes éternelles, une fleur transmette ton nom aux générations à venir!... » — Multa de uxoris suæ pietate edidit testimonia Philippus : præter græcam inscriptionem nostram, ejus sepulcro insculpi voluit plura latina epigrammata quæ collegit P. Burmannus in *Anthol. lat.* lib. IV, 90, quorum plurimam partem haud ab re alienum erit huc afferre :

Urbis alumna graves casus hucusque secuta
conjugis infelix Atilia cura Philippi,
hic sita sum, manibus gratis sacrata mariti;
pro cujus vita vitam pensare precanti
indulsere dei; ne cesset fama, meremur.
Quod credis templum, quod forte, viator, adoras,
Pomptillæ cineres ossaque parva tegit.
Sardoa tellure premor, comitata maritum,
proque viro fama est me voluisse mori.

Hic Pomptilla jacet, cineri conjuncta Philippi;
. . . .
. . . .
Junonis sedes infernæ cernite cuncti;
Numine mutato fulget Pomptillla per ævum.

Unum et viginti bis juncti viximus annos;
una fides nobis gaudia multa dedit.
Et prior ad lectum cum sim Pomptilla recepta,
tempore tu, dixi, vive, Philippe, meo.
Nunc æterna quies, Ditisque silentia mæsta,
hanc statuere mihi pro pietate domum.

Languentem tristis dum flet Pomptilla maritum,
volvit pro vita conjugis ipsa mori.
Protinus in placidam delabi visa quietem,
occidit; o celeres in mala vota, Dei,
Has audite preces, vitam servate marito,
ut pereat vita dulcior illa mihi.

In ultimo hoc epigramm. legebat Burmannus *voluit* pro vita, quod, metri causa, transponendum dicebat, *pro vita voluit;* legendum *volvit,* i. e. cogitat; scripsimus et *servate* pro *servare*.

CCXXXVII. *Ibid.* Iidem hanc ejusdem monumenti partem ediderunt. — Sic restituebat Lebas. *Inscriptt. de la Grotte de la Vipère* p. 12, vs. 1, Κῆρα [δὲ πι]κρ[άν. — Vs. 2. [ἐξ]ι[λέωσε πάρος. — Vs. 3. χρηστὴ ἀκ. Vid. in utrumque epigr. novum G. Kaibelii commentarium, n. 547.

CCXXXVIII. *Nemausi.* Edidit ex lapide ipso post Sallengrium in *Præfat. Nov. Thesaur. Antiquitt. Rom.* t. I, p. 3 et Benedictinos duo in *Itinerar. litter.* t. I, p. 309, Maffeus in *Antiquitt. Gall.* p. 55, et post multos alios, inter quos Brunck. *Anal.* III, p. 303, n. DCCV, Jacobs. (vid. *Animadvv.* t. III, Part. II, p. 279 sq.) *Append.* n. 120, Franz. *Corp.* III, p. 1038, n. 6789 et G. Kaibel. n. 548. — Cf. Epigrr. in Pomptiliam. — Supra tetrastichon legitur :

D. M.
C. VIBI LICINIAN
V. ANN. XVI. M. VI
C. VIBIVS
AGATHOPVS ET
LICINIA NOMAS
FIL OPTIMO PIISSIM

« Agathopus et Nomas videntur Græci natione servi manumissi a Licinio quodam qui ex familia Vibia fuit. » *Bckh.* Sic transtulerat ipse Maffeus :

Plurimus hunc tumulum flos induat, inque recentem
haud rubi horrentes, ægipyrusque mala.
sed properent violæque et amaracus et narcissus.
Vibie, et omnis humus te prope jam rosa sit.

CCXXXIX. *Pataris.* Walpol. *Travels* p. 342, n. 6. Ex Walpol. Osann. *Auct. Lex. gr.* p. 95. Welcker. *Spicil. Epigr.* n. 49, p. 22 sq. et *Syllog. epigr. gr.* ed. sec. 1828. n. 36, p. 44 sq., et Bœckh.-Franz. *C. inscr. gr.* t. III, p. 152, n. 4284. — Vs. 1. lapis : ΠΑΛΜΙΣΤΡΟΦΥΛΑΞ; Græfius (*Act. Acad. Petrop.* vol. VIII, p. 705), Παλαιστροφύλαξ, quod

vocabulum inventiur apud *Ælian. H. V.* VIII, 14. « Eumdem ἐπιστάτην παλαίσματος vel παιδοτρίβην vocari notat Welcker. » *Bckh.-Fr.* — Vs. 6. Mercurium animarum deductorem, ψυχοπομπὸν, invocat. Eustath. ad Hom. *Od.* Ω, 1. « Ἰστέον ὡς ἐκ τοῦ « Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς ἐξεκαλεῖτο, » τὸν ψυχοπομπὸν συντιθέντες τινὲς ἐπίθετον αὐτὸ εἶπον τοῦ Ἑρμοῦ. »

CCXL. *Oppidi novi* ad Lixum (hodie Ksar-el-Kebir ad Oved Loukkos). Editum a v. cl. Tissoto, Galliæ legato, missum v. cl. E. Miller., *Revue arch.* t. XXVIII, ann. 1874, p. 239 sqq. Supra versus lapis habet [ΖΩϹ]ΙΜΟϹ ΝΕΟϹ..... ΛΟϹ..... et infra ΑΛЄΞΑΝΔΡΟ. ЄΤΩΝ Κ. Β.

CCXLI. Apud *Ephesum*. Gruter. *Thes.* p. MXXXV; n. 12. Inde multi; Grotius cum versione metrica, Brunck. *Anal.* t. III, p. 311, Jacobs. (Vid. *Animad.* vol. III, P. II, p. 323). *Append.* n. 269 et Bœckh. *Corp.* 3019. — Vs. 4. Gruter. κουκέτι ἐς. — Vs. 6. perspicue φέρειν habet lapis, quod satis clarum est, quodque sine necessitate in φέρων mutavit Brunckius, approbante Jacobsio; Grotius, φέρειν.

CCXLII. *Mileti.* Edidit v. cl. O. Rayet, *Revue archéol.* t. XXVIII, ann. 1874, p. 113 sq. Supra scripta leguntur nomina Ἀντήνωρ Εὐανδρίδου, Ἀντιφάνης Μοσχίονος, Χίονις Χιόνιδος. Plane ignoti sunt tragicus poeta Evandridas et socraticus Hestiæus; quæ tamen nomina sæpe in titulis Milesiis occurrere testatur editor.

CCXLIII. *Neapoli.* Anaglypho mulier sedet juveni dextram jungens. Martorellus, *Thec. Calam.* t. II, p. 472 sq., Welcker. *Syllog. epigr.* p. 102, n. 69, et Franzius, *Corp. inscr. gr.* 5817, qui conferri jubet ultimam sententiam cum choliambo hoc versu quem edidit sub n. 6221 :

Γληνῷ Νιγρῖνος παιδὶ καὶ νέκυν στέργων.

Repetitum est etiam epigramma hocce in *Bulletin de correspondance archéolog.* 1830, p. 48.

CCXLIV. *Tanagræ.* Minusculis Cumanudes ex antitypomate Stamatacis, in Ἀθηναίῳ ann. 2 (1874), t. II, p. 406. Notum Charias nomen et ap. Andocid. p. 14, 23, et ap. Bœckh. *Corp.* I, p. 306, n. 172, 10. Observat editor romanam ætatem litterarum forma indicari. — Vs. 2. Pœmander, Charesilai filius, nomen suum Tanagricæ regioni dedit, inde Ποιμανδρίδι dictæ. V. Pausan. IX, XX, 1; Plutarch. *Moral.* p. 299, A. — Cf. Lycophr. 326, ubi tamen nonnulli intelligunt Ποιμανδρίαν vas quoddam sacrum ad excipiendum sanguinem; Strab. IX, p. 404, Steph. Byz. s. v. Τανάγρα. De voce χυδανή notat editor καινοφανὲς ἐπίθετον esse, et κατεσκίασε vocem esse sophocleam eodem sensu (*Œdip. Col.* 397 : ἢ καὶ κατασκιῶσι Θηβαία κόνει;).

CCXLV. *Leucosiæ* Cypri. Bœckh. *Corp. inscr. gr.* n. 2647; ex apogr. suo Waddington, *Inscript.* P. VII. *Ile de Chypre*, IV, Leucosia (Nicosia), n. 2771. Multi antea ediderant : Richter. *Itin.* p. 566, n. 23 (Cf. p. 643-679); Vidua, *Inscrr. ant.* tab. 29, 2. — Cf. Letronn. *Journ. des Sav.* 1827, p. 169. Tractavit et Welcker. *Syllog.* an. 1828, p. 41 sqq. — Vs. 1 heptameter sic ex apographis legitur : Κὰν τροχάδην βαίνῃς, φίλε ὦ παροδῖτα, βαιὸν ἐπίσχες (ἐπίσ[χου *Kaib.*). — Vs. 2. Bœckh. ex prioribus apographis ΗΒΗϹΕΝ. ΑΝΑ.... ΧΟΡΟϹ, legere voluit : Ἥρησεν θανάτου με μόρος. Ἥρησεν placuit et Franckio (in *Addend. Inscr. gr. et lat.* Richter. p. 483-498); sed addit μακάρων με χορός, quod, excepto χορὸς verbo, nullo ex apographo educi potest. Ex nova exscriptione ΗΤΙC..Α.ΑΝΑΙ..... ΧΟΡΟC legendum est : ἥγισεν ἀθανάτων με χορός· τὸ δὲ κ. τ. λ. « consecravit me immortalium chorus. » Quam lectionem et sententiam satis probat ult. versus quo gloriatur Eulalius quod nuptiis maturus, integra castitate, ablatus fuerit a Cœlicolis. Waddington. tamen aliter restituit, sic : ἥρπασεν ἀθανάτων με χορός. — Vs. 3. Lapis habet ΗΓΑΡΜΟΙ; emendat Bœckh. Βῆ γάρ μοι. Nonne legi possit ἧ pro ἦε « iit, » ut dicitur ἧμεν pro ἤαμεν, « ivimus, ibamus »?

CCXLVI. *Citii* (hod. *Larnaca*), in insula Cypro. Edidit v. cl. Melch. de Vogüé ex apographo quod miserat v. cl. D. Pierides, *Rev. archéol.* t. XIII, p. 439 sqq. — Est etiam in Πανδώρᾳ, t. XVII, octob. 1866, p. 329, *Inscript. Cypr.*, apud v. cl. Waddington. *Inscriptt. recueill. etc.*, n. 2761 et G. Kaibel. n. 256. — Vs. 8. ὀκτακαιεικοσέτης lexicis deest. — Vs. 9 sic legebatur : Οὐκ ἄκος ἔσται δ' ἀσπάριοι, ξ., χ. πρ. nullo sensu, lapicidæ errore, ut quidem v. cl. Eggero videbatur, qui sic restituere tentabat : Οὐ κακὸς ἔσται δ' ἀσπασμὸς κ. τ. λ., sed prorsus certam v. cl. E. Milleri lectionem accepimus, qui nullam in scriptura mendam agnoscit; lapis enim satis perspicua hæc habet : ΟΥΚΑΚΟΣΕΣΤΑΙΔΑΣΠΑΡΙΟΙ..... ΠΡΟΣΕΙΠΑΣ. Vid. *Revue Archéol.* t. XIV, p. 61 sqq.

CCXLVII. Ap. Phlegon. Trall. in *Hist. gr. Fragm.* a Carol. Müllero editis, Bibl. gr. A. F. Didot, Περὶ θαυμασίων, 46; edit. Io. Georg. Fr. Franz. Halæ, 1822, cap. XVII. Epigrammati id præscriptum legitur : Ὁ δὲ αὐτός (Ἀπολλώνιος ὁ γραμματικός) φησιν πλησίον Ἀθηνῶν νῆσόν τινα εἶναι, ταύτην δὴ τοὺς Ἀθηναίους βούλεσθαι τειχίσαι· σκάπτοντας οὖν τοὺς θεμελίους τῶν τοίχων εὑρεῖν σορὸν ἑκατὸν πηχῶν, ἐν ᾗ εἶναι σκελετὸν ἴσον τῇ σορῷ, ἐφ' ἧς ἐπιγέγραπται τάδε· Τέθαμμ' ὁ.....

CCXLVIII. In *Samo* insula reperit G. Renouard. Editum est in *Diar. class.* t. X, p. 172, *Mus. crit. Cantabr.* t. I, p. 349, a Jacobsio in Wolfii *Analect. litt.* fasc. I, p. 101, inde in Ἑρμῇ λογίῳ 1817, p. 106 sqq., item in *Anthol. pal.* t. III, p. 968, n. 398. Repetiit Bœckh. *Corp.* n. 2258. — Vs. 7. legunt πατρῴοιο, adjecto ap. Bœckh. dubitationis signo.

CCXLIX. Apud Chishull. *Antiqq. asiat.* t. II, p. 12, *Scalæ novæ* repertum. Unde alii et Brunck. *Anal.* t. III, p. 301, Jacobs. (v. *Animadd.* vol. III, P. II, p. 275), in *Append.* n. 272, Bœckh. *Corp.* n. 3026. « In hominem qui sese de rupe præcipitaverat, sive quod improbi nescio qui et nebulones eum persecuti erant, quos conatus erat effugere; sive quod stulti homines ei persuaserant ut auderet facinus arduum. » *Bckh.* Nihil aliud Kaibel. n. 255.

CCL. *Romæ.* Edidit Reinesius, *Syntag. Inscriptt.* p. 610; inde Brunck. *Anal.* III, p. 276, n. 592, Jacobs. (*Animadv.* vol. III, P. II, p. 195), *Append* n. 224, Franz. *Corp.* n. 6197. Dederat et Hier. Bosch. *Florileg. græc. mantiss. tertia*, p. 420, cum hac notula : « Inter Arundeliana, in Anglia » et H. Grotii versione cui præscriptum est : « Ex marmoribus Arundelianis. » — Vs. 1. Claudius ille Agathe-

merus erat inter sodales Persii poetæ ap. philosophum Cornutum, et *doctissimum sanctissimumque* virum eum dicit Suetonius, in *Persii vita*.

CCLI. Prope *Teon*. Ex cod. Askewiano Bœckh. *Corp. inscr. gr.* II, n. 3123. — Vs. 5. Lapis habet, si apographis credimus, ΕΜ . Ε. Bœckh. audacius conjiciebat ἔνειμεν aut ἔδειμεν; nos sine dubitatione ἐς αἰὲν, damus, deinde vs. seq. νεῦεν pro ΝΟΕΝ, ubi ἔνθεν, quod vix credas, Bœckh. legi voluit, « lenissima correctione, » ita tamen ut quasi desperatum locum tandem omitteret. Eumdem hunc versum sic restituit Kaibelius : ἀφθάρτοις Μούσαις γὰρ ἐπ[έ]σ[τεφ]ον αὐτὸς ἐμ[αυτόν. Cui juveni musarum templi cleducho, id est custodi, sepultura in τεμένει assignata erat. — Vs. 6. Nymphius, Νύμφιος, proprium et æditui nomen esse potest; cf. vs. 10. — Vs. 7. sic supplebat Bœckh. : ζῶν· τῶν γὰρ κληδοῦχον ἐκλήρωσάν μ' ἐθέλοντα (marmor ΕΘΕΙΟΝΤΑ). Kaibelii supplementa recepimus Μουσ]ῶν γὰρ κληδοῦχ[ον Ἔρως φύγε κοὐκ] ἐθέ[λ]οντα. — Vs. 8. Ex ΕΚΟΜΜΑΩΝ elicere Bœckhio placuit ἐκ θαλάμου. — Vs. 9. lapis ΟΜΟϹ, quod non φάος (Bœckh) est, sed ΘΑΛΟϹ, θάλος.

CCLII. *Halicarnassi*. Edid. Newtonus I tab. 89, 10, coll. *Diar. arch.* 1859, p. 56. — Vs. 3. « loquitur στήλη ipsi tumulo superimposita. » *G. Kaibel.*

CCLIII. *Halicarnassi*. Edid. Newton. tab. 88, 8, coll. v. II² 699, unde G. Kaibel. n. 207. — Vs. 1 sq. « ὁ πρίν — ὁ πρὶν — ὁ similes particularum οὐ et εἰ eisdem versuum sedibus anaphoræ in Antipatri Sidonii epigrammatis (ejus enim sunt) *Anth. Pal.* VII, 409 et 413. — Vs. 5 sq. supplevi sententiam vulgarem. » *G. K.* — Cf. epigr. neapolitanum in *Anthol. lat.* IV, CCXLVIII :

Quæ mihi debebas supremæ munera vitæ,
infelix solvo nunc tibi, nate, prior...

CCLIV. *Panticapæi*. Anaglypho exsculptus vir adstante puerulo. Edid. Stephanius, *Comptes-rendus etc.* 1861-2. Supra scriptum Φαρνάκη Φαρνάκου χαῖρε. Edidit etiam G. Kaibel. *Epigr. gr. e lap. conlecta*, p. 97, n. 252. — Vs. 4. « Recte Sauppe (*Philol.* XX, 511), ut virtutem artemque ostenderet, Pharnacem in Græciam (πρὸς δύσιν) profectum esse statuit, quamobrem in patria ad cenotaphium inanibus lacrimis deflent mortuum juvenes. » *G. K.*

CCLV. *Sevrihissar* prope *Teon*. Ex schedis Peyssonelii transcripsit Ziegler., edidit Bœckh. *Corp. inscr. gr.* n. 3118. — Cf. *Anthol. lat.* IV, CCXLIV :

Nam tibi dumque viro tædas thalamumque para-[bam,
funera et inferias anxius ecce paro.

CCLVI. *Ephesi*. J. T. Wood, *Discoveries etc.* Inscriptt. from Tombs, etc. p. 16, n. 18. Edidit et Gelzer. *Mus. Rh.* XXVII, 466 et inde G. Kaibel. *Epigr. gr.* n. 229. Supra scriptum Λ. Καλπουρνίῳ Καλπουρνιανῷ Τ. Καλπούρνιος Κυΐντιανὸς Ἀφρικανὸς κατεσκεύασεν σὺν τῇ ἐκβασμιδώσει τὸν βωμόν. Et infra : Ὁ ἐνοχλήσας τούτῳ τῷ βωμῷ ἢ τῷ τύπῳ καταβαλεῖ εἰς τὸν φισκὸν * μύρια. — Vs. 1. G. Kaib. Πωλλῖνα.

CCLVII. *Cypro* in insula. Ceccaldus, *Rev. archéol.* 1875, I, 97. — Vs. 2. Meleagr. *Anth. pal.* VII, 421, 12 : χαῖρε καὶ ἐν φθιμένοισιν. Cf. infr. 259. epigr. Εἰ καὶ μοιρίδιον.

CCLVIII. *Patris*. Pocock. *Inscriptt.* p. 64, n. 10. *Corp. inscr. gr.* 1553, G. Kaibel. *ibid.* 481. — Vs. 2. ἐν βιοτῆς μέτ. vel quandiu viveremus, non ad laudum tuarum finem veniremus. Præscriptum est Δομιτίου Φαίδρου.

CCLIX. *Cypro* in insula. Ceccaldus, *Rev. archéol.* 1875, I, 97, unde repetiit ut n. CCLVII, hoc epigrammation Georgius Kaibel. *Epigr. græc. e lapid. conlect.* p. XI, 288 a et 288 b. Litteræ ЄϹѠ.

CCLX. Epigramma *Mesambrianum* edidit Bœckhius in Addendis *Corp. inscr. gr.* n. 2055 b. Cf. n. 2055. — « Vs. 1. In elementis ΚΑΡΠΑΡΟΣ nomen conditoris Græci latere judico. » *Bckh.* — G. Kaibel. Οὗτος ἔχει τύμβ]ος τοὺς καὶ πάρος. — Vs. 2. idem ξυνῷ δ' ἐν. — Vs. 3. id. ἢ μὲν ἐγὼ]. — Vs. 4. id. δείκνυσε, εὐσε]β[έ]ως. — Vs. 5. id. νῦν δ' ὥσπερ ζ]ωοί.

CCLXI. *Romæ*. Franz. *Corp.* n. 6268. Antea edidere multi quos illic videas; primus Gruter. *Thesaur.* p. DCVII, postea Brunck. *Anal.* t. III, p. 310, n. 732 et Jacobs. (v. *Animadd.* vol. III, P. II, p. 317) in *Append.* n. 210. Dederat hoc et Burmannus (*Anthol. lat.* t. II, lib. IV, p. 91 sqq. epigr. CXLII-CXLVI), cum Grotii et aliorum versionibus, præmissis etiam quatuor hisce latinis inscriptionibus de eadem Atimeti uxore quasi dialogo quodam distributis :

Atimetus Pamphili Ti. Cæsaris A. L. L. Antherotianus sibi et Cl. Homonœæ conlibertæ et contubernali.

I. Tu qui secura procedis mente, parumper
siste gradum, quæso, verbaque pauca lege.
Illa ego, quæ claris fueram prælata puellis,
hoc Homonœa brevi condita sum tumulo,
cui formam Paphie, Charites tribuere decorem,
quam Pallas cunctis artibus erudiit :
nunquam bis denos ætas mea viderat annos;
injecere manus invida fata mihi.
Nec pro me queror hoc; morte est mihi tristior ipsa
mœror Atimeti conjugis ille mei.

ATIMETUS.

II. Si pensare animas sinerent crudelia fata,
et posset redimi morte aliena salus;
quantulacunque meæ debentur tempora vitæ,
pensassem pro te, cara Homonœa, libens.
At nunc, quod possum, fugiam lucemque deosque,
ut te matura per Styga morte sequar.

HOMONŒA.

III. Parce tuam, conjux, fletu quassare juventam,
fataque mœrendo sollicitare mea.
Nil prosunt lacrimæ, nec possunt fata moveri :
viximus, hic omnes exitus unus habet.
Parce, ita non unquam similem experiare dolorem,
et faveant votis numina cuncta tuis.
Quodque meæ eripuit mors immatura juventæ,
id tibi victuro proroget ulterius.

ATIMETUS.

IV. Sit tibi terra levis, mulier dignissima vita,
quæque tuis olim perfruerere bonis.

Sequenti epigrammati quod græcum est, suprascriptum est nomen Homonœa, et subscriptum *Permissu patroni. In. fr. longum. P. V. latum. P. IV.* — Vs. 3. Burm. (Cf. *ib.* p. 121) χελειδόνος, Heinsius ex vetere Moroni codice notaverat : ἡ λαλιὴ φεδροτέρη χελειδονίς. Posterius plures hoc scripsere; Barthius (in *Adversar.* IV, 6, p. 160) emendabat χελειδών. — Vs. 4. Burm. λειπομένη δάκρυα.

CCLXII. *Athenis*. Spon. *Miscellan. erud. ant.* X, 8. p. 320. Brunck. *Anal.* t. III, p. 308, n. 722 (Cf. Jacobs.

Animadv. t. III, P. II, p. 307), Jacobs. *Anth. pal. Append.* n. 171; nuper St. A. Cumanudes, Ἀττ'. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 330, n. 2763 et G. Kaibel. n. 104. Duo esse epigrammata, alterum vs. 1-2; alterum 3-6 haud sine causa putabat Fletwood (*Syll.* p. 249 c.). Dialogus hic videtur philosophus esse. — Vs. 1. καθαρῷ πυρὶ γυῖα καθήρας dicitur utpote rogo crematus. (Vid. Jacobs. *Animadvv.* l. c.): hoc igne, non mystico Eleusinio, purgatus Dialogus ad Superos evolavit, relicto pulvere cinerum. Nam si mysticum ignem cum Bendts. (*Marm. Mystic. Spec.* I, p. 15 sqq.) intelliges, quomodo, quæso, dici potest ἐνθάδε καθαρῷ πυρὶ γυῖα καθήρας, hoc est *in loco sepulcri?* — Vs. 4. γυμνὰς a Schneidero (*Lexic. gr.* h. v.) refertur ad sqq. cum Bonada (t. II, p. 529), et Fletwoodio, ita ut Dialogus γυμνὰς ἀμφ' ἀρετὴν καὶ σοφίαν dicatur, *exercitatus circa virtutem et sapientiam*: idem probant Bendts. et Morgenstern. *ad Richteri Inscriptt.* p. 663, qui insuper pro κεύθει jubet κεῖται rescribi. Sed hæc quamvis speciosa sint, tamen dixeris κεύθει, cujus vestigia etiam Mustoxides servavit, non corruptum videri, et γυμνὰς esse γυμνάσιον recte docuit Jacobs. *Anthol. pal.* t. III, p. 917. Præterea ἔπλετο s. ἐγένετο ἀμφ' ἀρετὴν etiam sine adjectivo est: *deditus erat virtuti*, ἐνεκεῖτο ἀρετῇ. Neque in repetito κεύθει immorandum putaveris. Attamen quum considero prius ΚΕΥΘΕΙ admodum incertum esse, adscitoque κεῖται et voce γυμνὰς ad sqq. relata, universum epigramma multo elegantius fieri, libens adscisco hanc conjecturam. *Bckh.* « Legendum puto..... ὀστέα κεῖται, | γυμνὰς ὃς ἀμφ' ἀρετὴν ἔπ. κ. σοφ. » *Pice.*

CCLXIII. *Damasci.* Waddington. apud Lebas. III, part. VI, n. 2549. — Vs. 1. Lapis ἐντεῦθ' ubi videtur poeta ἐνταῦθα et ἐντεῦθεν confudisse. — Vs. 4. CEMNIIC--YΠHETEIAIC; scripsit Büchelerus *Mus. Rh.* XXVII, 475, σεμναῖς ὑπηρετείαις, G. Kaibel. rectius σεμνῆς. — Vs. 5. AMEIC, copulatis duobus Λ, unde facile erui potuit ΑΛΛ' ΕΙΣ.

CCLXIV. *Romæ,* quo unde et quomodo allatus fuerit lapis ignoratur. Transcripsit Ursinus, edidit Gruterus, p. CCLXXXVIII, 5; repetierunt Grotius *Anthol. græc.* cum adnotatione Hieronymi de Bosch, III, p. 397, Welckerus *Syllog. epigr.* p. 69, Meineke ad Babrii fabulas Æsopeas a Lachmanno editas, Berol. 1845, p. 173, et postremo Franzius, *Corp. inscr. gr.*, t. IV, p. 20, n. 6856.

In hoc epitaphio « celebratur Amazaspus, regis Mithridatis frater, » cujus « mentionem fieri in rebus Tiberii, Caii, Claudii, Neronis » (Tacit. *Ann.* VI, 32, 33, XI, 8, 9, XII, 44, 45, 47; Dion. Cass. LVIII, 26, LX, 8) annotavit Boschius, monuitque, cum illi imperatores ipsi in Parthiam profecti non sint, juniorem quemdam Mithridaten intelligendum esse, ab illo genus ducentem, fortasse regem illum Iberorum, qui una cum aliis regibus a Trajano in fidem acceptus dicitur (Eutrop. VIII, 2). Certe Trajanus intelligi potest imperator ille, quem Amazaspus secutus contra Parthos est. Constat enim et ipsum profectum esse ad bellum Parthicum et sæpe versatum in locis prope Nisibin s. Antiochiam Mygdoniæ, a Seleuco Nicatore conditam (Dion. Cass. LXVI, 26, 30). — Vs. 3. « Κασπίοις παρὰ κλήθροις scripsi pro Κασπίας παρὰ κλῆθρας et vs. 4. Ἴβηρσιν pro Ἴβηρος; hoc quidem etiam Hermannus in litteris ad me datis. » *Mein.* Et nusquam quidem alibi invenitur κλῆθρα s. κλῆθρα pro κλῆθρον s. κλεῖθρον. — Vs. 6. ἐλαιόθηλος deest in *Thesauro.* — Vs. 7. In apographo est ΑΓΗΤΟΡΙ, « dupliciter corruptum, quod in lapide legi vix credibile est, » ait Meineke qui ἀρσιτόλμῳ suspicatur fuisse. — Vs. 10. ΚΑΝΟΖΩΡ subesse ΚΑΙΤΟΞΩΙ conjecit Hauptius, in quo nihil aliud latere credidit Meinekeus. — « Vs. 11 extr. ἱππεύς supplevit Scaliger ad Gruter. p. CCCVII. In fine epigrammatis nonnulla deesse nemo non videt. Hermanni supplementum κάλλει τε μορφῆς καὶ φρενῶν γαληνείῃ Meinekeus protulit; sed plura deesse sponte patet. Exspectatur enim mortis Amazaspi descriptio. » *Franz.* — « At ipse vs. 12 docet hac de re nihil jam exspectandum esse. » *G. K.*

CCLXV. Olim in *Rhenea*, ut epigr. docet ipsum, tum in Museo Veronensi. Subscriptum est anaglypho, in quo mulier sedens, adstante viro, junctis dextris, sub fornice. Edidit Maffeus in *Mus. Veron.* LXI, 5; repetitum est a Jacobs. in *Paralip.* II, p. 805, et Bœckh. *Corp.* n. 2321. Tractavit Herman. *Opusc.* t. V, p. 178. (Cf. Anonym. *Dissert. de Epigr. quibusdam græcis,* Lips. p. 14.) — Vs. 1. Maff. ἡνίκ' ἔπω. — Vs. 2. *id.* Γλυκερήνα, εἶπον Ἐπεσχατίην, Jacobs. correxit ἐπισκοπίην, Herm. ἐπιστατίην et explicat « regnum solis. » Bœckhium sequimur. — Vs. 3. Maff. ΡΗΝΕΙΗΣ, Jacobs. male mutavit in νηλειής, quod retinuere Bœckh. et Hermann. — Vs. 4. mutilatum sic Ἀΐδεω μαρ..... ὑπὸ σκ. restituerunt Bœckh. et Hermannus. — Vs. 5. ut removeatur heptameter omittit Hermannus cum Jacobsio ἐτέων et scribit δύο κεἴκοσι δ' οὖσαν. Bœckh. pro δ' reposuit μ'. — Vs. 6. Maff. ἥματος, Hermann. ἥπατος, « scitote autem: mo hepatis morbus tertiam pereuntem... » Legimus potius αἵματος, tertiam *ex progenie*, ita ut duos liberos jam ante amiserit mater. Conjiciebat Jacobs. τριτάτῃ ἥματος, subaud. ὥρᾳ. — Vs. 7. στυγερὴ hæc dicitur ut afflicta infesto fato

CCLXVI. In domo comitis Guilford., in marmore, quod ubi repertum sit, ignoratur. Edidit Franzius, *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 21, n. 6858. Lapis habet uno in versu ΕΠΙΤΑΦΙΟΝΕΥΤΥΧΟΥ. — Vs. 7. Cf. Julian. *Ægypt.* in *Anthol. pal.* VII, 561: εἰ δὲ νέος τέθνηκεν, ὑπέρτερα νήματα μοίρης μέμφεο.

CCLXVII. *Romæ* ad portam Salariam. Ediderunt Viscontus, *Il sepolcro del fanciullo Quinto Sulpicio Massimo*, Roma 1871, Henzon. *Bullet. arch.* 1871, p. 98 sqq. et G. Kaibel. *Epigr. gr. e lap. conlecta* 618. Anaglypho exsculptus puer togatus sinistra manu volumen tenens. Ad utrumque imaginis latus versus græci, infra titulus latinus et epigrammata græca scripta sunt. — Deis Manibus sacrum. Q. Sulpicio Q. F. Cla(udia) Maximo, domo Roma, vix(it) an(nos) XI, m(enses) V, d(ies) XII. Hic tertio certaminis lustro inter græcos poetas duos et quinquaginta professus favorem quem ob teneram ætatem excitaverat in admirationem ingenio suo perduxit et cum honore discessit. Versus extemporales eo subjecti sunt, ne parent(es) adfectib(us) suis indulsisse videant(ur). Q. Sulpicius Eugramus et Licinia Januaria parent(es) infelicissim(i) f(ilio) piissim(o) fec(erunt) et sib(i) p(osterisque) s(uis).

— « Annus est p. Chr. n. 94, coll. Censorino *De Die nat.* 18: *rursus tamen annus magnus per Capitolinos agonas cœptus est diligentius servari, quarum agonum primus a Domitiano institutus fuit duodecimo ejus et Ser. Cornelii Dolobellæ consulatu* (an. 86); quod certamen cum, teste Suetonio (*Dom.* 4), quinquennale esset tertium lustrum an. 94 conditum

est. » *G. Kaib.* — Lin. 1. χαίριον, ut in epigrammatibus σχέδιον γράμμα, σχέδιον, sunt versus ex tempore dicti, quos poetæ pueri tumulo inscribendos curaverunt. Hanc materiam solitam in rhetorum scholis tractari bene vidit Kaibelius. — Vs. 3. in lapide θῆχες, plebeia forma, quæ lapicidæ an puero tribuenda sit, incertum. — Vs. 7. marmor habet ΑΚΜΑΤΟΙΟ; restituit Viscontus. — Vs. 12. ἐς Δήμητρα i. e. *in terra*. Cf. Ovid. *Metam.* II, 212; ἄμαλλαν conjiciebat Sauppe pro ἄπλατον. — Vs. 13 sq. Cf. Ovid. *ibid.* 285 sqq. — Vs. 19. Kaibelius ϾΟΥ legit, pro ϹΟΥ, ut alii, unde ap. Henzen. σοῦ, ap. Viscont. σύ. — Vs. 20. suspicatur Kaibelius ἀθρήσῃς pro ἀθροίσῃς. — Vs. 40. « Sin vero iterum pœnæ non metuens curam tuam negliges, fulmen meum te equis citius in Tartarum deturbabit. Hæc sententia videtur esse; ipsa verba vix restitui poterunt. » *G. K.* — Vss. 41-43. — « In volumine scripti sunt, quod puer manu tenet, idque litteris multo minoribus valdeque corrosis. » *Id.* — Epigr. *a.* vs. 9. Cf. Kaibelius Callim. ep. 2. edit. Schn.:

αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ᾗσιν ὁ πάντων
ἁρπακτὴρ Ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

CCLXVIII. *Romæ,* nunc in ædibus Vaticanis. Edidit Muratorius, *Thesaur.* p. 1502; inde multi et Dorvillius *ad Charit.* p. 260, cum versione metrica, Brunck. *Anal.* III, p. 105, n. 711, Jacobs. (v. *Animadd.* vol. III, P. II, p. 288), *Append.* n. 287, Franz. *Corp.* 6201, etc.; subscriptum est : Τινηίᾳ Ὑγείᾳ τῇ ἰδίᾳ θρεπτῇ φιλτάτῃ μνήμης χάριν. — Vs. 3 vulg. ἀρχόμενον, correxit Toup., defendit tamen G. Kaibel. (n. 570), quippe cum « non de veris principio agatur, sed de rosæ primo flore. » — Vs. 4. Omnes ἐκτελέσῃ. — Vs. 5. Murat. φίλτατο, Hagenburg. et Kaib. Φίλτατε, quasi puellæ mortuæ appellaretur mater Alexandra, pater Philtatus. — Vs. 7. Dorvill. ηὐχρόοισι, Toup. ἐπὶ χρυσοῖσι πρ. Jacobsii emendationem retinuimus. — Vs. 10. Marmor habet ἥρπασαν ΩΣ ΤΕΡΠΝΗΝ Ναΐδες. Quod de Naiadibus dicitur « spectat ad opinionem veterum, qua credebant formosos formosasque non mori, sed a Nymphis rapi, unde in inscriptione apud Murator., t. II, p. 1231, 3 : hic situs est Ulpius Firmus..... *raptus a Nymphis.* » *Burm.* — Cf. infr. n. 271 Νύμφαι κρηναῖαι κ. τ. λ.

CCLXIX. *Halicarnassi* viderunt Birch. (*Diar. arch.* 1859, p. 56) et Newton. (*Discoveries of Halicarnass.* tab. 97, 64) : sed Co advectum esse perspexit Wilamowitz. Præscriptum est Μελανθίου τοῦ Δημητρίου τοῦ Μελανθίου ἰατροῦ τὸ μνῆμα. — Vs. 1. φιλότεχνε Bergk. *Diar. arch.*; at confer *Corp. inscr. gr.* 1802, πατὴρ φιλότεχνος; nimirum liberi superstites monumentum posuerunt. — Vs. 4. Μερόπων, i. e. Coorum, ut recte interpretatur Wilamowitz. De his omnibus v. G. Kaibel. n. 202.

CCLXXI. *Romæ* in lapide in via Nomentana reperto. Ediderunt multi, post quos Bonada *Anthol.* t. II, p. 307, Brunck. *Anal.* III, 304, n. 709, Jacobs. (vid. *Animad.* vol. III, P. II, p. 285), *Append.* n. 259, Franz. *Corp.* III, p. 931, n. 6293. « Puella bimula in aqua perierat. Respicitur ad Hylæ factum. » — Vs. 4. trimeter iambicus est.

CCLXXII. *Romæ.* Gruter. *Inscriptt.* p. DCC. Brunck. *Anal.* III, p. 309, n. 727, Jacobs. *Anth. Lips.* t. IV, p. 277 (vid. *Animadd.* III, P. II, p. 313) et *Append.* n. 153, Franz. *Corpus* 6273, qui vs. 4. ex marmore dedit ἑπταέτης et γλυκειότερον; Jacobs. γλυκιότερον. — Suoscriptum est titulo græco : « M. Julius Epictetus filiis suis et sibi et Magiæ Nice conjugi. » — Paulinus et ejus soror Hygia J. Epicteti et Magiæ Nices liberi fuisse videntur.

CCLXXIII. *Romæ,* in tabula ornata coronide et circumquaque myrtea corona. Murator. *Thesaur.* p. 1450. Inde multi, Brunck. *Anal.* III, p. 300, n. 696, Jacobs. (v. *Animadd.* vol. III, 2, p. 269) *Append.* n. 337 et Franz. *Corp.* n. 6300. Subscriptum latine est : « Dis Manibus Chelidonis s(acrum). Floria Chelidon vixit annis LXXV. In agro pedes XIV, in fronte pedes XII. Hoc monumentum heredes non sequitur. » — Vs. 2. γρῆυν. Cf. Callimach. *Epigr.* XLV (XLII) : Ἱερέη Δήμητρος... καὶ μετέπειτα Δινδυμήνης ἡ γρῆυς γενόμην. — Vs. 3. ἀστονάχητον « sine gemitu », ut annis satiata. Ἀμαυρῶς, cf. Diotim. epigr. *Anthol. palat.* VI, 267 : Οὐ γὰρ ἀφαυρῶς | ἐκ Διὸς ἰθείης οἶδε τάλαντα Δίκης.

CCLXXIV. *Thessalonicæ.* E. Miller, *Rev. archéol.* t. XII, 1865, II, p. 66 et seq. — Vs. 1. Natus esse creditur Apollo septimo die mensis delphici Bythii (Plut. *Quæst. græc.*, § 9), qui idem est atque Atheniensibus Thargelion, Latinis Aprilis. — Supra scriptum est Νουμήνιος Κοίνου (?) ubi fortasse legendum Κοίντου. *Mill.* Notat Kaibel. n. 518. Κοῖνος pr. nom. apud Macedones haud inusitatum.

CCLXXV. *Smyrnæ.* Anaglypho homo expressus cum serpente arbori circumvoluto. Dedit Bœckh. in *Corp. inscr. gr.* n. 3326, ex schedis Vaticanis et Gallandi. Repetiit G. Kaibelius *Epigr. gr. etc.* n. 239. — Vs. 1. Gall. ΒΡΥΣ, cf. supr. n. 254. Φαρνάκεω στάλαν... vs. 1. Vatic. ὄμβριμος. — Vs. 2. Lapis ΗΛΙΚΟΣ s. ΕΛΙΚΟΣ, fortasse ΑΛΙΚΟΣ, ut dorice scriptum est totum epigr. — Vs. 6. pro matris nomine conjiciebat Bœckh. στεργομένᾳ.

CCLXXVI. *Larymnæ.* « Chalciopuli Locrensis apographum litteris minusculis scriptum C. Wachsmuthi beneficio debeo. » *G. Kaibelius* qui edidit n. 493. — Vs. 2. apogr. ἐμμούσαις, correxit editor.

CCLXXVII. *Neapoli* repertum, nunc in Museo Borbonico asservatum ediderunt multi quos vide ap. Franzium. *C. inscr. gr.* t. III, p. 758, n. 5816. Hic memorare sit satis Jacobsium *Paralip.* II, n. 1, p. 758, (cf. *Animad.* in *Anal.*, t. XIII, part. II, p. 288) et *Anth. Pal.* t. II, p. 791, n. 98, *Append.* n. 98, Boissonad. *Ad Philostr. Her.* p. 294 sq., Welcker. *Mus. Rhen.* a. III, 1845, n. 32, p. 255. — Vs. 3. Respondet Mercurius. Franzius αὐγῆς, sed retinuimus αὔρης, coll. epigr. ap. Capac. in *Hist. Neapol.* l. I, p. 341 : Verna, puer, o mi verna quis, ah! quis *ab aura* te in tenebras rapuit? — Vs. 4. μέσσος δ' ἐστιν... puer repræsentatus erat stare inter parentes. — Vs. 5. Boissonad. unus pro πνεύματα, quod omnes, dedit πλήρεα, nos ex confusis litterarum ductibus παίγνια ἅπαντα. Πνεύματα retinuit Kaibel., quo satis bonus efficitur sensus. — Vs. 6. Omisit Jacobs. τί, quod manifesto in lapide est, et quo absente, claudicat versus, correpta priore vocis τρυγᾶς.

CCLXXVIII. *Romæ* in lapide apud Demetrium Diamillam. Edidit post P. Matrangam (*Bullett. dell. Inst. arch. Rom.* 1849, p. 35, n. 10), Franz. *Corp. inscr. gr.*, t. III, p. 1270. *Addend.* n. 6687 b. Supra scriptum latine est : C. Junius Evandri l(ibertus) Satur(us). « Dominus monumento in memoriam liberti exstructo alloqui viatorem Romanum videtur. Cele-

bratur fides servis habita a Romanis. » *Fr.* — Vs. 1. G. Kaibel. 'Ρώμη καὶ ξε]ίνῳ... ἤ σε μακαίρα. — Vs. 2. id. ἐσθλῶν εἰ]ς. — Vs. 3. id. εἰ φθιμένην, ξένε, πί]στιν... — Vs. 4. id. ἀλλ' οὔπω]...

CCLXXIX. *Catanæ*. Murator. *Nov. Thesaur. inscr.* t. III, p. 1736, 7. Inde Brunck. *Anal.* t. III, p. 301, n. 697, qui in *Lectt. et Emendatt.* p. 294 videas jubet Hagenbuch. *Diatrib. de græcis Thesauri Muratoriani marmoribus etc.*, p. 33, et Dorvillium *ad Chariton.* p. 446. — Adi etiam Jacobs. *Anthol. pal. Append.* n. 367, et *Animdvv.* vol. III, P. II, p. 270. Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 5724. — Vs. 3. Ex Leichio (*Menken. Miscell. Lips.* vol. I, p. 498), dedit Brunck. Λιβάνιος, sine causa, cum manifesto habeat lapis ΑΒΙΑΝΟϹ. Bœckh. τάρχευσ' — Vs. 4. id. τήνδ' quod in lapide est. — « Ipsam defunctam Asianam fuisse utrumque nomen docet. »

CCLXXX. Est apud Murator. t. III, p. 1687, 2, unde cum emendationibus dedit Jacobs. in *Animad.* vol. III, P. II, p. 310, in *Paralip.* (II, p. 797), et in *Append.* n. 268, postremo Franz. in *Corp.* n. 5872. — Repertum fuerat in insula *Capreis.* — Vs. 3. Murat. ΚΙΑΙΩ, corrigebat Jacobs. Βιαίῳ, deinde, ex Kulenkampio βιαίως, retinuit Franz. βιαίῳ. — Vs. 5. ἐν προκ. ταξ. cf. infr. n. 713. 'Ρουφίνου τάφος... — Vs. 3, καὶ προκοπαῖς λάμψας... *Cum in eo jam essem qui promoverer apud dominum.* — Vss. 6-7, sic olim uno vs. legebantur : ἄρτι δὲ καὶ γενειῶντ' · οὐδ' εἴκοσι τέρμ' ἐνιαυτῶν · — ἐκτελέσας; restituit Franzius, quod lapidi optime quadrat, qui habet ΑΡΤΙΔΕΚΑΙΤΟΝΕΩΝ.

CCLXXXI. Spon. *Miscellan.* p. 149, et *Voyage d'Italie,* de *Dalmatie*, etc. t. I, p. 333, (in-12), ubi legis : « Inscription copiée à *Philadelphie.* C'est un monument qu'un certain Aquila avoit dressé à sa femme Xanthippe, qui étoit morte sans avoir eu d'enfants, et âgée seulement de vingt-trois ans. » Inde Brunck. *Anal.* t. III, p. 299, edit. Lips. t IV, p. 265, n. 691, Jacobs. (vid. *Animad.* vol. III, P. II, p. 261), *Append.* n. 262, et Bœckh. *Corp.* n. 3435. — Vs. 1. Spon. μνήμην βίου. In lapide ex Sherardi schedis ΑΚΥΛΑΣ, quod retinuit Bœckhius. — Vs. 2. « βωμῷ *i. e.* cippo funebri in quo libationes et sacra parentalia fiebant. » *Jac.* — V. 3. Spon. παρθένος, male, fortasse παρθένου. — Vs. 4. Bœckh. ex marmore ἔσχεν, quod prius prætulerat Jacobs. Cf. Kaibel. homericum ἡμιτελὴ δόμον (*Il.* B. 701) et Catull. LXVIII, 75 *advenit Protesilæam Laodamia domum inceptam frustra.* — Vs. 5. Spon. βίον, Jacobs. ἐπ' εἰκοσίοις τελ. βιοῦσ' ἐν. Bœckhium secuti sumus.

CCLXXXII. Asservatam Parisiis in Museo Publico Lupar. hunc titulum edidit comes Claracius, *Inscr. du Musée royal du Louvre*, 1832, tab. 60, 481, unde repetiit Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 350 sq. n. 4708. — « Puer Lycopoli oriundus, in insula Pharo defunctus, Abydi sepultus videtur... » — Vs. 3. νήπιος h. l. videtur eo sensu dictum esse quo habes ap. Hom. Il. X, 445. — Vs. 4. Kaibel. ἔκτον δ' ὡροσύνης. — Vs. 5. Abydus urbs fuit olim post Thebas maxima et cultu Osiridis maxime insignis (Strab. XVII, 813 sq.) unde Ὄσειρις 'Αβυδηναῖος. Ad explicationem hujus versus apprime facit Plutarch. *Isid. et Osir.* p. 359 (Didot. *Mor.* p. 439, 10) : Ἔν τε 'Αβύδῳ τοὺς εὐδαίμονας τῶν Αἰγυπτίων καὶ δυνατοὺς μάλιστα θάπτεσθαι φιλοτιμουμένους ὁμοτάφους εἶναι τοῦ σώματος 'Οσίριδος. — Vs. 7. Kaibel. οἷ[κ]ον ἐπε[ῖδεν.

CCLXXXIII. Ex Diario Athen. quod inscribitur 'Ελπίς, 30 august. 1860, rursus editum est hoc epigramma in Νέᾳ Πανδώρᾳ, 1861, 15 mart. p. 599. — Vs. 2. 'Αριστοκράτεια, mulieris nomen jam notum ap. Mnasalcam, *Anthol. pal.* VII, 488, 1 ; item in inscript. Orop. *Corp.* t. I, p. 748, n. 1570 b, 22, 44, et Phthiot. p. 861, n. 1768, 1. 'Εχενίκη, pr. n. nusquam alibi occurrit. — Vs. 3. παντοβαρής *Thesauro* deest. — Vs. 7. in 'Ελπίδ. κτέρμων, absque sensu, emendavit Philetas. — Vs. 8, idem pro Ἤπειρον restituit Ἤπειρος. Notandum est Cassopam urbem esse Molossorum quorum regio Phthiotidi contigua est, cui retulit Bœckhius inscriptionem Aristocratiæ nomen habentem.

CCLXXXIV. *Neapoli.* Litteris pictis ad cursivam quam dicunt formam proxime accedentibus, supra scriptum est Λευκία Εὔφρονος. Εὔφρων 'Ηρακλείδου. Euphron Heraclidæ filius erat phratriæ neapolitanæ Eunostidarum. Vid. Ignarram *De Phratriis*, 1797. Edid. Franzius, *Corp.* n. 5818.

CCLXXXV. Ex St. A. Cumanud. 'Αττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 400, n. 3510. — Vs. 1. G. Kaibel. confert Theocr. XI, 10, ἄρτι γενειάσδων.

CCLXXXVI. *Argis.* Bœckh. *Corp. inscr. græc.* n. 1152, Foucart. *Inscrr. gr. et lat. recueill.*, etc. Part. II, n. 132, ex Lebasii apographo. — Vs. 8. Hypsistus, pr. nom. cujus non aliud extat exemplum, sed notum est nomen 'Υψίων, Plut. *Arist.* XI, et in inscriptione ap. Bœckh. n. 2907, 2. — Vs. 9. 'Απολλόνιος pro 'Απολλώνιος, metri causa. — Vs. 10. lapis νούσσοις. — Vs. 11. ἄνακτος : ἄναξ est hîc pater domus, familias dominus. — Vs. 12. δασαμένη, *sortita*, gallice, *ayant encore cela* (le respect du maître) *en partage.* — Vs. 14. χρυσοπαγής *Thesauro* deest, ubi tamen habes χαλκοπαγής ex Antipatr. Sid. epigr. *Anthol. pal.* VI, 46. — Versibus subscriptum Μανία Τίτου Σμύρνα, χρηστή, χαῖρε. Ceterum vide G. Kaibelii n. 465 notas et supplementa.

CCLXXXVII. *Romæ*, in ædibus Vaticanis. Eos qui ediderunt vid. apud Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 6252. — Vs. 2. Melius scripsisset auctor μνημοσύνης ἔνεκεν. — Vs. 4. Nota ἔτεα pro dactylo positum, ut in epigr. apud Pausan. X, VII, 3 : Ἕλλησιν δ' ᾄδων μέλεα καὶ ἐλέγους.

CCLXXXVIII. In vicinia *Romæ*. Edidit Mastranga ap. Diamillam, *Mem. Numism.* fasc. II, 1847, p. 55. n. 1 ; unde repetiit Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 1266, *Addend.* n. 6250 *b.* Μάγνης ad quem pertinet titulus nomen habuisse videtur a patria Magnesia ad Sipylum. « Manthiam planitiem non novimus, sed in Italia sitam fuisse probabile est. » *G. K.* Suprascriptum est εὐτυχεῖτε, et infra, εὐπλοεῖτε, quod notatione dignum est.

CCLXXXIX. *Romæ.* Inter multos qui edidere post Sponium (*Miscell. Erud. antiq.* p. 369) sunt Brunck. *Anal.* III, p. 306, n. 715, Jacobs. (vid. *Animadd.* vol. III, P. II, p. 293), *Append.* n. 310, et Franz. *Corp.* n. 6276. — Nunc marmor est Visontione in Museo publico, unde mihi perofficiose misit apographa duo accuratissime facta v. doct. P. Lemonnier in Visontino lyceo histor. professor. — Vs. 1. Nunc in marmore superest tantum ΠΙΛΙΗΣ. — Vs. 3. ΟΥΦΗΤΟΙ, bene restituit Spon. Κούφη τοι.. — Vs. 5. Evanidæ sunt tres ultimæ litteræ verbi τύμβῳ. — Vs. 6. Ovidius quoque dixit *libare lacrimas*. Comp.

Reinesius (*Append. inscr.* p. 1030), *Anthol. lat.* epigr. LXVII, t. II, p. 49 :

Et quicunque tuis humor labetur ocellis,
protinus inde meos defluat in cineres.

Sed potius conf. Hor. *Od.* II, 6, 22; ibi tu calentem Debita sparges lacrima favillam Vatis amici. — Vs. 7. Lapis : Ποπιλίην, quod retinet Franz. monens produci primam syllabam duplicando altero Π, in pronuntiatione, quod sæpe fit in scriptura, ex. gr. *reppuli*, etc.

CCXC. *Argis* in muro ecclesiæ D. Basilii, ex schedis Fourmonti. « Epigramma non inelegans in mulierem quæ prægnans vel inter partum obierat. » *Bœckh.* qui edidit in *Corp.* n. 1156. — Vs. 4. in lapide est ΛΑΒ ΨΑΙΔΗΣ. — Duo primos versus sic restituit G. Kaibelius :

Κούφη γαῖα κέχευθε τριακοστῷ λυκάβαντι
ὠμὸν ἔτ' ὠδίνων φόρτον ἀειρομένη.

quod melius in lapide apparet ..ƆΥΦΙ.ΛΙΑ ΚΕΚ..CΕΤΡΙ....

CCXCI. In lapide *Cumis* reperto, qui nunc asservatur Puteolis, aut, monente Kaibelio, Neapoli in museo. Edidit Welckerus, *Mus. Rhen.* a. III, 1845, p. 258, n. 35; inde Franzius. 5860 b. Supra scriptum est Θειναμάξη ἀδελφῷ, Ἀθηνίων ἀνεψίῳ, Κεδνίῳ Νικαίου μνήμης χάριν. Pro ἀνεψίῳ cum in lapide videret ΑΝΟΠΤ., scripsit Welckerus Ἀνόπτου. Atheniomem credidit esse Thinamaxæ maritum.

CCXCII. *Tanagræ*. G. Kaibelius *Hermæ* VIII, 425, inde in *Epigr. gr. e lapid. conl.* n. 496, suo et Roberti apographo usus. — Vs. 6. Wilamowitz. τοῖς ἀγαθοῖσι θεός.

CCXCIII. *Romæ*. Franzius in *Corp.* 6299; G. Kaibel. op. cit. n. 622. Sub hexasticho legitur latinus hic titulus : D. M. M. Vlpio Augg. lib. Charitoni Ulpia Charitine fratri dulcissimo, qui vixit annis XXXV, dieb(us) XVIII, et P. Ælius Augg. lib. Africanus cognato e. q. s. Subscriptis ætas indicatur. — Vs. 6. Nota in ἐπίκειμαι (quasi ἐπίκιμε), ultimam correptam.

CCXCIV. *Romæ*. Welcker. *Syllog.* n. 102; inde G. Kaibel. op. cit. n. 626. — Vs. 1. Welcker. Χρῆμα τὸ Πανθείας. Cf. supr. n. 224. Τὴν τρίβον ὃς παράγεις, et *Anth. lat.* IV, epp. cccc et cccci : Longo ac fido amore probatus domino, etc.

CCXCV. *Syracusis*. Ex Spuchesii libro *Epigrafi inedite etc.* Panorm. 1865, Ritschl. *Opusc. philol.* I, 781 et G. Kaibel. op. cit. n. 628. Spuchesii sunt supplementa. Dubitabat hic an integrum sit epigramma. — Cf. in *Anthol. lat.* IV, ccccvi, Lusciniæ epitaphium, et næniam funebrem huic disticho præmissam, quam ex Gudii schedis dedit Burmannus.

CCXCVI. *Romæ*, in porticu S. Laurentii extra urbem. G. Kaibelio, qui edidit *ibid.* n. 631, videtur ineditum.

CCXCVII. « *Romæ*, in museo Kircheriano. Anaglypho viri protome. Videtur ineditum. » *G. Kaib.* n. 632.

CCXCVIII. Prope *Tusculum*. Edidit Franzius in *Corp. inscr. gr.* n. 6217; inde G. Kaibel. op. cit. n. 633. Apogr ΔΥCCΟΡΟC vel ΔΥCωΡΟC. Franzius δύσμορος. « Videtur Bassus in arena ab adversario interfectus esse, cujus nomen arti bene convenit, *qui difficile sustinetur.* » G. K.

CCXCIX. *Romæ*. Est in *Corp. inscr. gr.* 6216 et in *Epigr. gr. etc.* n. 635, G. Kaibelii.

CCC. *Romæ*. Edidit Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 6229. Litteris majusculis latinis, sex quidem lineis, scriptus est titulus sic :

Euresin enthade ge cathechi thanatœo lachusa[n].
metera ten eutecnon; eudemones parhoditæ.

Vs. 2. G. Kaibel, op. cit. n. 636, intelligit εὐδαίμονες παροδῖται, *felices qui vivunt*, quasi *qui vitæ iter faciunt.*

CCCI. Inter marmora *Ariciæ Romæque* effossa, post in Majorcam insulam ab legato Hispano transvecta. Edidit v. cl. Longpérier, *Rev. archéol.* 1849, I, 40, Welcker. *Mus. Rhen.* VII, 617, n. 8, G. Kaibel. op. cit. 637.

CCCII. *Thespiis*. Conzeus *Annal. Instit.* 1861, p. 88, cujus omnia fere sunt supplementa; inde G. Kaibel. 497. — Vss. 2 et 8. Καλλιτύχη pr. mulieris nom. jam notum ap. Aristid. Ἱερῶν α', t. I, edit. G. Dindorf, p. 456, et Ἱερῶν ε' *ib.* p. 540. — Vs. 5. lapis ΕΛΠΙΔΕΣ.

CCCIII. *Tomis*. Edidit v. cl. Desjardins *Ann. Inst.* 1868, p. 91 : deinde ex Sprattii apographo Babington. *Transactions of the Royal Society*, X, new series p. 18; denuo a Weickio descriptum ed. Christ. *Act. acad. Monac. min.* 1875; et postremo repetiit G. Kaibel, op. cit. n. 537. — Vs. 1. Spratt. Ὅσ]τις... ἐξερεείνει. — Vs. 3. Lapis ex Weickio ΙΑΝΥC... ΟΟCΑΔЄ; unde Spratt. μάνυσον τοσάδε. — Vs. 5. Desjard. ΤΟΜЄ, Weick. ΤΟΜΗ, Spratt. Τόμοιο. Τόμος heros est Tomorum eponymus, cujus caput laureatum in numis Tomitanis exhibetur cum inscriptione Τόμου ἥρωος, vel Τόμου κτίστου. V. Eckhel. *De Doctr. numm.*, vol. II, p. 18 sq.; Mionnet, *Descr.*, vol. I, p. 361 sq.; *Suppl.*, vol. II, p. 183 sq.

CCCIV. *Lipara* in insula. Ex apographo a Salina misso editum est in *Diar. archæol.* 1865, p. 140; inde Ritschl. *Opusc. philol.* I, 779, 841, et G. Kaibel. in op. cit. n. 640. — Vs. 3. ἐξετι (ЄΞЄΤΙ), correxit Ritschl., qui vs. 5. cum Camarda Πανελεύθερος scribere voluit, sine causa. — ἐκβιοῦν verbum *Thesaurus* (edit. Didot) non habet nisi ex Eustathio. — Vs. 6. Confert Kaibelius poetam in Crameri *Anecdotis Paris.* IV, 322 (v. infr. n. 751) :

ἀπῆλθεν εὐθὺς ὁ γλυκὺς Κωνσταντῖνος,
ἰδεῖν τὰ πικρὰ μὴ θελήσας τοῦ βίου.

CCCV. *Mantineæ*. Ex apogr. suo, v. cl. Foucart *Inscriptt. rec., etc.*, p. II, n. 352 *q.* — Vs. 6. ut laudem sibi memorat Primus se fortem strenuumque fuisse in conviviis, civibus suis simillimum. Arcades enim hoc sibi gloriabantur, namque haud immerito hoc ad omnes regionis incolas pertinere credideris, quod Harmodius Lepreates de Phigalensibus scripsit. Descriptis nempe conviviis quæ vocabantur μαζῶνες, ἐνόμιζον, inquit,... τοῖς ἐσθίουσι τῶν νέων ἀνδρικώτερον ζωμόν τ' ἐγχεῖν πλείω καὶ μάζας καὶ ἄρτους παραβάλλειν. Γενναῖος γὰρ ὁ τοιοῦτος ἐκρίνετο καὶ ἀνδρώδης ὑπάρχειν· θαυμαστὸν γὰρ ἦν καὶ περιβόητον παρ' αὐτοῖς ἡ πολυφαγία (*Fragm. hist. gr.*,

t. IV, p. 411, Bibl. Didot). *Fouc.* — Vs. 7-8. Cf. Sardanapali epitaphium, *Anthol. pal.* Didot XVI, 27, VII, 325, 326, et supr. in hacce nostra Sylloge nn. 130, 131 εὖ οεδαὼς ὅτι., — εὖ εἰδὼς ὅτι. — Cf. etiam celeberrimam inscriptionem in hypogeo quodam romano pictam : « *Manduca, vibe* (bibe), *lude et veni ad me; quum vibes* (vivis) *benefac, hoc tecum feres.* »

CCCVI. E Matrang. *Anecd. gr.* t. I. p. 37, Piccol. *Suppl. à l'Anth.* p. 203. Ignotum adhuc propr. nom. Σπενδοφόρος.

CCCVII. *Spartæ*, juxta theatrum, ex Fourmonti schedis, et ex apographo Bekkeri edidit Jacobs. in Wolfii *Analect. litt.* fasc. I, p. 99, et in *Anthol. pal.* t. III, p. 967. Ex illis translatum est epigr. in 'Ερμῆν λόγιον, 1817, p. 105, in *Corp. inscr. gr.* Bœckh. n. 1488 et in op. G. Kaibel. 474. — Vs. 6. Eruditionem bene nato adolescenti dedit Musa, quam negaverat eidem invidus Orcus, auferens eum priusquam eruditior fieret. Litteræ ЄCΩ.

CCCVIII. Marmor Elgin. Viscont. n. 54 *Synops. Mus. Brit.* n. 153. Ex Visconto Jacobs. *Anthol. palat.* t. III. p. 970, et inde Bœckh. n. 765 Cumanudes 'Αττικῆς ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. n. 1148, et G. Kaibel. n. 152. Ex ipso marmore nuperrime denuo dedit Newton *Anc. Gr. inscr. Brit. Mus.* n. XCIII. Supra versus scriptum est Πο. [Αἴ]λιος Φαῖδρος Σουνιεύς, υἱὸς τοῦ ἐξ εὐπατριδῶν ἐξηγητοῦ καὶ ἱερονίκου καὶ ξυστάρχου Αἰλίου Θεοφίλου τοῦ Πι]στοτ]έλους Σουνιέως καὶ Κεκροπίας τῆς 'Αθηνίωνος Φαλαρέως τοῦ διὰ βίου περιηγητοῦ θυγατρός. De qua tituli parte Bœckh. : « Hoc est πατρίων νομίμων, ait, ἐξηγητής quatenus ea exegesis pertinebat ad eupatridas. Nempe eupatridis competebat exegesis institutorum de cædis ultione et suppliciis piandis. » — Vs. 5. Supplebat Bœckh. παρ τούτων. — Vs. 9. « Difficultas inventa est in ὥστε, quam diremi scribendo ὥς τε : *et quam maxime ego eruditioni et sapientiæ operam dedi.* » — Vs. 14. Λευκίας, Luciæ. — Vs. 15, lapis habet τέκομεν.

CCCIX-CCCXI. In Thaso insula reperta edidit Conzeus in *Itin. insular. maris Thrac.* p. 19 sqq. Inde G. Kaibel. in op. cit. 208. « Primum epigr. ad Antiphontem, reliqua duo ad Eurymedem duobus post fratrem mensibus mortuum pertinent, ejusdem omnia poetæ. » *G. K.*

CCCXII. *Pataræ*. Ediderunt post multos Welcker. Osann., etc., quos omnes indicatos reperies apud Bœckh.-Franz. *C. inscr. gr.* t. III, p. 153, n. 4286, ubi etiam editur titulus. — Vs. 3. « Dionysius Sardianus est. » *G. K.* Deinde marmor habet ΑΥΤΟΙϹ, pro quo tamen fere omnibus scribere placuit ἀστοῖς. At ἐν αὐτοῖς designantur Patari, apud quos Dionysius se, quamquam in aliena terra, laudem adeptum esse memorat.

CCCXIII. Olim *Athenis*, ubi transcripsit Mustoxides. Welckerus *Spicil. Epigramm.* II, p. 19. Postea transcripsit Müllerus in ædibus Guilfordi comitis. Dedit et Bœckh. in *Corp.* n. 1003 et inde Kaibel. 143. Nuper repetiit V. Cl. Cumanudes, 'Αττ. ἐπιγ. ἐπιτ. p. 344, n. 2923. « Pro Αὐρηλία reponere possis etiam Αἰλία. » *Bchk.* Lapis habet, nulla notata lacuna ΛΙΑΖΜΥΝΑ. — Vs. 1. in lapide... ΡΝΗϹ. — Vs. 4... ΕΞΑϹΤΗΙΛΥΡΡΗ, unde optime Kaibel ἐξαέτ[ιν].

CCCXIV. *Athenis*. St. A. Cumanudes, 'Αττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 400, n. 3507 b. — « Indicia videntur Hadrianei temporis. » *G. Kaib.* n. 134. — Vs. 2. Quadratarii errore lapis habet δεκάδες. — In cippo inscriptum in quo vir aquilæ alis instructus.

CCCXV. In domo comitis de Guilford, in marmore sepulcrali. Ex Odofr. Mülleri schedis Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 6863. Repetiit v. cl. St. A. Cumanudes, 'Αττ. ἐπιγ. ἐπιτύμβ. p. 398, n. 3503, et inde G. Kaibel. n. 137.

CCCXVI. « In tabula marmorea *Athenis* de portata in domum comitis Guilfordi. Ex schedis Demetrii Schina Walpol. *Travels* p. 561, n. 28... Dein tractavit Welckerus *Spicil. epigr.* II, p. 24. Aliud apographum fecit Müllerus in ædibus Guilfordianis. Ex his nostrum compositum est. » Hæc Bœckhius qui hoc epigramma *Corp. inscr.* t. I, n. 936 inseruit, unde in 'Αττ. ἐπιγ. ἐπιτύμβ. St. Cumanudis p. 350, n. 2987 manavit. — Vs. 5. « Correxi ναὶ μὴν ex epigrammate Trœzenio n. 1187, vs. 3, ubi ναὶ μὴν καὶ... Marmor habet ΚΑΙΗΕΝ. » *Bckh.* — Vs. 8. μειλιχίοις, pertinet ad θεοῖς. — Vss. 9-10. Εὐμόλποιο debetur Blomfieldo, ut et τεύξαντες et ὤπασαν. — Εἰρεσιώνη describitur in scholiis Aristoph. *Plut.* 1055 : Εἰρεσιώνη δὲ θαλλὸς ἐλαίας ἢ δάφνης, ἐξ ἐρίων καὶ θαλλοῦ συμπεπλεγμένος, ἔχων ἄρτον ἐξηρτημένον καὶ κοτύλην (ἔστι δὲ μέτρον, ὁ νῦν καλοῦμεν ἡμίξεστον) καὶ σῦκα καὶ πάντα τὰ ἀγαθά. Cf. Eupol. (Ed. Didot) fr. 19. Timocl. Comic. fr. inc. 5 (Edit. Didot), Clem. Alex. *Stromat.* IV, p. 476 ; Suidas, v. εἰρεσιώνη. — Vs. 11. De simili re dicitur, quam Dionysiaci thiasotæ perfecerint ; in eorum societatem Thesmophanem introductum esse non male conjecit Walpol. collato loco Isæi *De Astyphili hered.* p. 248. — Blomf. conjiciebat στέμμα δὲ κὰκ μύρτοιο. — Vss. 13 et 14. idem supplevit : καλὸν ἐκεῖ βίοτον λαμπρόν τ' ἔχω, ὡς κ. τ. λ. παῖδα νέον θνήσκειν, ὃν κ. τ. λ. vel παῖδας ἵμεν κατὰ γᾶς, οὓς κ. τ. λ. « Notissimus est versiculus Menandreus » *G. K.* : ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος. — Vs. 16. Paulo obscurior ; ut habetur, sensus hic est : « Quapropter, cum ego diis dilectus sim, tu quoque, qui bonus sis, mihi aliquando apparebis : noli igitur mœrore confici. »

CCCXVII. *Athenis*. Ex Fourmontianis schedis, edidere Welcker. *Spicil. epigr.* I, 3, inde Bœckh. *Corp.* n. 997, et nuper St. A. Cumanudes in 'Αττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 375. n. 3269, et Kaibel. 162. « Epitaphium pueri qui in monte periisse videtur quasi a Nymphis montanis raptus, in quarum vicinia sepultus est. » Hæc Bœckh., qui titulum restituit. — Vs. 1. Kaibel sic : ..... βίοτον] φ. ὦλ. Πρ. — Vs. 2. ἡνίκ' restitutio Welckeri. — Vs. 3, in lapide ЄΡЄΙΑϹΙΝ. « 'Ορειάσιν dedi quo deducunt Nymphæ vs. 5. » *Bckh.* Jacobs. 'Ερει[νύ]σιν. — Vs. 6. Marmor habet ΠΑϹΙΝΑΓΓЄΛЄЄΙΝЄΠΑΡΟ. ЄϹϹΟΝЄΝΟΙϹΤ.

CCCXVIII. Ex Philostr. *Sophist. Vit.* II, 1, 37. Herodis Attici in Panathenaico stadio sepulti epitaphium « βραχὺ καὶ πολύ. » *Philostr.* — Repetiit Brunck. *Anal.* III, 273, et post eum Jacobs. *Append.* 133, cujus vid. *Animadv.* t. III, part. 2, p. 188. Hoc lemma exhibet : « Epigramma Herodis Attici, Marathone sepulti, tumulo insculptum. »

CCCXIX. Olim *Athenis* in domo, in basi ; nunc in Britannia, in ædibus comitis Guilford. — Edidit

Chandler. *Inscriptt.* II, 60, p. 67, unde Brunck. *Anal.* t. III, p. 315, n. 751, Jacobs. (*Animadvv.* vol. III, P. II, p. 337), *Append.* n. 351, Bœckh. *Corp.* n. 425, et Kaibel. n. 963. Post versus titulus habet: Ἐπὶ ἄρχοντος Τίτ. Αὐρ. Φιλήμονος Φιλάδου, κοσμητεύοντος Στατίου Σεραπίωνος Χολλείδου. Τῷ κατὰ πάντων Γαίῳ τῷ πύκτῃ. — « Archon idem qui στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα. n. 191, unde ætas tituli cognoscitur, M. Aurelio et L. Vero imperantibus. Hujus filius videtur Philotimus hic ephebus esse, cujus imaginem dedicavit Symphorus. — Ὁ κατὰ πάντων est, opinor, qui adversus omnes cum successu decertavit : cf. διὰ πάντων et ἐκ πάντων (s. ad n. 232). » *Bckh.*

CCCXX. Olim *Venetiis*, nunc *Mutinæ* in museo Estensi. Ediderunt inter plures Maffeius *Mus. Veron.* p. 375, et inde Brunck. *Lectt.* p. 303, edit. Lips. t. IV, p. 267, n. 695b, et Jacobs. *Anthol. pal. Append.* n. 189, Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 6864, Kaibel. n. 669. Nomina subjecta Πατροβᾶς et Παπᾶς propinquorum esse credideris; quorum unum forsitan est ejus qui cum Threpto commune sepulcrum habebat; namque in ædicula in qua insculptum est hoc distichon, repræsentantur duæ figuræ viriles imberbes palliatæ; alterum Παπᾶς (in lapide ΠΑΤΑϹ) patris nomen esse potest. Ceterum Πατροβᾶς nomen jam notum est ut cujusdam Christi discipuli, in *Chronic. Pasch.* p. 213, D.

CCCXXI *Spartæ*. St. A. Cumanudes, Ἀθηναίῳ 1874, p. 484; inde G. Kaibel. *Epigr. gr. e lap. conlect.* p. XIII, qui « Ætatis inferioris, ait, esse dicitur Threpti tibicinis epitaphium; imperatores intelligere licet M. Aurelium et L. Verum (vs. 2). » — Vs. 2. Dubitat editor quo sensu dicantur νοεροὶ βασιλεῖς, addit tamen quod satis verisimile videtur, ἴσως κεῖται τὸ νοεροὶ ἀντὶ τοῦ νοήμονες, νουνεχεῖς, συνετοί, πεπαιδευμένοι. — Vs. 3. Θυμέλαι εὐστέφανοι sunt, nostra quidem sententia, « ex quibus pulcræ reportantur coronæ. » Cf. eumdem fere sensum in epigr. Simmiæ (*Anthol. pal.* VII, 21):

Πολλάκις ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς
Βλαισὸς Ἀχαρνίτης κισσὸς ἔρεψε κόμην.

— 5. « Melius scripsisset οὐδ' ἔτι τέκνα; ceteroqui enim haud inscite factum epigramma. » Vss. 5-6, desunt lexicis vocabula φιλοσύγγαμον et ὑπαίδιον.

CCCXXII. In via quæ *Neapoli* Nolam ducit. Spon. *Miscell. erud. ant.* p. 143, n. 11, ex Capac. *Hist. Neapol.*; postea Jacobs. *Paralip.* II, p. 820, n. 69, Franz. *Corp.* n. 5821, Kaibel. n. 592. Epigr. græco latine præscriptum est : D. Servili D. L. Apolloni Medici Servilia D. L. Ambrosia fecit patrono suo et sibi et suis. — Vs. 3. Franzius et Kaibelius ex lapide ΔΕΚΜΟΣ. — Vs. 4. bene vidit Kaibelius ὡς ἔλεγον significare, *ut dicebam, ut prædixeram,* et paulo audacius subjecit : « Studebat igitur Servilius non solum medicæ arti sed etiam astrologiæ. »

CCCXXIII. *Nicomediæ*. Litteræ vulgares. Pocock. *Inscr. antiq.* P. I, c. 2, s. 13, p. 31, his præmissis verbis : « Epigraphen insignem sandapilæ ad fontem incisam, quatuor lineis descriptam perdidi, sed hanc primam memoria habui. » Rursus editum in *Corp. Inscr. gr.* n. 3790. — Cf. Hom. *Iliad.* Ω, extr.

CCCXXIV In lamina ærea quæ statuæ suffixa erat, apud Victorium Gangadi reperta *Corcyræ*. Mystoxid. *Illustr. Corcyr.* t. II, p. 107; tractavit Welcker. *Syll. epigr.* edit. alt. p. 35. Dedit Bœckh. n. 1897 ex Köhlerianis schedis, et inde Kaibel. n. 884. — Vs. 1. Welcker. jungit ἶσον cum τιμᾷ τοκέεσσιν, id est *par honore parentibus,* et confert *Iliad.* Θ, 439 : Ἶσα φίλοισι τοκεῦσιν ἐτίομεν ἐν μεγάροισι. — Vs. 2. Θευγένη accusativum censet esse Bœckh. et auctorem dixisse ὀπάζειν τινά τι, fortasse male intellecto Homerico *Iliad.* Ξ, 491 : Τόν ῥα μάλιστα Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει καὶ κτῆσιν ὄπασσεν. Nos autem legendum putamus Θευγένει, utpote ubi in H perperam mutari potest, ut sæpe, EI. — Vs. 6. Vertit Bœckh. : « Qui ne mortui quidem oblivionem *tulisset;* quanquam negari non potest, ait, auctorem præstitisse verbum quod significet *tulerit* vel *ferat.* » Sed vitium potius quærendum in illo ὅς κε, pro quo melius dicebatur ὅς τε vel ὅς γε. Doct. vir quidam Lipsianus in *Dissert. de epigramm. quibusdam,* p. 11, conjiciebat ὅττι.

CCCXXV. « Cippus atticus, cujus titulum in museo Britannico descripsit Welckerus edid itque *Mus. Rh.* VI, 82. » G. Kaibel. *Epigr. gr. e lap. conl.* p. 38, n. 111.

CCCXXVI. *Neapoli*. Edidit Ignarra *De Phratriis*, p. 209 cum lat. interpr., unde repetiit Welcker. *Epigr. Spicil.* II, p. 21, n. 46 et *Syllog. epigr.* edit. II, p. 77, n. 53. Exinde Franzius *Corp.* 5820, et Kaibel. 563. — Vs. Τριναχρίη γαίη dedimus ex Ignarra. quamquam Minervinus (*Bullet. archeol. Napol.* a. II, 1844, p. 43 sq.) ΤΡΕΙΝΑΚΡΙΑΓΑΙΑ esse in marmore notavit. Sub inscript. gr. additum latine *Cornelianus scriba conjugi incomparabili contra votum.*

CCCXXVII. « *Ægina* in insula. In herma anaglypho expressi stant vir vestitus et puer nudus strigilem et discum manibus tenens. Ex Stephanii *Parergis arch.* (IX), Keil, *Philol.* VIII, 174. » G. Kaibel. op. laud. p. 38, n. 112.

CCCXXVIII. *Athenis*. Æri incisum præbet Stuartus, *Antt. Att.* vol. I, p. 52. Exstat quoque in schedis Fourmonti. Tractavit Welckerus, *Spicil. epigr.* I, 1. Edidit Bœckh. *Corp.* n. 939, deinde v. cl. St. A. Cumanudes in Ἀττ. ἐπιγ. ἐπιτύμβ. p. 398, n. 3501, et Kaibel. n. 121. « Servulæ epitaphium est a gratis dominis scriptum. Δμωὶς sitne proprium nomen an appellativum, nescio. » *Bckh.* « Credo utrumque. » *G. K.* — Vs. 2. fortasse legendum θρεψαμένη, *quos aluit.*

CCCXXIX. *Pydnæ* (Kitro), in ara sepulcrali. Leakius *Itin. Gr. septentr.* t. III, tab. XXXIII, n. 157, dehinc Bœckh. *Corp.* 1957 b, *Addenda.* — Vs. 3. « Heracleam intellige vicinam. » *Bckh.*

CCCXXX. In subterraneis musei Britannici in tabula rotunda, ex schedis Mülleri editum est in *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 21, n. 6859, unde in *Epigr. gr. etc.* G. Kaibel. 665. — Vs. 1. Νυκτέλιος tantum adhuc inter Bacchi cognomina notum, cui *noctu* sacra fierent. « C'est également aux ténèbres du monde inférieur que l'on finit par rapporter l'épithète de Nyctelios, qui avait d'abord trait aux fêtes nocturnes. » Fr. Lenormant, *Dict. des Antiq. gr. et rom.* IV fascic. p. 633 a.

CCCXXXI. Olim *Athenis*, in ecclesia D. Philippi, in columna. Edid. Stuartus *Antiq. Attic.* vol. I, p. 1 (Cf. p. X); nunc in Britannia in ædibus Guilfordianis. — Repetiit Bœckh. *Corp. inscr. gr.* n. 1026 et inde Cumanudes, Ἀττ'. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 398, n. 3502.

CCCXXXII-CCCXXXIII. *Corcyræ,* in museo Prossalendi. Bœckh. *Corp. Addend.* n. 1907 b, unde G. Kaibel. 261, cujus vide notas. « Pars prior est epitaphium mulieris cum gnato vel gnata sepultæ : nomina probabile est in alia sepulcri parte scripta fuisse. » — *a* Vs. 13. lapis habet ΤΕΚΝΟΣ ΝΔΕΧΕ.... ; emendavit Bœckh. δεκέτηρον, et in notis ἐνδεκέτηρον, quod recepimus. Notandæ sane sunt in hoc epigrammate quatuor aut quinque ejusdem sententiæ explicandæ varii modi, quales ludere solent scholastici poetæ, ceu, exempli causa, in Pompeiorum Ciceronisve tumulum *(Anthol. lat.* II, 26-34, 158-169) sive *De Solis ortu* (V, 2-13), *De Iride* (17-28), *De quatuor anni tempestatibus* (52-63), etc., nisi quod ejusdem poetæ hic in rem eamdem lusus est. « Secundum epigr. Evodus qui ante uxorem sepulcro illatus fuerat, accinit legentibus, idque magnopere abludens a pietate prioris et plane Epicureum. » *Bckh.* — Vs. 2. corruptissimum perperam, ut nobis quidem videtur, restituit Bœckh : τῇ ψυχῇ μετάδος καλῶν ὁ τεχθείς; nihil fere erat mutandum, et legimus quod scripturæ proximum est, sensu non repugnante.

CCCXXXIV. In insula *Paro.* Exscripsit Cyriacus Anconitanus, atque ex codic. Riccardiano (Florent. n. 996) v. d. Riemann. Hanc inscriptionem a v. cl. E. Eggero transmissam habeo, qui pluribus locis eam emendavit. — Vs. 1. Riemann. exhibuit : μέγαρον Μάρκου ἀειμάρου δὲ... Conjiciebat Egger. μεγάρων [ἄπο] Μάρκος, reliquo versu non tractato. Μεγάρα scripsi ut sit mulieris nomen ad quod referatur φθαμένη. — Vs. 2. In apogr. Cyriac. πῶμα φίλον; Egger. : σῶμα φίλον, bene, φθαμένη retinui quod mutari voluit in φαμένη, non tamen sine dubitationis signo. — Vs. 5. in apogr. δηχθὺς; Egg. δεικνὺς ut ἀποδεικνύς; scripsi δόμους δ' ἔκδυσ' ελ... ἐξέδυσε, *exuit.* — Vs. 8. pro τῆς dedit Egg. τίς, optime. — Vs. 9. ανμιδητω correxit Egger. ἀναντλήτῳ, nos ἀμειδήτῳ, ut est in Theodoridæ epigr. *Anth. pal.* Didot. VII, 439, 4, de Orco : ἀνὴρ — οἷός ἀμειδήτῳ κεῖται ἕλωρ Ἀΐδῃ.

CCCXXXV. *Antiochiæ ad Daphnen* (Antakijeh). Pocock. *Inscr. ant.* c. I, p. 214, Brunck. *Anal.* t. III, p. 295, Jacobs. (v. *Animad.* vol. III, P. II, p. 248), *Append.* n. 260, Bckh.-Franz. *Corp.* n. 4466. — Vs. 5 : ΜΟΥΝΟΕΣΤΙ, unde melius μουνοέτη δὲ, G. Kaibel. μουνοέτι[ν δέ.

CCCXXXVI. *Fori-Julii.* Alexander, *Revue archéologique.* t. III, p. 371 ; cum versione gallica et comment. — Epigrammati græco latine præscriptum est : C. Vibio Liguri Maxsuma mater fecit. — Vs. 2. κλίματι hic dicitur, interprete v. cl. Millero, astrologico sensu (v. *Rev. arch.* t. IV, p. 10, 18.)

CCCXXXVII. Posterius distichon edidit Gruterus, p. DCLXXVI, 6, quod emendatius est apud Donium, p. 263 ; deinde P. Burmann. *Anthol. lat.* IV, p. 57 in not., denique Franzius, *Corp. inscr. gr.* n. 6227 (Cf. nn. 6205 et 6257), unde Kaibel. 576-578. De sensu Jacobs. comparat Crinagoræ epigr. *Anth. pal.* ed. Didot, c. VII p. 397, n. 643 vss. 3-4. — Suprascriptum est latine : D. M. S. (Diis Manibus Sacrum) *Ti. Claudia Eugenetis vixit annos XI, dies X. Ti. Claudius Anicetus pater fecit;* et græce : Μενεκράτης Ἀπολλωνίου υἱὸς ἐτῶν δ', μηνῶν δ'. Τατίας Βακχυλίδος δωρησαμένης τόπον Ἀπολλωνίῳ Ἀττάλου τῷ πατρὶ αὐτοῦ. — Vs. 3. Jacobs. ἐχθρῶς pro ἄρνω. — Vs. 4. Cf. Hor. *ad Pison.* v. 63 : Debemur morti nos nostraque. — Sic translatum est non infeliciter ap. Burmann. l. c. « Quid properas ? tibi non debita turba sumus ? »

CCCXXXVIII. *Apameæ Bithynorum.* Pocock. in *Inscriptt. antiq.* p. 30, unde Jacobs. emendatum exhibuit in *Animadvv.* t. III, part. II, p. 267, in *Paralip.* II, p. 760, n. 7, et in *Append.* n. 125 ; Bœckh. *Corp.* n. 3715 ; Kaibel. n. 345. — Vs. 1. Bœckh. A. γεν. με βάσκ. Tituli versibus subjectum est : Γάιος καὶ Κλεοπάτρα Νωνίῳ... κιῳ, τέκνῳ ἰδίῳ, μνήμης χάριν.

CCCXXXIX. « Epigramma hoc cum duobus aliis e Græcia attulit Mich. Sophianus, qui obiit Ferrariæ a. 1565. » *Reiske.* Edidit Maffeius in *Mus. Veron.* p. CCCLXXV, cum metrica versione latina, et in *Antiquitt. Gall.* p. 71, *Lettre à M. de Mazaugues :* « *Venetiis* ante hos XX annos detexi ; accipe vero quam mirifico et singulari modo. Rescissum in medio a summo ad imum in prænobili Grimanorum Museo exscripsi aliquando lapidem, rejectum ferme et veluti mutilationis suæ pudore quodam abditum ac latentem, cum versiculos non nisi dimidiatos haberet. Post tres circiter annos, cum in vestibulo Bibl. S. Marci præstantissima cimelia lustrarem, rimarerque, lapidis frustum animadverto occultatum post statuæ basim, ut extrahatur facio et dimidiata epigraphe insculptum video. Cum in Adversaria referrem, vix ad versum tertium perveneram, succurrit mihi excepta olim illa, complementumque hujus esse pro certo habui : ubi domum rediissem, simul contuli, integrumque epigramma non sine gaudio percepi..... » Repetiere multi Brunck. *Anal.* III, p. 303, n. 707, Jacobs. (v. *Animadd.* vol. III. P. II, p. 281 sqq., G. Kaibel. n. 218. Bœckh. *Corp.* n. 2415. — Vs. 1. Maff. γονέως, τοὔνομα, αὐτὸν pro αὐδα. — Vs. 3. Lapis Νείκανδρος. — Vs. 5. σύνλεκτρος. — Vs. 7. Bœckh. πικρὰν, Ἐρεινύς. « Obitus ex fluxu sanguinis... Ἐρινὺς ἀφύλακτος νεαροῖο βρέφους potest esse Erinys, quæ non providit, non curavit infantulum in lucem edendum. » *Bckh.* — Vs. 11. Murat. Bœckh. τρισσὰς ἐς δεκάδας. — Vs. 12. Murat. Bœckh. ἀρσενόπαιδας ὄναρ. — Vs. 15. Κούρα, intellige Proserpinam. — Vs. 16. Murat. ἐλοῦσα. — Vs. 17. θεός τ' εὐχὴν τινα δοίη. Miram dialectorum confusionem notavit Bœckh. : φθιμένην, τήνδε, ἦγον, γῆς, μνῆμα et ζωᾶς, φίλα, τρισσᾶς, γυνάν, αὐτά. — « De suscriptis immerito dubitat Maffeius, partim ob vocem Μάγνης, partim ob verbum ἔγραψεν de poesi. » *Bckh.* Quæ suscripta, hæc sunt : Διονύσιος Μάγνης ποιητὴς ἔγραψεν.

CCCXL. *Amorgi* repertum, editum est in Ἀθηναίῳ ann. 2 (1874), t. II, p. 407. — Vs. 1. G. Kaibel. λάμψαντα Λεοντέα — Vs. 2. γυμνάδος, γυμνάς pro gymnasio accipitur *Anth. palat.* Append. 103, 127. — Vs. 6. Videtur habere lapis ΜΑΝΟΥΣ, quod, si verum, pro μανύουσ' (μανύουσα) certe est, contractis syllabis υου.

CCCXLI. *Ædepsi* in Eubœa, ecclesiæ dirutæ S. Constantini affixum edidit Ulrichsius *Reisen und Forschungen in Griechenland,* vol. II, p. 234 sq., cujus sunt supplementa. Antiquæ urbis locum occupat vicus nunc haud absimiliori nomine dictus ἡ Λιψός (*Lipso*) ; de qua vid. Strab. IX, IV, 2 (cf. I, III, 20), Plutarch. *Syll.* 26. In ejusdem *Symp.* IV, 4. describuntur lavacra calida, in vico cui nomen est Γάληψος, ubi tamen Mannertus suspicatur librarii culpa hoc irrepsisse vocabulum pro Αἰδηψὸς, quod reponendum esse arbitratur. Etenim ubi Amyotus legebat τῆς Βοιωτίας, habent nonnulli codd. et vett. editiones τῆς Εὐβοίας. — Cf. Athen. III (epitom.) sect. III, p. 73 c. — Vs. 4. supplet G. Kaibel αἰ] εἰ φιλάμενος Χάρισιν.

CCCXLII. *Delphis*. Dodwell. *Itiner*. t. II, p. 508; Welcker. *Spicil. epigr*. ed. alt. n. 41, p. 18, Græfius *Act. Acad. Petrop*. vol. VIII, p. 658 sqq.; deinde Bœckh. *Corp*. t. I, p. 846, n. 1721 et G. Kaibel. n. 483. — Vs. 4. Dodwell., approbante Bœckh., τῆς νεα]ροῦ βιοτῆς τυτθὸν ἐφαπτόμενος. Sed cur non potius νεαρῆς seu νεαρᾶς (βιοτῆς) scriptum est? « Non video quare ille puer non possit dictus esse Ῥή-τρος. » *Bckh*. — (G. Kaib. ἰ]ητροῦ, qui nomen fuisse in 4 versu ineunte arbitratur.

CCCXLIII. *Athenis*. St. A. Cumanudes in Ἀττικ. ἐπιγραφ. ἐπιτύμβ. Α' 1. ex *Palingenesia* (Παλιγγενεσία) 5. Aug. 1865; unde Kaibel. 1083. — Vs. 1. Cf. Pausan. I, xix, 5, edit. Did., quo testante, non longe ab Ilysso locus ostendebatur, ubi Peloponnesii Codrum, Melanthi filium, Atheniensium regem, interfecerunt. — Vs. 2. Post Codri mortem, abrogato regno, Codri filii in Asiam deduxere coloniam, de qua vide Pausan. VII, ii, 2. — Vs. 4. Kaibel. ἀειραμένου.

CCCXLIV. In museo Campaneo; edid. Froehner, *Musée du Louvre, les Inscript. gr*. p. 274, n. 189. — Vs. 2. Marmor habet Μοδικει. Urbs ista est Laodicea ad Lycum.

CCCXLV. *Mitylenis*, in insula Lesbo. Editum est in *Bullet. de corresp. hellén*. Jul. 1880, p. 494. — V. supr. alia epigr. bestiis dedicata, n. 224. Τὴν τρίβον ὃς παράγεις, n. 294. Χρῆμα τὸ πᾶν Θείας, et infr. n. 361. Τὴν κύνα Λεσβιακῇ, n. 492. Στήλη μαρμαρέη.

CCCXLVI. *Romæ*, in villa Wolkonskiana descriptum edidit G. Kaibel. *Epig. gr. e lap. conl*. n. 663. — Vs. 4. lapis ΗΕΙΑC, quod « correxit Wilamowitzius ἠθίας, ἠθείαν nomen nove fictum putans ab adjectivo ἠθεῖος » *G. Kaib.*; scripsimus ἰθείας (ΙΘΕΙΑC) quod magis convenire litteris quæ traduntur, credimus; Hesych. ἰθεία, δικαιοσύνη, Gallice, *droiture*.

CCCXLVII. Titulus ille in Chersonneso Taurica repertus est in cippo sepulcrali qui fastigio instructus est duabus columnis suffulto; inter columnas stat vir modice barbatus, capite nudo, dextra demissa partem pallii levans, sinistra volumen tenens : huic ad dextram adstat puerulus, manibus super ventre compressis. Edidit Græfius *De Inscriptt. aliquot gr*. (*epist. critic*. ad God. Hermannum, Petrop. 1841), p. 7 sq. cum notis. Inde Bœckh. *Corp*. Addend. n. 2113 c, et G. Kaibel. 538. — Vs. 3. Græfius conjecit et ἀειδέμεν et ἐπαινέμεν : prius præetuli quod forma ἐπαινέμεν valde incerta est. *Bœckh*. Kaibel. σε [τὸ πρ]ὶν ἐν ἡμεῖν. — Vs. 6. « ἔ[κτ]ομος; videtur mihi ille cum arboris ramo ab hortulano exsecto comparari. » *G. Kaib*. — Vs. 8. προσηνότατος forma superlativi illegitima quam alibi nusquam invenias.

CCCXLVIII. *Romæ*. Ex schedis Ptolomeis edidit Muratorius, t. III, p. 1776, 3, Welckerus *Syllog. epigr*. p. 112. n. 81, 82 edit. alt., Franz. *C. inscr. gr*. t. III, p. 896 sq. n. 6239. Subjectum est latinis litteris *Kalypso* ann. XVIII. « Notabis puellam binominem, id quod minime mirum, in titulo præsertim mores Ægyptiacos prodente. Nam puella in Ægypto nota cum patre Romam profecta ibique mortua videtur. » *Fr*. — V. 4. G. Kaibel : εἷλες, πο]νηρὲ δαῖμον. — *b* Vss. 8 sq., idem : Ἀλλ' ἄγε κ. τ. λ. et interpretatus est : *Age, Charon crudelis, quid te juvat amabilem hanc puellam a te raptam patri luctum movisse?*

CCCXLIX. *Romæ*, in museo Capitolino, in sarcophago sub imagine mulieris in lecto cubantis. Maffeius, *Mus. Veron*. p. cccxiv, etc. Inde Bonada, *Anthol*. t. II, p. 379, Welcker, *Epigr. spicil*. II, n. 45, p. 20, et *Syllog. epigr. gr*. p. 82, n. 56. ed. alt.; ex schedis Thorlacii Franz. *Corp. inscr. gr*. t. III, p. 931, n. 6292. — Vs. 1. Post καὶ excidit ὁ et per crasin χὠ. — Vss. 3 et 4 : De simili amore conjugis pro marito se devoventis conf. *Corp*. n. 5759 et in hac nostra sylloge in Pomptillam epigr. nn. 236-237. — Post vs. 5. pentametri lacunam esse credidit Maffeius, quam sic supplevit : Εὐχομένου, Πλούτων, [πολλάκις οὐ προθανεῖν, Ἀλλ' ὅπου ἂν θανέω καὶ] εἰς Ἀΐδαο κ. τ. λ. — Vs. 7. « Ludit auctor in nomine Felicitatis. » Bene comparat G. Kaibel. n. 558, simillimum epigramma melium, infra n. 531 : Μὴ μύρου, φίλ' ἄνερ, με· καὶ αὐτὸς ἐκεῖ γὰρ ὁδεύσας | εὑρήσεις τὴν σὴν σύγγαμον Εὐτυχίην (Felicitatem). « Agathinus quidam medicus a Galeno sæpe memoratur. (Vide Fabric. *Bibl. gr*. t. III, p. 41.) » *Franz*. Apud Galen. *De Diff. puls*. 2, laudatur medicus nomine Agathinus, libri scriptor, cui titulus : Περὶ σφυγμῶν. Cf. *Anthol. palat*. edit. Didot. c. xi, 335.

CCCL. *Tei*. Lebas et Waddington. *Inscript. grec. et lat., etc*. t. III, pr. part. As. Min. sect. I, Ionie. IV, Teos, n. 114, unde Franz. *Corp*. 3111 et G. Kaibel. n. 298. Titulo subscriptum est ἔζησεν ἔτη ΙΕ, et supra, latine : Iope, Hilari, Cæs. vixit an. XV.

Quid superos potui juvenis læsisse penates
 quod tumulo Iopes ossa sepulta latent
nec patrio potui gremio me ad debita fatis
 reddere, nec manibus lumina contegere?
In Phrygia miseræ corpus, Volcane, cremasti,
 sumeret ut tellus muneris ossa mei,
et quæ debebam matri supremo tempore terram
 ponere, vel mœstos pietatis scindere crines,
effecit properans mortis quæ venerat hora
 ut genitrix casus fleret ubique meos.

Vs. 2. ματέως, barbare, ut brevis secundo loco syllaba fiat, ex pronuntiatione vulgari, dictum. — Vs. 5. φίλε pro φίλη simili ratione. Kaibel. π[υκνῶν] δ' ἀλλὰ [πάτερ], θρηνῶν, φίλε, παύεο· μῆτερ κ. τ. λ. — Vs. 6. Jam viri proprium nomen Primigenius notum in epigr. lat. recenti ap. Spon. *Misc. erud. antiq*. p. 143 et alterum quod huic nostro magis consonat Πρημιγένης, Premigenes, Mytilenæus, ap. Galen. vol. 6, p. 157-158. Est et apud Lebas et Waddington. *ibid*. n. 109 : Πρειμιγένους τοῦ θρεπτοῦ αὐτῶν.

CCCLI. « Marmor in loco *Phanagoriæ* repertum, in cujus utroque latere anaglypho exprimitur eques cum puero, ut in multis hujus regionis monumentis, Clarkius detulit Cantabrigiam, ubi est ad Scalam Biblioth. Universit. » Hæc Bœckh., qui dedit epigr. in *Corp*. n. 2127. Tractaverant inter plures Jacobs. *Anthol. palat*. t. III, *Addend*. p. civ, Boissonad. app. *Epist. Holsten*. p. 431, Welcker. *Syll*. edit. alt. n. 48, p. 67 sq., nuperrime G. Kaibel. n. 539. — Vs. 1. Τιμόθεος duob. loc. — Patræus pagus qui dici potuit et Patra prope Phanagoriam. Vid. Strabon. XI, p. 494. — Vs. 5. πολυκ. ἐπ. τύμβ., ut in epigr. Meleagri sepulcr. *Anal*. Brunck. t. I, p. 30, n. 109, *Anthol. pal*. Didot, VII, 476. — Vs. 4. συνηρώων. Satis notum ἥρωας dici defunctos; συνήρωες igitur sunt illi qui, ante defuncti, idem *heroum*, hoc est sepulcrum. occupant. Plures tamen conjecerunt νῦν δὲ σύγ' ἡρώων. Kaibel. νῦν δὲ σὺν ἡρώων, qui subjicit. « Verum vidit Græfius; σύν enim in illarum terrarum titulis genitivum interdum trahit : Cf *Corp*. 2114 c et d. »

CCCLII. *Athenis*. Hughes, *Itiner*. t. I, p. 271; deinde Bœckh. *Corp*. n. 1025, nuper Cumanudes Ἀττικῆς ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. n. 2944, et G. Kaibel. 158,

παιδικὸν cum signo dubitationis (;) Cumanudes, de quo Kaibel. : « Additum est ut ætas filiæ notetur nomine adhuc carentis. »

CCCLIII. *Orchomeni*, in stela funebri. Decharme, *Archives des Missions scientif.*, 2e série, t. IV, p. 499 sqq., unde Kaibel. 491. Epitaphium est Græci Sidone oriundi, sorte quadam Orchomenum adducti, juxtaque filium ante mortuum sepulti. Editoris sunt supplementa et notæ. — Vs. 6. « ἐν Μινυαῖς, apud Minyas Orchomenios. Minyæ gentile nomen est a Minya, urbe Thessaliæ. Orchomenus autem Bœotiæ nunquam verbo Μινύα, sed verbis Ὀρχομενὸς τῶν Μινυῶν designatur. » — « Ἐπαθλοκομεῖν deest *Thesauro;* quo vocabulo significatur munus judicis in gymnicis musicisque certaminibus. Quatuor autem erant numero hæc Orchomeni certamina : *Dionysia, Homoloia, Minyeia* et *Charitesia.* » De voce ἥβη hoc sensu usurpata vs. 1. cf. Pind. *Pyth.* VI. 48 : οὐχ ὑπέροπλον ἥβαν δρέπων.

CCCLIV. *Chii* repertum marmor habet figuras matris et filiæ sedentes; in medio est ara rotunda cum flamma, ut videtur, et ove victima. Vide Jacobs. *Paralip.* II, p. 776, n. 28. — Vs. 2. νέμω, *dono*, hoc sensu rarum, credebat esse per hypallagen Jacobs. pro νέμω τῷ παριόντι ἀσπασίους λόγους. — Vs. 4. G. Kaib. μητρὶ [δ' ἀποφθιμένῃ]. — Vs. 5. ἔθηκε supplet Bœckh. *Corp.* n. 2239, post Chandler. *Inscr.* P. I, n. 9, p. 4 et Jacobs., l. c.; G. Kaib. τήνδε χάριν μνήμης Θάλλος [στήλλην ἐπέθηκεν. — Vs. 6. τῆς] ἀρετῆς εἰδὼς ἱερόν...

CCCLV. « In ecclesia B. Virginis in suburbano Geraniæ, cui nomen Μεγάλη Μαντινέα. » Ex schedis Fourmonti, ediderunt *Diar. Class. Brit.* vol. XXII, p. 203, Jacobs. in Wolfii *Anal. litt.* fascic. I, p. 96 (unde translatum epigr. est in Ἑρμῆν λόγιον, 1817, p. 103) et deinde *Anthol. pal.* t. III, p. 967. Ex *Diario classic.* petiit Welcker. *Spicil. epigr.* II, p. 19, n. 43, et repetiit Bœckh. *C. inscr. gr.* t. I, n. 1499. Habet G. Kaibel. s. n. 478. — Vs. 1. Lapis : ΠΑΙΑΣΟΑΩΡΟΝ. — Vs. 3. in marmore ΤΟΥ⁰ΤΟΝ. Cf. Theoc. XV, 85 ad probandum πρᾶτον, Sanderi conjecturam, pro τοῦτον. Kaib. τυτθὸν. — Vs. 4. Marmor habet ΗΠΡΑCΕΝ. — Vs. 6. ΑΜΦΙΟ.

CCCLVI. *Athenis*, Vischero, *Oropi*, Cumanude teste, quorum ille edidit in *Archæol. und epigr. Beitr.* p. 68, hic in Ἀττικ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 301, n. 2533. Periit mariti nomen, quod restitui nulla ratione posse videtur. Editores tamen conjecere Μιλήσιος, « cui spatium non sufficit. » G. Kaibelius tentavit Μεῖσις, addens se non novisse Μείσιος nomen, quod tamen posse ferri videtur. — Vs. 3 sqq. loquitur uxor defuncta.

CCCLVII. *Corp. inscr. gr.* n. 6274. « Duplici inscriptioni latinæ prope *Romam* repertæ sex versus Græci dicuntur adjecti esse, ex quibus duos qui sequuntur Θρέψε πάτρη κ. τ. λ. litteris minusculis edidit Sirmondus in *Notis ad Sidonium*, p. 160. Tituli latini hi sunt : M. Aur. Polynices, nat. verna qui vixit ann. XXIX, mens. IX, diebus V; qui vicit palmas n. DCCXXXIX, sic : in russeo, n. DCLV, in prasino, LV; in veneto XII, in albo n. XVII; præmia XXXX, n. III, XXX, XXVI; pura n. XI, octojug. n. VIII; dec. n. VIIII; sejug. n. III. — M. Aur. Mollicius Tatianus natione verna, qui vixit ann. XX, mens. VIII; diebus VII; qui vicit palmas n. CXXV, sic : in russeo, LXXXVIIII, in prasino XXIII, in veneto n. V, in albo n. VII; præmia XXX, n. II.

CCCLVIII. *Romæ* in sarcophago eruto; hic titulus nunc mutilus in Museo Britannico asservatur. Anaglyphis poeta cum musa repræsentatur bis et sub sedili persona scenica. Fabrettus *Inscr.* c. 10, p. 704, n. 248, Montfaucon. *Paléogr. gr.* II, 7, p. 170, cum nota et interpret. lat. Ex Fabretto repetierunt Brunck. *Anal.* t. III, p. 315, n. 752, Jacobs. (V. *Animad.* III, P. II, p. 397), *Append.* n. 252. Franz. *Corp.* n. 6287 unde Kaibel. 613. « Versus utrinque anaglyphis cinctos Brunck. anapæstos esse immixtis dactylicis statuit; Franz., auctore Otf. Müllero qui dexteram monumenti partem deesse cum versuum initio asserit, hexametros imperfectos aut mutilos esse opinatus est. » Sic disposuit Kaibel. Vss. 4-11 (inconditos) :

Πολλὰ βυθοῖσι καμών, ὁδοιπορίαις δ' ἀτονήσας,
εὔπορος εὐμόρφων γενόμην, φίλοι, μετέπειτα γυναικῶν
πνεῦμα λαβὼν δάνος οὐρανόθεν τελέσας χρόνον ἀντα-
[πέδωκα,
καὶ μετὰ τὸν θάνατον Μοῦσαί μου τὸ σῶμα κρατοῦσιν.

— Vs. 1. supplet ὃν κρύπτει κόνις ἥδ'. — Vs. 2. Παντοίων μελέων. — Vs. 3 mancum reliquit συνοδίτης. Synodo adscriptum intelligit Montefalcon. *l. c.*, confertque inscr. ap. Gruterum, p. CCCXXX : « M. Aurelio Augusti liberto, pantomimo sui temporis primo; sacerdoti synodi, Apollinis parasito. » Et addit : « Nicocratem igitur eidem synodo seu collegio adjectum et Apollinis parasitum fuisse putamus, ideoque συνοδίτην dici; ubi advertas σύνοδον pro conviviis sæpius accipi. » Conf. etiam Histrionis epitaphium in P. Burmanni *Anthol. lat.* lib. IV, CCCLVI et alterum quod in notis exhibetur, et Martialis epigr. IX, 28. — Vss. 10-12 ad anaglyphum respicere videntur, quo musa bis repræsentatur poetæ adstans.

CCCLIX. *Romæ*. Smet. fol. CXXIX et Gruter. *Thes.* p. DCLV, unde Brunck. *Anal.* III, 301, n. 699, Jacobs. (vid. *Anim.* vol. III, P. II, p. 274), *Append.* n. 184, Franzius *C. inscr. gr.* n. 6260 : « Defunctus fuit actor comicus. » *Fr.* — Comparat Jacobs. epigr. quod est in *Anthol. lat.* lib. IV, 166, t. II, p. 120 : « Hoc jacet in tumulo secura... » Quatuor versus ultimos sic forte (παρῳδίᾳ) legendos exhibuit Dorvillius (*Crit. Vann.* p. 186) :

Πάντας λυπήσας, καὶ λοίδορα ῥήματα πέμψας,
ἀλλὰ φίλος πεττῶν, Βρομίου, Παφίης τε βιώσας
νῦν πατρίδος κλεινῆς ἄχθος χθονὶ ἐνθάδε κεῖμαι,
ἐν φθιμένοισι γέρων, τοὔνομα Παμβδέλυρος.

CCCLX. *Romæ,* olim in clivo Capitolino. Smetius, p. 131, Gruter., p. DCCI, n. 10, Bonada *Anthol.* t. I, p. 531, Fleetwood *Syll.* p 251, 2, Jacobs. *Paralip.* II, p. 768, n. 18 et Franz. *Corp.* n. 6281, unde Kaibel. 644. — Vs. 1. vulgat. ΑΤΙΝΙΑΝΩΙ (quod retinuit Grotius) mutavit Jacobs., cum mulieris nomen præcessisse doceret. — Vs. 3. πόσιν. — Vs. 2. Smet. Grut. : κατέδου, Gudius κατέθου. — Vs. 5. ΑΡΣΟΓΕΝΗ Smet.; Ταρσογενῆ Casaubon, Kaibel; Ἀργογενῆ Scaliger., Jacobs., etc.; Πούδεντας, correpta syllaba ου, ut in aliis nominibus ubi ŭ latinum refert.

CCCLXI. *Mitylenis*. Ex sylloge Cyriacana G. Kaibelius, *Ephem. epigr. lat.* II, 11, deinde *Epigr. gr.* etc. n. 229. — Vs. 3. Compellat terram ipsam Balbus; Æneæ Piccolomini emendatio est, quam recepimus pro eo quod editum est ἣν καὶ παράσχοις. — Nonnulla canum epitaphia vide in *Anthol. lat.* P. Burmanni, IV, CCCC sqq.

CCCLXII. *Argis*. Editum est in *Corp. inscr. gr.* n. 1141, et ap. Lebas. II, 131, utrobique ex schedis Fourmontianis. Deinde repetiit G. Kaibel, multaque emendavit *Epigr. gr. etc.* n. 466.

CCCLXIII. *Romæ*, olim in ædibus principis Prænestini. Gruter., p. MCXVIII, 8, inde Brunck. *Anal.* t. III, p. 312, Jacobs. (Vid. *Animadd.* vol. III, P. II, p. 326 sq.), *Append.* n. 375, Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 6221, Kaibel. n. 617. — Vs. 1. Kaibel. λεγόμην. — Vs. 4. Jacobs. post cett. ἀγάπων.

CCCLXIV. In *Thaso*. Edidit Conze, *Itin. insul. maris Thrac.* tab. VIII, coll. p. 31, inde G. Kaibel., n. 325. — Valde depravatum titulum multi tractaverunt. — Vs. 3. ἀγλάϊσμα vocabulo significatur sarcophagus magnifice exornatus. — Vs. 5. inducitur loquens de se ipsa defuncta Catillii filia. — Vs. 15. « multo magis sinistrorsum scriptus, quo appareret extra epigrammatis fines positum esse, miro utique modo; in fine Sauppe ἐπλησάμεθα, cui meum prætuli. » *G. Kaib.*

CCCLXV. St. A. Cumanud. Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 252, n. 2110. Prius editum in Ἀρχαιολογ. ἐφημερ. 1862, Mart. p. 60. Kaibel. n. 145. — Vs. 5. Kaibel. εἰ νῦ]ν τοῖς. — 6. De extremorum verborum restitutione dubitatur. Supra scriptum est Εἰσίων Προθύμου Μιλήσιος.

CCCLXVI. In insula *Rhodo*, loco hodie dicto *Koskinou*. Edidit Julius Martha in *Bullet. de corresp. hellén.* 1878, p. 616, n. 3, nullo subjecto commentario.

CCCLXVII. *Ephesi*. Lebas, *Explic. des inscriptt. gr. etc.*, p^le V, Asie Mineure, etc., n. 171, cujus sunt supplementa. — Litteræ ΓC. — Dedit et Georgius Kaibel. *Epigr. gr. etc.* n. 297.

CCCLXVIII. *Amorgo* in insula. Syræ descripsit C. Curtius, ex quo edidit G. Kaibelius n. 275. — Vs. 1. Νείκην, παροδεῖτα. — Vs. 4. τειμῆς.

CCCLXIX. *Æzanis*. *Corp. inscr. gr.* Addend. 3846 z^20; G. Kaibel. *Epigr. gr. etc.* n. 375. — Vs. 2. « ΛΟΙΜΟΥΙ | ΦΒΙΒΝ correxi ex Luciani *Alex.*, c. 36 : ἕνα δή τινα χρησμὸν αὐτόφωνον καὶ αὐτὸν ἐς ἅπαντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ λοιμῷ διεπέμψατο· ἦν δὲ τὸ ἔπος ἕν·

Φοῖβος ἀκερσεκόμης λοιμοῦ νεφέλην ἀπερύκει'.

CDLXIV. *Romæ.* Ediderunt multi, inter quos Montefalcon. *Diar. ital.* p. 273, Brunck. *Anal.* III, p. 309, n. 725; vid. Jacobs. *Animadvv.* III, Part. II, p. 311; id. *Anth. pal. Append.* n. 237, Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 6259, Kaibel. 692. — Vs. 3. Marmor ΑΙΝΟΤΟΚΩΝΕΩΝ ap. Montefalc. qui tamen vertit *infelicibus parentibus*. Correctio est Jac. Gronov. *ad Herodot.* I, 38, 5, approbante Dorvillio. — Φθόνος ἥρπασε, de deorum invidia, vid. *Anth. lat.* t. II, p. 83, not. et p. 84, ep. cxxix, Rufini et Rufinillæ : « Ambo *per invidiam* crudeli funere rapti, » etc. — Vs. 4. « Ὀκτὼ posteriorem syllabam correptam habet, more Latinorum. » *Hagenbuch.* (*Epist. ad Blaurer.* p. 41 sq.) « ὃν καθορ. ad Menophili imaginem refertur, quam cippus exhibebat. » *Jac.*

CDLXV. *Romæ.* G. Kaibel. 610, post alios (Welcker., Franz. *Corp. inscr. gr.* 6306). Meretricis epitaphium habes. — Vs. 2. Welck. πολλοῖς δ' ἑτάροισιν, — Vs. 3. id. καὶ μὲν ἀγαστὸν ἐκοιμώμην κλισμῷ περιχρύσῳ, Franz. καὶ μετὰ τῶν (*i. e.* ἑτάρων) μὲν κ. τ. λ. — Vs. 5. Welck. ἐσθήμασι χρώμασι θ., quod barbare dictum mihi videtur ubi ἐσθημάτων exspectares; conjici poterat et ἐν χάρμασι, ἐν παίγμασι, et alia similia.

CDLXVI. *Campigliani,* in agro *Mutinensi.* Ex Muratorii apographo Welcker. *Syllog.* n. 90; inde G. Kaibel. op. laud. n. 672. — Vs. 1. pro his quæ traduntur ΚΑΙΣΩΜΑΤΟΣΟΥΤΟΣΟΤΥΜΒΟΝ, Kaibel. sibi visus est recte restituisse ex epigr. Gregorii (*Anth. pal.* VIII, 230), καὶ ἀνώτατος οὗτος ὁ τύμβων, et irrisit Welckerum qui posuit καὶ σώματος οὗτος ὁ τύμβος, ἵν' ᾖ μνήμη μου κ. τ. λ. — Vs. 2. Nulla fere littera in his quæ habemus ex apographo mutata, scripsimus priorem versum, ut Welcker., et alterum ita ut solennem in epitaphiis sententiam referat, εἵνεκα μνήμης, s. μνήμης χάριν, quod, opinor, significat εἰ μὴ μνῆμα, *nisi memoria sit, gloria nihil est, nisi sepulcrum in quo cum ea reconditus sit.* Conjiciebat Kaibel. οὐκ ἤμην, ἔσομε· ζῶν κλέος ἐστὶ τάφος, *dum vivo non vivebam, sed vivam; nam mortui sepulcrum est vivum monumentum.*

CDLXVII. *Thebis. Corp. inscr. gr.* 1654; melius Keil, *Syll. inscr. bœot.*, p. 180; unde Georg. Kaibel. *Epigr. gr. etc.* n. 498. — Vs. 1. Ἰφίθου υἱός (?). — Vs. 4. Cramer. et Kaibel. φερτάτη. — Vs. 11. « ὅσαις κ. τ. λ. *i. e.* quibus quidem Cretensis origo est. » *G. K.* ex Wilamowitzio. — Vs. 12. γυνή, Græfii supplementum, quod recepit Kaibelius. Alii (Welckerus et Ulrichsius) ἔθηκε πέρι.

CDLXVIII. *Othi,* in insula Carpathi. Mondry-Beaudouin, *Bullet. de corresp. hellén.*, maio mense 1880, p. 273. Litteræ ΦΕΡΣΕΦΟΝΑΙ.

CDLXIX. In insula *Paro. Bullet. de corresp. hellén.*, maio mense 1880, p. 285. Habet lapis anticam equi partem, pinum cui implicatus est serpens, et disci jaculatorem parvum athletam se exercentem. Vs. 4. Marmor παιδῆας, ΠΑΙΔΗΑΣ; Vs. 7. τρεισκαιδεχέτη, ΤΡΕΙΣΚΑΙΔΕΧΕΤΗ. — Vs. 5. νέον ἔρνος homericum est. *Od.* Z, 163. — In arca in qua exstant anaglypha et epigramma quinque sunt aliæ inscriptiones ad eamdem familiam pertinentes, quod satis declarant nomina Κτησιμένην Παρμενίωνος, Μνησιέπην Κτησιμένους, Παρμενίωνα Μνησιέπου, Καλλινίκη Μνησιέπου.

CDLXX. In insula *Paro. Bullet. de corresp. hellén.* mense maio 1880. Cum aliquot notulis, quibus in sequenti fasciculo additæ sunt ex novis ectypis nonnullæ animadversiones. — Vs. 5. ἡ δ' ὁμόλεκτρος pro ἡ θ' ὁμ... ubi tamen libentius legi ἡδ' ὁμόλ. — Vs. 6. interpretatur Fontrier qui nova ectypa misit *Sostratos et son épouse Archippè m'ont donné le nom d'Eparchis,* quamvis in marmore sit Ἀρχίππηι cum iota adscripto. Sed in aliis inscriptionibus in eadem insula Paro repertis videre est nominativo casui ter adscriptum iota, exempli causa ἡ βουλήι, Θεοτίμηι Ἀλεξάνδρου. — Vs. 7. prius legebatur [ἁ] Μύκονος, pro quo restituendum est [ἂν] Μύκ., cum duarum litterarum sit spatium.

CDLXXI. *Dhamasi,* in valle Titaresii. Edidit v. cl. Heuzey, *le Mont Olympe,* p. 487, inde G. Kaibel, *Epigr. gr.* n. 508. — Vs. 2. Nomen mulieris Aristagora jam notum ex Athenæo qui Hyperidis κατὰ Ἀρισταγόρας orationes memorat, xiii, p. 586 A, 587 C. D, 588 C, 590 C. D, et iv, 167 D. E. Aristagoram meretricem Corinthiam a Demetrio, Demetrii Phalerei filio, amatam esse narrat. Id nomen etiam in Philostrati epistolis occurrit xl, p. 931, lxviii, p. 947.

CDLXXII. « *Romæ.* In muro S. Stephani ad viam Latinam tabulam insertam esse ait Michaelis, qui edidit ex suo apographo in *Bullet. archéol.* 1858, p. 160. » G. autem Kaibelius qui ista refert, affirmat lapidem loco supra dicto frustra ab amicis suis fuisse quæsitam. — Vs. 1. sic restituerat editor e paucioribus litterarum vestigiis :

Ἠραοτάτου μὲν πατρὸς ἐμοί, μητρὸς δὲ θανούσης,

quem si acciperes, necesse foret πάλαι γενέταις intelligi *avis.* — Cf. G. Kaibel. aliud pueri epitaphium Νήπιός εἰμι τυχών, hîc infr. n. 637.

CDLXXIII. *Romæ.* L. Renierus in *Rev. archéol.* 1852, I, 197, unde G. Kaibelius, op. cit. n. 699. — Vs. 2. claudicat, ut qui male suo epigrammati assuitur ab imperito poeta pro pentametro in quo ἐς λυκάβαντα τρίτον aut aliquid simile fuerit.

CDLXXIV. *Romæ,* in museo Capitolino. G. Kaibel. op. cit. n. 693. Sub disticho marmor habet Αὐρ(ηλίῳ) Καλλικράτει γλυκυτάτῳ τέκνῳ. In eodem sarcophago legitur et altera hæc inscriptio quæ nequaquam ad priorem pertinere videtur. Θεοῖς καταχθονίοις. Βαλλίᾳ Α(ουκίου) θ(υγατρὶ) Ναρκισσιανῇ, ἥτις ἔζησεν ἔτη ε, μῆνας ι, ἡμέραν α Βάλλιος Νάρκισσος καὶ Ἰουνία Ὀλυμπιάς, γονε[ῖς δυστυ]χέστατοι ἐποίησαν.

CDLXXV. In oppido, quod nunc habitatur, *Amorgo,* ex Minoæ, ut creditur, parietinis. Rossius, *Inscr. gr. inedd.* p. 81, n. III, hinc Welcherus, *Nov. Mus. Rhenan.* 1841, p. 208. Repetiit Bœckh in *Corp. inscr. gr. Addend.* n. 2264 s, et G. Kaibel. n. 281.

CDLXXVI. *Romæ*. Edidere multi, quos in *Corp. inscr. gr.* n. 6251, vide; nuper Kaibel. 694. — Vs. 3. Hagenbuch. corrigebat : ὀκτὼ ἔτη πλήσας, πρὸς τούτοις μῆν' ἐδίωσα, Grotius : πρὸς τοῖς μῆνας δύο κεῖμαι.

CDLXXVII. Edidit post Georg. Douzam, *De Itin. suo Constantinop.* p. 102, Gruter. p. DCCCVII, 10 ; emendavit Grotius et versibus latinis transtulit. « De aris sepulcralibus vide Montefalc. *Diar. ital.* p. 202 et *Palæogr. gr.* p. 165, ubi in inscriptione ancyrana legitur τάφον τὸν ἔνθα πλήσιον βωμὸν θ' ἅμα ἔτευξε κατὰ γῆς Κλαύδια κ. τ. λ. Has vero aras esse bases vel cippos funebres parum ab ara diversos, in quibus libationes et sacra parentalia fiebant, docet Fabrettus *ad Inscriptt. antiq.* C. II, p. 107 sq. » *Burm.* — Repetiit Lebas., *Inscriptt. gr. et lat.* 2e cahier, *Laconie*, p. 111. — Vs. 2. Lebas. : Κύρια κεῖμαι, τοὔδε πάρος προγεγῶσα σύνευνος, quem intercludit. — Vs. 3, *id.* υἱοὶ δὴ Μάγνος [. . . . . καὶ] Κλεόνικος. Subscriptum legitur [. . . . . καὶ Σεκούνδου ἐπιμελουμένων.

CDLXXVIII. In provincia Trevisana repertum anaglyphum. Veludo, *Atti dell' Istituto veneto di scienzie, lettere ed arti*, ser. III, vol. VIII. — Inde G. Kaibel. *Epigr. græc. conlect.* p. XX, 942 a. — Vs. 1. « Lintearii videntur ei vocari qui velorum in amphitheatro curam agebant. » *Id.*

CDLXXIX. In *Thaso*. *Bullet. dell' Institut. di corrisp. arch.* 1830, p. 48, Bœckh. *Corp.* n. 2161 b. — Vs. 1. restituit sic G. Kaibel. Σ. κ. ἁ. ἀ[μει]λι]χίω]ν ὑ[π]ὸ [μ]οιρ[ῶ]ν. — Vs. 2. Τὸ ἀνθοφόρον videtur fuisse quoddam in Thaso sacrum munus. Aliud epigr. (Bœckh. *ib.* n. 2162) ibidem repertum memorat quamdam Æliam Macedoniam florigeram et bis ἀρχεῖτιν et timuchum et perpetuam coroniferam. — Vss. 3-4. Conf. epigr. (supr. 452) Aquis-Sextiis asservatum in quo de animarum parte dicitur τείρεσσι σὺν αἰθερίοισι χορεύει (Cf. et Pindarum ap. Plutarch. *Consol. ad Apollon. Moral.* p. 120 c, edit. Didot. vol. I, p. 143, xxxv, et præsertim eumdem poetam (?) ap. Clement, *Strom.* IV, p. 640, l. 22), quæ ad Samothracia mysteria relata sunt; cui sententiæ suffragatur hic titulus in vicina insula repertus. — Vs. 5-9. G. Kaibelii sunt supplementa. Subscripta habes hæc : Αὐρηλί[α Θεαν]ὼ Ἡροδότου προσφιλὴς χαῖρε, quæ Bœckh. correxit.

CDLXXX. *Romæ*. Gruterus, p. 756, 9 ; Fleetwood. *Inscr. syllog.* p. 271, 1., Beger. *Spicileg. ant.* 1692, p. 114, Murator. t. III, p. 1427, 5, Maffeius *Mus. veron.* p. 57, Welcker. *Spicil. epigr.* II, p. 22. n. 47 et *Syllog.* p. 108, n. 76. ed. alt., denique Osann. *Syllog.* p. 445, n. 147, Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 6214, G. Kaibel. 687. — Subscriptum est : Χαίρετε, ζησάσῃ λε̄. ζήσαντι ἔτη δ' ἡμέρας ιβ̄. — « Verba ἐμοὶ Αἰνείᾳ per synalœphen pronuntianda bene vidit Welckerus. » *Franz.* Mulier cujus hoc epitaphium est forsan est eadem ac illa in quam facta est activa hæc brevior inscriptio. (Franz. *ibid.* n. 6215) : Καλλίτεκνον σεμνὴν ὅδε τυμβος ἔχει σ', Ἀφροδείτη.

CDLXXXI. In *Melo* insula repertum in ara, ex schedis Prokeschii editum est hoc epigramma in Welckeri et Næckii *Mus. philol. Rhen.* T. I, P. I, p. 167. Inde Bœckh. *Corp.* n. 2439, et Kaibel. n. 189. — Vs. 5. Suo nomini alludit Cydile, Κυδίλη, a κῦδος, *gloria*. — Vs. 7. Lapis Δαμανέτου, correxit Bœckh. ; fortasse Δαμηνέτου. *G. K.*

CDLXXXII. « Prope Ilium novum, ex schedis Köhlerianis... Ἀπατρία vox inusitata est. » *Bckh. Corp. inscr. gr.* n. 3632

CDLXXXIII. Romæ, in basilica S. Symphorosæ repertum edidit H. Stevenson, *Gli studi in Italia*, Romæ 1878, p. 39, III sæculi p. Ch. n., ut credit editor. Litter. ωKYMO OC. — Vs 1. Meminit poeta Eurip. *Androm.* 1026 ed. Did. βέβακε δ' Ἀτρείδας ἀλόχου παλάμαις. — Vs. 4. μνήμαις « souvenirs ».

CDLXXXIV. In monte Cassino. Ex schedis Cassitti, Franzius in *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 1261. *Addend.* n. 5875 g. — « Expressit poeta epigramma balnei *Anth. Pal.* IX, 610 :

μικρὰ μὲν ἔργα τάδ' ἐστίν, ἔχει δ' ἡδεῖαν ὀδωδήν,
ὡς ῥόδον ἐν κήποις, ὡς ἴον ἐν ταλάροις. »

G. Kaib. — « Subjecta traduntur latina hæce : *qui lapis est, qui intus habet amœnum adspectum formarum, ut viola in corbe*, quæ, modo [*exi*]*guus* scripseris pro *qui*, ad adcuratam interpretationis formam redeunt. » *Id.*

CDLXXXV. Marmor Elgin. Viscont. n. 15 *Synops. Mus. Brit.* n. 191. Ex schedis G. H. Nöhdenii Osann. *Syll.* I. 65, p, 178. — Repetiit Bœckh. *Corp. inscr. gr.* n. 1030, et recentius Cumanudes, Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. n. 3505, ne ullo quidem apice mutato. Ex marmore ipso nuperrime (1874) iterum exhibitum est hoc epigr. in *Anc. gr. inscript. in British museum*, n. CXXXI. Bœckh. et Cumanudes ita digerunt versus :

Κλει]τοῦ πατρὸς μὴ κλαύσῃς φθιμέ[νου μόρον, υἱέ.
Ζήσας ὀγδοήκοντα δυσὶν ἔτεσιν [πατρίαν γῆν
ἤυξον ἐ]γὼ κ. τ. λ.
καὶ λέχος εἶ] χον Ἐλευθερίης ἑξήκοντ' ἔτε[α,
ἐξ ἧς κ. τ. λ.
ἥτις καὶ μο]ρφὴν ἐτύπωσεν πᾶσιν ὁρᾶν με κ. τ. λ.

— Vs. 2. Certe mutilus et corruptus ; ὀγδοήκοντα, quasi ὀγδώκοντα numerari debet. — Vs. 3. De verbo Κεκρόπων cf. supr. Κεκροπία... n. 308. — Vs. 3. ἐν Κεκρόπεσσι. — Vs. 4. Bœckh. nom. propr. mulieris credebat Ἐλευθερίης. — Vs. 5. lapis habet ΕΞΗΚΟΝΤΕΤΕ. — Vs. 6. ἔσχα, in lapide ΕCΧΑ, forma minime attica. Fortasse quadratarii incuria transpositis verbis, legendum est ἐξ ἧς τέκν' ἔσχον κ. τ. λ. — Vs. 7. non sua manu, sed sculptoris opera usa. — Vs. 10. Lapis exhibet ἐπισπίσας, quæ barbara forma jam occurrit in alio titulo Ἥ ποτε κυδιόωσα, infr. n. 655, ubi legitur ἐθίραις, λιριόεσσαν, χίλεσι. — Totum hoc fragmentum sic disposuit et restituit G. Kaibelius, *Epigr. gr. e lap. conlect.* :

. . . . οἰκτροτά]του πατρός.
Μὴ κλαύσῃς φθιμέ[νου τὸν ἐμόν, ξένε, τύμβον ἀθ]ρήσας.
ὀγδοήκοντα δυσὶν ἔτεσιν [βιοτὴν ἀπέλυσα,
δήμόν] τε Κεκρόπων ἱερὰν βουλήν τε γε[ραίρων·
δῶρον δ' ὧν ἔτι παῖς ἔσ]χον ἐλευθερίης.
ἑξήκοντ' ἔτε[σιν μετ' ἐμῆς ἐβίωσα γυναικὸς,
ἐξ ἧς ἔσχα τέκνα γνήσια κοὐχὶ νόθα.
Ἣ καὶ ἐμοῦ φθιμένου λιθίνην μο]ρφὴν ἐτύπωσεν
πᾶσιν ὁρᾶν με [βροτοῖς τῇδε παρερχομένοι]ς. κ. τ. λ.

CDLXXXVI. *Romæ* in via Appia, in cippo qui nunc asservatur in ædibus Vaticanis. Amatius *Giorn. Arcad.* V, XIII, p. 107, 1822, Welcker. *Syllog. epigr.* p. 80, n. 55. edit. alt. Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 895, n. 6235, Kaibel. n. 648. — Vs. 2. Ἠΐθεος, proprium nomen est, ut vidit Welcker. — Vs. 5. Supplevit sic Amatius : Ἐνθάδε δέμας ἐνέγκατ' Ὀλ. vel ἐνθάδε αὐτὸν ἐνέγκατ' Ὀλ. Welckerus paulo melius ad sententiam, ἔνθα λέλεκται ἀεὶ καὶ Ὀλ. ; sed illud ἀεὶ non probavit Jacobsius qui suspicabatur fuisse : σὺν θαλερῇ δ' εὕδει καὶ Ὀλυμπιάς. Lapis habet ; ΕΝΘΑΔΕ ΔΕ . . .

ΕΙΚΑΙ. — Vs. 8. De voce ἐρατῶπις cf. Hom. *Epigr.* I. vs. 2. ἐριώπιδα κούρην, cum nota Al. Pierron. edit. 1875. — Vs. 9. Notandum φῶτες de viro et muliere dictum, non sine exemplis, qualia ap. Eurip. *Hel.* 1094 Δύ' οἰκτρὼ φῶτε, de Menelao et Helena, apud Iren. *Anthol. pal.* V, 29. Cf. et Theocr. XXV, 10, Oppian. *Hal.* I. 649, etc.

CDLXXXVII. *Romæ*, nunc in ædibus Vaticanis. Muratorius in *Thesaur.* p. CCLVIII, inde Brunck. in *Anal.* t. III, p. 316, n. 754, Jacobs. (Vid. *Anim.* vol. III, P. II, p. 339) in *Append.* n. 215 et Franz. in *Corp. inscr. gr.* n. 6240. — Vs. 1. Franz. ex lapide Ἰτορίοιο. G. Kaibel. Ἰγορίοιο. — Vs. 2. Marmor habet quod retinuit Franz. συγχλήσας. — Vs. 10 Jacobs. (in *Append.*) Παρθενικὴν... ὡς ἀΐδ. qui tamen antea (*Animad.* l. c.) conjiciebat σώσατε εἰς Ἀΐδου, et retulerat Wesselingii emendationem ap. Leichium (*N. Miscell.* Lips. t. I, p. 473, sq.) : ἀλλ' ἄρα μοῦνοι — Παρθενίην ἐρατὴν σώσαθ' ἕως Ἀΐδου.

CDLXXXVIII. In *museo* Smyrneo. Μουσεῖον καὶ Βιβλιοθήκη κ. τ. λ. p. 56. Smyrnæ 1876; G. Kaibel. n. 306 a. — Vs. 1. « Ante Πλουτάρχου novem litterarum patet spatium. — Vs. 2. αἰθρίως traditur, cf. *Anth. Pal.* VII, 373 : τοίους ‖ ἀστέρας αὐχήσεις Ἑλλάδι λαμπομένους. — Vss. 5 sq. sic editi : ὅ[ν]των. λ[ῦσε δὲ γούνατα οὐ] πόνος, ἀλλ' ὁ ὀν[όφειον] ‖ πένθος ἐφή[πλωσαν ἀμφίπ]ολοι γενέταις. Sententia fere eadem videtur quæ in epigr. οὗτος ὁ γῆς τέμνων, supr. n. 225, vss. 5-6. — Vs. 6. parum refert ἐφῆψε an ἐφῆκε scribas. » *G. K.*

CDLXXXIX. Marmor Elgin. n. 24, Viscont. *Synops. Brit. Mus.* n. 242; ex quo Jacobs. in *Anthol. pal. Append.* n. 399 (vol. III, p. 969), Bœckh. *Corp.* t. I, n. 987, Cumanudes, Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ., n. 3255. Nuperrime ex ipso marmore exhibuit Newton. *The collect. of anc. Greek inscript. in the Brit. Mus.* n. cxxv, et inde G. Kaibel. 146. — Vs. 3. lapis habet ΠΟΝΟΙCΙ et ΤΗΛΟΘΙ, ubi Viscontus legebat τηλόθε. — Vs. 5. Homerica sunt ἐτέλεσσε πόθον, μάλα περ μενεαίνων.

CDXC. *Romæ* ap. Jul. Herculanum. Ex Ligorio edidit Muratorius (*Thesaur. inscr.* MCDXXXII, 3) cui plane desperatus videbatur hic titulus, præter quam quod adnotat « hunc positum fuisse ab Agathone Attalidi sorori, memoriæ causa, ut perspicere constat ex postrema lapidis linea. » Repetiit et emendare tentavit Franzius (*Corp. inscr. gr.* n. 6210), et nuperrime Georgius Kaibel. *Epigr. græc. e lapidibus conlect.* n. 722. — Pleraque hujus epigrammatis menda *e cera*, opinor, in qua haud artis poeticæ peritior Agatho versus in sororis memoriam non sine labore scripserat, quadratarii ignorantia incuriave in lapidem transiere, qui inter tentata, mutataque nescivit quæ huic illive versui congruerent, discernere, et idem verbum sine causa, vel repugnante metro, iteravit aut temere transposuit. Ad hoc, pessime imperita manu exscriptus fuisse hic titulus videtur. — Vs. 1. Murat., δόλια; Franz., Kaibel., δολίῳ. — Heptameter est, ut in quem irrepserit e sequenti ληφθείς. — Ἦλθα, correxi. — Vs. 2. Αημφθείς, Alexandrina forma. Cf. ap. Herodot. III, 36, Λάμψομαι, 146, ἀπολάμψεσθαι, etc. Vid. *Thesaur. Ling. gr.* v. ἐπιληπτικός. — Apogr. ΗCΕCΧΕΠΙC ΟΛΒΙΑΝΟΝ. Kaibel. : ἧς ἔσχ' ἐπί σοι βάσανον : « Cujus morbi te auctore habui experimentum, i. e. tuus morbus in me transiit. » Sed ἧς quod redundat, nihil aliud est quam εις e præcedente verbo repetitum. Hæc et cetera correxi. — Vs. 3. ἧς (χάριν) *cujus* (gratia) pendet ab σοι — Vs. 4. ῥεύσει, scil. γραφῇ, transitive, ut apud Euripid. in *Hecub.* v. 532 : ἔρρει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως χοὰς θανόντι πατρί. Huic explicationi adversatur Kaibelius. — Vs. 5. Apogr. ΤΑΡΤΑCΙΝ prave, opinor, exscriptum pro ταρτάρῳ, quod reposui. — Vs. 6. ης εσχον σπουδης επι σοι νυν. κ. χαρ., uno pede auctior; ἐπί σοι debetur sequenti, qui quinque tantum pedes habet.

CDXCI. *Catanæ* repertum edidere multi, inter quos Jacobs. *Anthol. pal.* t. III, *Addend.* p. xcvi, Welcher. *Syllog. epigr.* p. xix, Franz. *C. i. gr.* t. III, p. 653 sq. n. 5049, qui ita restituit :

. . . . . ε δημιοεργός·
. . . . . χειν θεμιτόν.
. . . . . ος εὖ ἀραρυίᾳ
. . . . . φόρου,
. . . . . ὃν ἵεῖσαν
. . . . . ς πόλεως.

G. autem Kaibelius. Vss. 2 sqq. :

. . . . . οιχε φέρειν·
. . . . . ος, ευρε δὲ τύμβον
. . . . . φόρου,
. . . . . ὃν ἀείρας
. . . . . ς Κατάνης.

Videre operæ pretium est Jacobsii et Welckeri restitutiones ap. Franzium, *ibid.* — « Fuit in lapide epigramma ad aquæductum Nymphei pertinente, quod vetustate collapsum postea instauratum esse docet titulus latinus in altera lapidis parte inscriptus..... Epigramma artifex, ut consentaneum erat, in parte Nymphei ea posuit quam extremam fecerat. Ad id respiciens opus, quod loquens introducitur, dicit : ἀλλ' ἐν ἐμοὶ καμάτων εὗρεν τέλος —, quibus verbis simul præcipitur non hoc solum ab eo factum esse, sed etiam aquæductum (λαϊνέην αὔλακα ὑδροφόρον). Quid autem sit quod se dicat βαιὸν ἔργον esse, nec σθεναρὴν χεῖρα sustinuisse, explicare non licet, quod, quomodo Nympheum istud comparatum fuerit, non compertum habemus. Impediri loci natura potuit, quo minus exquisitius opus perficeretur... Nomen Ἐννοίου distichis suppositum videtur esse poetæ. » *Franz.*

CDXCII. In monte *Aventino*. Ediderunt inter alios Jacobs. *Paralip.* p. 808, n. 56, idemque *Anthol. pal.* t. III, *Addend.* p. CIII, Franz. *Corp. inscr. gr.* 6311, Kaibel. 625. — Vs. 3. claudicat, correpta ultima verbi δρόμον. — Vs. 4. Boissonadus *ad Eunap.* p. 502, κοίρανος proprium aurigæ vel equitis nomen esse conjiciebat, quod admisit Kaibel., de imperatore Villoison. (*Magas. Encycl.* An. 7, t. II, p. 450.) interpretabatur, « quo admisso, apparet quam apta sit sequens exclamatio : *o sortem præstantiorem sorte semideorum.* De sepulcris in equorum honorem exstructis vid. Spartian. *Hadrian. vit.* c. 20. Capitolin. in *Veri vita*, c. 6. et nostram dissertat. de *Bestiis cicuribus* in *Diction. Antiquitt. gr. et Rom.*

CDXCIII. *Thessalonicæ.* Delacoulonche, *Missions scientif.* 1858, VII, 288; unde G. Kaibel, *Epigr. gr.*, etc. n. 519. — Vs. 3. Ex apographo hæc supersunt, quæ supplevit editor : ΔΙ ΓΕΝΕΣΓΕΝΟ. ΣΔΕΛΥΓΙ ΝΣΤΥΓΙ. ΝΤΕΓ ΝΕΥΣ.. — Vs. 6. ΠΑΡΩΣΛΣΟΛΙΜ ΙΣΙΜ Ν ΙΤΟ ΧΡΕ...

CDXCIV. Prope *Antium*. Infra titulum sculpta est

ossea hominis forma. Editum est in *Corp. inscr. gr.* n. 6309, unde repetiit G. Kaibelius, op. cit. n. 711.

CDXCV. *Edessæ*. Delacoulonche, *Missions scientif.* 1858, VII, 216; inde G. Kaibel. *Epigr. gr. etc.* n. 517. — Vs. 5. Ἡδαία nomen suspectum habet Kaibelius, quod sane nusquam alibi occurrit; pro quo libentius legam Ἡδεῖαν jam notum ap. Plut. *Mor.* p. 1129, B, et comparandum cum Ἡδίστη, Hedista, ap. eumdem, *Mor.* p. 843, B, et in multis ap. Bœckhium inscriptionibus (vide hic etiam supra n. 216). Ceterum, cum satis appareat ad unam Titi matrem hunc pertinere titulum, quam post patrem sepelivit (καί με), verisimile est ἡδαίαν sive aliud quod vocabulum sub inusitata ista forma latet, ἐπίθετον esse quod quasi cognomen Mariæ nominisve pars factum erat, ut gallice *la douce, la bonne Marie*, aut etiam matris patriam significari, ex. gr. ΙΔΑΙΑΝ, vel per syncopen ΕΔΣΑΙΑΝ pro ΕΔΕΣΑΙΑΝ. — *c*. Vs. 2 et *d*. vs. 1. Ἔδεσσα hæc est Macedoniæ, non Syriæ urbs cujus gentile nomen Ἐδεσσηνὸς esse videtur.

CDXCVI. *Byzantii*. Dethier et Mordtmann. *Epigraphik von Byzanc.* (*Act. acad. Vindob.* 1864, XIII), p. 64. Anaglypho vir expressus dextra volumen tenens, adstante puero. — Inde G. Kaibel. *Epigrammata gr., etc.*, n. 534. Carmini præscriptum est Θεόδωρος Δομιτίου, φύσι δὲ Ἐπικράτους, γραμματικὸς ζήσας ἔτη λς. — Vs. 2. Lapidarius errore ἀταρπιτὸν ἔπι, seu pro ἀταοπὸν ἔπι, sive pro ἐπ' ἀτραπιτόν. — Vs. 3. Βιθύνιον, Bithyniæ oppidum, Strab., XII, V, 7, Pline, V, 32, XLIII. — Vs. 5. Βύζας, Βύζαντος, Byzas est Byzantii conditor, ut in Oppian. *Halieut.* V, 521 : Ὅσοι Βύζαντος ἔχουσιν ἄστυ. — Vs. 6. λαγόσιν id est in gremio urnam ossa tua continentem accepit.

CDXCVII *a*. « Prope *Thebas*. Tres sunt unius sarcophagi tituli quorum unum, quod sequitur, edidit Bœckhius, *Corp.* 1656, reliquos addidit Leakius, *Travels in the northern Greece* tab. IX, n. 40, eosdemque ex suo apographo Welcker. *Mus. Rhen.* 1845, p. 226, Lebas, II, 557-559. — Recte Keil. hoc epigramma sequentiaque duo sic disposuit, ut post mortem Nedymi (*a*), qui Zosimum habebat filium, Nedymus nepos (*b*), postremusque (*c*) Zosimus, qui antea Nedymum patrem sepeliverat, monumento hoc conditus sit. » G. K. — Vs. 2 Νήδυμόν (*Dulcem*) et nomen proprium et adjectivum est. — 7. Keil μ' ἐτέλεσσε, ἀδεῶς interpretans ἀνενδεῶς, *sine parcimonia*.

CDXCVIII *b*. Prope *Thebas*. Sponius, *Voyage d'Italie, de Grèce*, etc. t. II, p. 267. Multi repetiere, inter quos Muratorius, t. IV, p. MMLXI, Fleetwood. p. 213, Jacobs. *Paralip.* p. 802 sq. n. 48, et *Append.* n. 290, et Bœckh. *Corp.* n. 1656. Misere omnes, Sponio et Bœckhio exceptis, vexaverunt editores et interpretes. Sponii ulla fere sine mutatione apographum secuti sumus. — Vs. 1. pro σκῆνος et θανοῦσι scripsere omnes præter Bœckhium et Fleetwood. παιδὸς θανόντων. — Vs. 2. κείροντες. — Vs. 4. Νήδυμος... ἀδαής. — Vs. 5. omnes εἶτ' ἐγ. — Vs. 6. omnes εἰς ὀλίγον ἐτέων; Sponianum textum retinuimus. — Vs. 7. ἀνάδραστον... ἔχει. — Vs. 10. αἰεὶ μνηστόν. — « Italicæ filius dicitur defunctus : sed hoc matris nomen esse non probabile est; neque ἀδαὴς commode dicatur ipse. Igitur mater illa, origine italica videtur Ἀδάη dicta esse, nisi malis Ἄδδης scribere; simile nomen Ἄδα vel Ἄδας vidimus, n. 1570 b, vss. 35 et 45, notumque etiam nomen Adæus. » *Bckh.* — Vss. 5-10. Puer qui loquens ipse inducitur, dicit se fuisse parentibus unicum, et paucorum annorum *in-numero* i. e. paucos annos numerare, quando decessit : ἄστατος αἰών pro apposito habemus, *vie chancelante*, non tamen *sine fulcimento* in suo curriculo, ubi parentum tutelam habuit puer et præsidium. Sed suum cuique fatum, quod explere debet, etc. Vide apud Bœckh. l. c. quid somniavit ipse et Sanderus cujus intepretationes pluris, ni fallimur, ille fecit.

CDXCIX *c*. Vs. 3. Ceteri præter Lebas. et Kaibel. καὶ. — Vs. 7. « Si probus esset poeta, scriberem μήγ' ἐλπίδων. »

D. *Athenis*. St. A. Cumanudes, Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 388, n. 3510. — Vs. 1. Ἀσκληπιακὸς nom. viri proprium aliunde ignotum; adjectivum sæpe occurrit apud Aristidem, vol. I, p. 290, 298, 301, 314, 315. edit. Iebb., notum tamen Ἀσκληπιακή, mulieris cognomen ex Smyrn. inscript. *Corp.* n. 3148, 22: Φλ. Ἀσκληπιακή.

DI. *Neapoli*, in sacello Joviani Pontani prope ædem S. Mariæ Majoris. Gruter. *Inscriptt.* p. 1098, 8, inde alii, Brunck. *Anal. Lectt.* p. 302, Jacobs. (V. *Animadd.* vol. III, P. II, p. 254), *Append.* n. 354, Franz. *Corp.* n. 5822; nuper G. Kaibel. n. 553. — Vs. 2. Ἰαονίης, *Fr.* — Vs. 3. Ὕπατον, *Jac.*

DII. *Spartæ*, in Museo. Am. Hauvette-Besnault *Bull. de corresp. hellén.* 1879, p. 196, sine ulla adnotatione. — Vs. 4. lapis habet ΑΡΕΝΑϹ nullo inter Ρ et Є spatio. Conf. insigne epigr. Claudiæ Romæ trans Tiberim repertum, *Anth. lat.* IV, CXLVII : Suom mareitom corde deilexit souo; gnatos duos creavit, horunc alterum in terra linquit, alium sub terra locat...

DIII. *Romæ* in ædibus Vaticanis. Murator. p. DCXX, inde Jacobs. *Paralip.* II, n. 33, p. 783, Franz. *C. insc. gr.* n. 6234.

DIV. Edidit Spon. *Miscell.* p. 357; post hunc multi, inter quos Brunck. *Anal.* III, p. 310, n. 729, Jacobs. (*Animad.* vol. III, P. II, p. 114), *Append.* n. 233, etc. Franz., *Corp.* 6253, G. Kaibel. 679. — Vs. 3 Brunck. facilius archetypum quemdam recepit αὐτὸς ὁ γεννήσας καὶ κηδεύσας ἐπέγραψα, — ἄχθος ἔχων κραδίῃ, qui ita perversus fuit ab auctore, sine ulla metri cura ut ad matrem Marcellæ referret. — Vulgo ἐπέγραψα quasi ipsa loqueretur mater. Lapis ex Sponii apographo, ΕΠΕΓΡΑΥΑ, quod bene correctum est ἐπέγραψα.

DV. *Romæ*, in urna cineraria. Gruter. *Thesaurus*, p. 665, unde repetierunt Brunck. *Anal.* III, 312, n. 739, Jacobs. *Anth.* Lips. t. IV, p. 280 (*Animadv.* III, Part. 2, p. 326), Franz. *Corp.* n. 6285, Kaibel. 680. — Vs. 1. Franz. εἴκοσιν ἕξ. — Vs, 2, lapis habet neglecto spiritu, ΕΙΤΕΝΔΕΚΑΤΟΝ. — Vs. 4, in lapide est δεξαμένη. Subjectum est hocce epigramma latinum male comptum :

Hic jacet exanimis tumulis Ælia Sabina
cum sua nata simul, fetu, quem procreat ipsa.
O Fortuna, fidem quantum mutasti maligne!
Quem genuit genitrix secum tenet in lare Ditis.

DVI. *Corp. inscr. gr.* 1923 b. *Addend.* « In Leucadia, ex parietinis Leucadis. Editum est in Ἰονίᾳ Ἀνθολογίᾳ fasc. IV, p. 874 sqq. cum notis quas non attingo. » *Bckh.* Kaibel. n. 482. — Vs. 2.

Supplevit Bœckhius lacunam quæ ne ullo quidem modo in apographo indicabatur, his verbis : κῦμ' ἁλὸς οὐλόμενον. Sensus videtur esse : Telesphorum cùm in eo esset ut proficisceretur, cohibuit tempestas, qui cingulum solverat, i. e. discessum, dum fieret maris tranquillitas, distulerat, etc.

DVII. *Haskevi* prope Philippopolin. Ed. v. cl. Dumont, *Inscriptt. de la Thrace*, p. 26, n. 58, inde G. Kaibel, *Epigg. gr. etc.*, n. 528. — Vs. 1. Sententia frequens in epitaphiis, sed sæpe elegantius expressa, ut apud Gruter. p. MLVI, 8 :

.... conjux retinet commune sepulcrum
juncta toris quondam, jungitur et tumulis.

in *Anthol. lat.* P. Burmanni t. II. IV, 209 :

quos jungit tumulus, junxerat et thalamus.

et in græco Heliodori et Diogeneæ epitaphio, auctore Apollonida, *Anthol. pal.* Didot, VII, 379 :

ἄμφω δ' ὡς συνέναιον, ὑπὸ πλακὶ τυμβεύονται,
ξυνὸν ἀγαλλόμενοι καὶ τάφον ὡς θάλαμον.

et etiam, in hac nostra sylloge, n. 250, Claudii Agathemeri medici epitaph. vs. 3 :

Ξυνὸν τοῦτο δέ μοι Μυρτάλῃ ἐστι συνεύνῳ...

DVIII. *Byzantii.* Albertus Dumont, *Revue archéol.* 1868, II, 254; postea, G. Kaibel, *Epigr. gr. etc.*, n. 535. — Vs. 1. Ἐχέφρων pr. nom. defuncti esse credam, quippe quod mihi, ut Kaibelio, extremum vs. 2. vocabulum Basiliæ potius esse cognomen videtur. — Subscriptum disticho est ζῇ.

DIX. *Æginæ.* Phil. Lebas. IV, 1704, inde G. Kaibel., *Epigr. gr.*, etc., p. 105, n. 271, qui « Epigramma, ait, recentissimum videtur pastor quidam juvenis in Ampelii senioris amici mortem scripsisse. » Vs. 2. « πηκτίς est fistula pastoricia vel syrinx, cujus singuli calami αὐλοὶ vocantur. » — Vs. 6, τέρπομαι, *sic*, postquam vss. 1 et 3 scripsit lapicida τέρπομε. — Vs. 6, lapis ἔσστασι, quod « videtur non corruptum, sed ab inscito homine pro dactylo habitum. » *G. K.*

DX. *Minoæ Amorgi.* Ex Baumeisteri apographo edidit Schneidewin. *Philol.* IX, 391. Vs. 4, facile incomptum restituit G. Kaibelius, nisi quod pro ἔην posuit ἔφυ. — Vs. 5 pravissimum credideris ab imperito poeta ita concinnatum.

DXI. *Romæ* in novo museo Lateranensi. Edita est a multis hæc inscriptio, et postremo bis a Franzio. *Corp. inscr. gr.* T. III, p. 891, n. 6223, et in *Addend.* p. 1263, n. 6223 b ex schedis Ludolf. Stephanii. — Vs. 2, in titulo qui *heptameter est* (auctoris an lapicidæ incuria incertum) facile ad justum modum reductus est, quum inutilia sint ἦν ante ἥρπασαν et ἀπὸ ante γονέων. G. Kaibel. ex vestigiis in lapide servatis ΚΑΤΕΙ''' ΙΠΑΝ κατ' ἐρίπαν. « Fortasse, ait, ἐρείπα sive ἐρίπα forma diversa est, sensu non diverso, pro ἐρίπια i. e. *rupes;* ut puellam de rupe præcipitatam cogites obiisse. » Disticho subscriptum est : Τίς ἔζησεν ἔτη β̄, μῆ. ια, ἡμ. ῑ. Εὐψύχει, Δροσερί. Οὐδεὶς ἀθάνατος.

DXII. *Romæ*. Sc. Maffeus in *Mus. veron.* p. CCCXVII, 1. — Repetierunt Brunck. *Anal.* III, p. 302, n. 703, Jacobs. (*Anim.* vol. III, P. II, p. 277), *Append.* n. 225, Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 6302, Kaibel. 564. — Vs. 1. pro γοερὸν, conjiciebat Maffeus στυγερόν. — Vs. 2. pro μικρὸν, Brunck. ὀλίγον. — Vs. 3. Maff. ἔχουσιν. — Vs. 5, id. εἴδοντο. — Vs. 6, id., ἧς ἔται, ab ἔτης, *sodales*, προσθεμένων. Οἰνοχαρῆς nomen proprium esse credidit.

DXIII. *Romæ* in ædibus Vaticanis. Welcker. *Syll. epigr. gr.* p. 103, n. 71, Osann. *Syllog. inscr.* p. 440, n. 113, Franz. *Corp. inscr. gr.* p. 937, n. 6304, Kaibel. 678, qui vs. 1. γλυκί[ω] scripsit.

DXIV. *Romæ,* in Villa *Grandi.* Editum est in *Bulletin de l'Institut de correspondance archéol.* n. IV, april. 1873, repetitumque in *Revue archéol.* T. XXVI, ann. 1873, p. 134, et ab G. Kaibelio, 604. « Moschianus fortasse τῆς ἱερῆς συνόδου τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν sodalis fuit. » *G. K.* — Vid. titulum Thebis repertum in *Bullet. de Corresp. hellén.* 1880, mens. maio, p, 335 : τὸ κοινὸν τῶν περὶ τῶν Διόνυ[σον, τεχνιτῶν] τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας. Cf. Opuntiam inscript. : ... ἔδοξε τοῖς περὶ Διόνυσον τεχνίταις τοῖς ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας, et aliam Thebanam a Keilio editam, *Syll.* p. 80 et Lebas. *Attic.* 504.

DXV. Vs. 1. Κόσμησεν. Satis notum eo sensu de funebri apparatu verbum κοσμεῖν. Cf. inter plurima loca Soph. *Ant.* 901, Eurip. *Troad.* 1147 : ὅταν σὺ κοσμήσας νέκυν, etc.

DXVI. Jac. Sismond. in *Notis ad Sidonium*, p. 159 sq. : « Effossa est paucis abhinc annis, cum Romæ essemus, via Prænestina, tertio ab urbe lapide, vetus altera duplex inscriptio quæ Polynicis et Tatiani filii agitatorum in singulis factionibus palmas enumerat, senis versibus adjectis, quorum duo tantum primi restant incolumes. » Hunc titulum supra jam exhibitum sub n. 357 (de quo vide notas) hîc repetimus, utpote quem esse mutilum non satis notavissemus. — Vs. 2. Μάκαριν pro Μακάριον quod sæpe occurrit in hujusce ætatis inscriptionibus.

DXVII. *Romæ.* Maffeius, *Mus. veron.*, *inscr. var.* CCCXVII, 3, unde Franz. *Corp.* 6269 et G. Kaibel. n. 634.

DXVIII. *Romæ.* Gruter, p. DCCCCII, 12; inde Grotius repetiit et transtulit versibus latinis, *Floril. gr. Mantiss. tert.* p. 410, Franz. *Corp.* 6218 et G. Kaibel. 589. — Vs. 1. Γαιωνᾶς nom. pr. frequens in inscriptt. græcis Ægypt. V. Letronn. *Ægypt.*, p. 485. Gæonas hic noster forsitan fuit curator alvei et riparum Tiberis, qui, ut erat quoque hilaris conviva, et sæpe vini regno fungebatur, hic dicitur jura dedisse in conviviis. Tradebatur ὁ καὶ ἐς Τίβεριν, quod acceperat Grotius; κίστιβερ autem vocis latinæ *cistifer* litteris græcis transcriptio est, qua *mysticus popa* significatur. Unde videre est priori scripturæ congruere priorem conjecturam. — V. sq. epigr. — Vs. 3, morti nequaquam debetur, i. e. nondum morti maturus. Meminit versum quemdam Simonidis (*Anth. pal.* X, 105) : Θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα. Cf. Hor. *Ad. Pison. Debemur morti nos nostraque.* — Subter scriptum est *Gaionas animula.*

DXIX. *Florentiæ* in villa Strozzia. Montefalc. *Diar. ital.*, p. 361, cum interpr. lat., Gorius *Inscriptt. ant. Etrur.* t. I, p. 373, n. 128, illustratum notis Salvinii; ex utroque dedit Muratorius t. I, p. 178, n. 3, cum interpret. latina, Jacobs. *Paralip.* II, n. 59, *Append.*, n. 335, Franz. *Corp.* n. 6202, etc. Nuper G. Kaibel. n. 586. — Vs. 1. Franz. pro τῇδε ἐνθάδε, Welcker. (*Mus. Rhen.* III, p. 1845, 253, n. 30) ἠνίδ', — Vs. 2, κιστοφόρος, Muratorii lectio pro qua dederunt Montefalcon. et Salvin. παστοφόρος. — Vs. 3.

lapis habet πληρώσασα manifesto quadratarii errore, sive poetæ imperitia qui quod in archetypo legerat εἴκοσι πληρώσασα mutare nescivit. Supra scriptum est latinum hoc tetrastichon :

Hic tumulata jacet Bacc]hi dei nota [sacerd]os
pastophorus]que deæ Nilo[tidi, virgo p]udica,
nomine Ale]xandria, cui flo[rem atq]ue juventæ
robur P]arcarum nota sustu[lit i]nvida Diti.

DXX. *Romæ*. Muratorius, *Thesaur.* p. CCXVII; inde Brunck. *Anal.* III, p. 314, n. 744, Jacobs. (Vid. *Animadvv.* vol. III, P. II, p. 331). *Append.* n. 217, Franz. *Corp.* n. 6205, et Kaibel. 608. — Vs. 3. Lapis habet : κείνοις περ..... κινεῖτο, quem hiatum explevit Jacobs. κείνοισιν ὅσων, Franz. κείνοις οἶσπερ. Sic in epigrammate latino de se loquitur mimus Vitalis (*Anthol. lat.* t. II, p. 18, n. xx) :

Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum,
ut plures uno crederes ore loqui.

Vs. 4, διδαχαῖς iis artibus quas discipulos suos docuit. — Vs. 7. In lapide εὐχόροιο; emendabat Salvinius εὐρυχόροιο, quod lapidi omnino congruere videtur, Jacobs. ἠϋχόροιο.

DXXI. Prope *Naxum Amorgi*. Ex Sprattii ectypo Babington. *Transact. of the Royal Society*, X, 23, unde G. Kaibel. *Epigr. gr. e lapid. conlecta*, n. 277. « Litteræ inferioris ætatis esse dicuntur. — Vs. 1. suppl. Wilamowitz. — Vs. 4. Alcestis Penelopæque epitheta non placent. » *G. K.*

DXXII. *Spartæ*. Ex apographo suo edidit v. cl. Foucart. *Inscr. gr. et lat. etc.*, Part. II. Mégar. et Pélop., etc., n. 211 b. Suprascriptum est versibus : Φαῦστε, χαῖρε, ἔτη βιώσας Ī, omissa una ex duabus litteris quibus indicata erat defuncti ætas : octo aut novem et *decem* (Ī) annos natus erat, ut qui jam duxerat uxorem (κουριδίης ἀλόχου). Notandum tamen legisse Kaibelium μ̄, quod XL valet. Longissima litterarum forma arguitur infima ætas (*Fouc.*). — Iterum P. A. Comnenus, Ἀθηναίου an. II, t. II, p. 76 sq., ex meliore, ut quidem editori videbatur, apographo, repetiit, et inde Kaibelius n. 476.

DXXIII. *Eudeli*, in insula Nicaria. — *Monatsbericht der königlich Preussischen Academ. der Wissenschaften zu Berlin*, Januar. 1875, p. 10. — Tetrasticho subscriptum legitur : Φιλοκλῆς Δημητρίου ἥρως χρηστὲ, χαῖρε. — Vs. 3. G. Kaibel. *op. cit.* n. 295 conf. Aur. Appiani Chresti epitaph. (*supr.* 180, 3) : οὐκ ἔφθην χλαῖναν περὶ αὐχένι θέσθαι, quod alio quidem sensu nos cepimus. Hic significatur Philocrates ante decessisse quam ephebicam chlamydem induisset.

DXXIV. *Gergithi*. Ex apographo Kieperti, *Ann. Inst. archéol.* 1842, p. 144, edidit v. cl. Waddington. *Inscriptt. etc.*, n. 1745. As. Min. Additæ sunt monumento undecim coronæ, quarum septem habent inscriptiones, ex aliis quatuor erasa sunt; coronas inter et magnam inscriptionem fuere anaglypha quæ malleo deleta sunt. Coronarum inscriptiones : Ὁ χῶρος ὁ Μοττιανῶν. Ὁ χῶρος ὁ Βαιστεανῶν. Ὁ χῶρος ὁ Τρινοιξειτῶν. Ὁ χῶρος ὁ Ἀγεανῶν. Ὁ χῶρος ὁ... δανῶν. — Ὁ χῶρος ὁ Ἰλθειτηνῶν. Ὁ χῶρος ὁ Υχαντηνῶν. — « Supplementa sunt omnia Franzii sive Lebasii. Ex iis quale fuerit hoc epitaphium summatim intellexeris; singula enim non probare velim. » *Wadd.* — Nonnulla tentavit G. Kaibelius *op. cit.* n. 335. — Vs. 8. ῥείθρου ἐπ' ἠϊόσιν. — Vs. 9. τόνδ' ἄρα, μῆτερ, ἐμοῦ δέξαι λόγον ἀ. τρ. — Vs. 10. ὧν ἔκαμες, reliqua parte desperata. — Vs. 11. οἵ τ' ἀπό μοι τοκέων. — Vs. 12. β. ἐμῇ τέφρῃ. — Vs. 17. ὀστᾶ, κενεὸν σέβας εἶχον.

DXXV. In museo Campaneo. Froehner, *Musée du Louvre, les Inscript. grecq.*, etc., p. 275, n. 190. — Epagathus, pr. nom. jam notum ex var. inscriptt. — Vid. Boeckh. *C. i. gr.* vol. I, n. 266 et 268, etc.

DXXVI. *Romæ* in urna ornata figuris Ulyssem et Sirenas repræsentantibus, quæ non jam exstat. Ap. Winckelmannum, *Storia dell' arte*, t. II, p. 133, unde inter alios Brunck. *Annal.* t. III, p. 315, n. 748 (Cf. Jacobs. *Animad.* III, 2, p. 335) et Jacobs. *Append. Epigr.* n. 104, Franz. *Corp.* 6288, Kaibel. 567. « Severam esse filiam filii Strymonis, qui ipse Strymon appellatus fuerit, putat Jacobsius. Sed Στρυμόνιος παῖς dictum est Στρυμόνιος πῶλος (Euripid. *Rhes.* 383), id est παῖς. Itaque Severa fuit filia Strymoniæ sobolis. » *Bœckh.*

DXXVII. *Romæ*. Est apud Smett. fol. CXXXI, Gruter. p. CCCXXXII, etc.; Unde transiit in Brunck. *Lectt.* p. 301, Jacobs. (v. *Animadd.* vol. III, P. II, p. 338). *Append.* n. 332, Franz. *Corp.* n. 6209. — Vs. 1, Smett. ΠΑΙΣΤΑΕΙΟΣ, Donius, ΠΛΙΣΤΑΕΙΟΣ, conjiciebat Brunck. πλεῖστ' αἰνέτος, Gruterus παῖς Γάϊος, Grotius παῖς Τήϊος, Franzii emendationem accepimus. G. Kaib. Παῖς γάειος, qui « Erraverunt, inquit, quicunque patris nomen in his latere censebant; Asclepiodorus enim ut mimus servus erat, utque servus, nullius generis, sed *terræ progenies*. Cf. *Anth. pal.* VII, 371, de Crinagoræ servo. » Sed non satis compertum est servum fuisse præsertim hac ætate qui mimicam histrionicam artem exercebat. — Vs. 2. inter ἀσκήσας et εἶδος lacuna est quam supplebat Burmannus ex Grotii schedis, πάσης; Brunck. suspicabatur ποικίλον ἀσκήσας εἶδος ὑπ.; quod dedimus Franzii supplementum est. — Vs. 4. Vid. infr. n. 683. Πολλὰ μεθ' ἡλ.

DXXVIII. *Romæ* repertum, nunc Parisiis asservatum in theca nummaria. Edidere post alios Brunck. *Lectt.* p. 304, ed. Lips. IV, p. 279, n. 729 b (Jacobs. *Animadd.* III, P. II, p. 316), *Append.* n. 172. — Vs. 2. Lapis habet ποιεῖ. — Primus ediderat Muratorius, p. 1732, ultimus Franz. *Corp.* 6277, Kaibel. n. 703.

DXXIX. Apud Romam. Edidit inter multos Buonarotius in *Observ. in vas. vitr. cœmeter.* 1716, p. 137, Murator. *Thes. inscript.* p. 696, n. 5, uterque cum interpretatione lat. et notis, Jacobs. *Paralip.* II, 5, p. 757 (cf. *Animadv.* III, 2, p. 307) et *Append.* n. 119, Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 6208. — Vs. 1. Franz. οἶπερ ἐς, quod jam proposuerat Jacobs. qui tamen retinuerat, ut ipse postea Kaibel. *op. cit.* 594, οἳ πάρος. — Vs. 4. lapis habet ΠΟΛΥΠΛΑΝΚΤΟΙCΕΝ, unde Franz. πολυπλάγκτοις ἐν πραπ. — V. 6. Marmor. : ΑΜΥΜΝΙCΙΝ, — ubi Jacobs. ἀμυμόνεσιν. G. Kaibelius autem ait : « Describens vero notavi litteras ΝΙ ex ω posse corruptas esse. Itaque ἀμύμωσιν solœcam formam quam Jacobsii ἀμυμόνεσιν reponere malui. » — Vs. 8 : ΕΙΝΑΛΕΩ, unde eruerat primum Jacobs. ἀργαλέῳ, deinde σιγαλέῳ, nos post Franzium εἰναλίῳ. « Scriptum est epigr. in Asclepiadem medicum et philosophum, qui de animorum immortalitate scripsisse videtur. » *Jac.* — Conf. ad χρησμοσύνην Mura-

torius Hippocratis elogium in *Anthol. palat.* IX, 53 : καὶ νεκύων ἦν σπάνις εἰν ἀΐδῃ.

DXXX. *Athenis.* St. A. Cumanudes. Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 390, n. 3435. Est et apud Bœckh. *Corp. inscr. gr.* n. 1019, et Kaibel. 126.

DXXXI. In *Melo* inventum, nunc *Athenis. Ephem.* 3508. Repetiit G. Kaibelius, p. 103, n. 266. — « Litteræ infimæ ætatis, epigramma vero haud inelegans. » *G. K.* Cf. supr. n. 349.

DXXXII. *Thespiis.* St. A. Cumanudes in Ἀθηναίῳ, 1878, p. 285 sq. — Negligenter insculptum est. — Vs. 1. Suspectum habet editor nomen propr. Κλέανδρος, quod fortasse existimat dividendum esse sic : Κλέας ἀνδρός; deinde conjiciebat σοφοῦ, intelligens Cleam statuisse monumentum viro docto sive sapienti suo Eutychiano; sed hac inventione sua parum contentus, et spe omissa, exclamavit : « videant alii. »

DXXXIII. « In promontorio insulæ Amorgi, Minoæ meridiem versus Arcesinæ oppidi parietinæ superesse putantur in loco Kastri. Ex schedis Demetrii Gauræ ed. Rossius. *Inscr. gr. inedd.* Fasc. II, ad n. 2263 c, p. 81, n. XI, atque hinc Welckerus *Nov. Mus. Rhenan.* 1841, p. 208. » Bœckh. qui ipse dedit hunc titulum in *Corp. inscr. gr.* n. 2264 v. *Addend.* II. — Vs. 1. Lapis habet Κλεομάνδρου quod æque valet in metris ac Κλευμάνδρου. Multa quorum in compositione est μάνδρα nomina affert Bœckhius. Pro τὸν ἐν Π., Bœckh. τῷ, Kaibel (219) τοῦ.

DXXXIV. *Halicarnassi.* In tumulo erecta fuerat statua, ut docent vs. 1 et 4, Λιθοδαίδαλος ἔνθα τέτευκται, — Λιθοκαλλέα μορφήν. — Edidit Haussoullier. *Bullet. de corresp. hellén.* 1880 mense junio, p. 406. Monet editor vocabula λιθοδαίδαλος et λιθοκαλλέα nusquam antea reperta esse. — Vs. 3. ἡδείαις. — Vs. 4. ἀνέλαμψε activo sensu, quod raro fit.

DXXXV. *Bononiæ* (?). Marinus *Fratr. Arv.* vol. II, p. 715. Inde Welcker. *Syll. Epigr.* p. 110, n. 88, edit. alt. et Franz. *Corp. inscr. gr.* III, p. 891, n. 6223, G. Kaibel. 555. — Vs. 4. θαλάμοιο id est funebris thalami, sepulcri. « At θάλαμος nisi accedat epitheton non est sepulcrum, neque sic perspicitur quis fuerit ille Athenæus. Lucem adfundit ultimus versus : εὐνοίας enim laus non docet cognatum sed patronum, nec quale officium Athenæus habuerit tacetur : erat enim θαλάμου φύλαξ vel *cubicularius* Dionysii. *Servus libertusve ipsis defuncti fratribus pietate victis monumentum faciendum curavit.* » *G. Kaib.* — Vs. 5. θεσμὸν ἀέξων, cf. *Corp.* n. 6002. ἐν θεσμὸν ἔχοντες.

DXXXVI. Lapidem in vico Sabinorum *Scandriglia* dicto repertum, nunc in Museo Borbonico Neapolitano asservatum edidit et commentus est Bern. Quaranta *Commento sopra una greca iscrizione*, etc. Nap. 1826, 4°. Inde repetierunt Welcker. *Mus. Rhen.* III, 1845, p. 257, Franz. 6199 et Kaibel. 651. — Vs. 3. Welcker. ἐς μακάρων ἀν. κέαρ· ψυχὴ γὰρ ἀεὶ ζῶσ'. — Vs. 5. Quaranta conjiciebat ἴσχεο ἀνστενάχων. « Pro christiano Quaranta venditavit titulum; falso : est paganus, et, ni fallor, a stoico oriundus : eo certe deducit laus τοῦ ἀειζώου et effatum σῶμα χιτὼν ψυχῆς notum ex Epicteto, *Diss.* p. 99, aliisque. » Franz. — Vs. 6. « τὸν θεόν μου, i. e. τὸ θεῖον μου, *animam meam.* Defunctus fortasse Pythagoreus fuit. » *G. K.*

DXXXVII. *Burdigalæ.* Apud Lipsium in fine Auctarii Smetiani et Gruterum in *Thesaur.*, p. DCCCII, 1. ex quo habet etiam Bonada, vol. II, p. 129. Dederunt et Brunck. *Anal.* III, p. 310, n. 730, Jacobs. (*Animad.* vol. III, P. II, p. 316), *Append.* n. 232, etc. « Est et Vineti hæc versio quam inter vetera epigramm. latina edidit Ferretius, lib. V, p. 330, et post eum Petr. ipse Burmannus in *Anthol. lat.* t. II, lib. IV, p. 51, LXXIV :

Ossa gemelliparæ Lucillæ hic sunt sita, cujus
secta fuit proles, vivens patri et altera matri.

« Similis coloris est illud in Angelæ epitaphio (*ibid.*, p. 50, n. LXXII) :

... tenerum saltem mors improba fœtum,
liquisset misero, matre cadente, patri,
aut matrem potius...

et conferri meretur elegantissimum epigramma Antipatri (*Anth. pal.* VII, 464) de Aretemiade gemellipara, et alterum de eadem Heracliti (*ibid.* VII, 465). » *P. Burm.*

DXXXVIII. In extremis Durii (Estremadura) Labord. *Itiner. Hispan.* (*Voyage d'Espagne*). t. I, P. II, 1811, f°, p. 125, et hinc Boissonad. *Diar. class.* t. XX, p. 290, Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 1045, n. 6805. Subter scriptum est latinum distichon hocce :

Nomine Julianus : menses excedere septem
haud licitum; multum flevit uterque parens.

— Vs. 1. G. Kaibel. n. 704. Γαιῆνα, ex Huebnero qui in *C. inscr. lat. Hisp.* 562, suum ectypum secutus est. — Vs. 2. Id. ὀλοφυράμενοι.

DXXXIX. *Heracleæ ad Latmum.* Chandler. *Inscr.* p. 18, n. 52, inde Jacobs. *Paralip.* II, n. 66, et Bœckh. *Corp.* n. 2898. — Vs. 5. προσψύχετε. « Hoc verbum, quod *adspirandi* significationem habere debuit, vix alibi occurrit. Sed inesse ei teneri amoris vim, ita ut se *adplicare*, *complecti* significet, suspicari possumus ex cognato περιψύχειν, quo Alciphron utitur I, 39. » *Jac.* Conjicit Jacobs. προστήκετε. G. Kaib. (292) scribit πρὸς ψύχετε, *quid frustra juxta inanem tumulum spiratis?*

DXL. In anaglypho sepulcrali, quod fuit Venetiis apud Apostolum Zenonem Muratorius, t. III, p. MDCCXXVII, 4. Accuratius dedit Maffeius *Mus. Veron.* p. LIII, 9. — Repetierunt Bonada, *Anthol.* II, p. 122, Burmann. ad *Anthol. lat.* II, p. 222, Brunck. III, 305, n. 710; Jacobs. (*Anim.* III, 2, p. 286) *Anthol. pal.* Append. n. 229; Franz. *Corp. inscr. gr.* IV, n. 6862, Kaibel. 469. Supra versus scriptum est : Πώλλα Περιγένου χαῖρε, Λικιννία χαῖρε, Λικιννία Ἑλένη χαῖρε. — Vs. 2. ἄφνως correpta priore syllaba.

DXLI. *Venetiis,* in ædibus Rugeni, ex schedis Nicolai Fabricii, Gruterus *Thesaur.* p. MCXLVII, 2, ex schedis Peirescii Jac. Spon., *Miscell. erud. ant.* p. 317, deinde Brunck, *Anal.* t. III, p. 307, Jacobs. (vid. *Animadd.* vol. III, P. II, p. 298). *Append.* n. 305, Bœckh. *Corp.* n. 710, St. A. Cumanudes in Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 256, n. 2143, Kaibel. 42. « Versus sunt sub anaglypho, nomen super eodem; anaglypho repræsentatur adolescens pallio indutus, non recubans, quod quis ex Sponio conjecerit, sed stans. » *Bckh.* — Vs. 3. Vir doctiss. Dehèq. comparat hunc versum in quemdam nomine Felicem :

Infelix Felix, tantum eheu! nomine Felix.

DXLII. In regione Attica quæ dicitur hodie *Vala-*

nideza. Rhangabes *Antiq. hellén.* t. I. p. 17 sq. n. 20, deinde v. cl. St. Cumanudes, Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ., p. 360, n. 3102. — Αυσέας idem nomen ac Λυσίας sed vetustiore forma, et aliunde ignota. Σήμων nom. pr. nusquam alibi occurrit — Hic titulus superioris ætatis esse Kaibelio (n. 5) visus est, sed ea quam in nominibus σῆμα Σήμων sic positis deprehendere licet scurrilitas infimam potius ætatem arguit.

DXLIII. St. A. Cumanud. Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 235, n. 1957. — Cf. ap. Bœckh, *C. inscr. gr.* n. 930, *supr.* n. 161, nom. propr. Γοῦργος auri-fusor, χρυσοχόος, quod idem esse videtur in infima ætate corruptum. Ceterum Γόργος n. pr. satis multis exemplis notum. Nomina pr. non admisit Kaibel. n. 92.

DXLIV. *Athenis*. Steph. A. Cumanudes, *Athen. gr.* ann. 2, tom. 2, p. 136. — Antiquissimum (VI s.) esse existimat epigr. G. Kaibelius (n. 2), quod non satis compertum nobis videtur.

DXLV. *Athenis*. St. A. Cumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ., p. 343, n. 2907. Pessimi et ii quorum nonnullos non possis dicere certo metro constare, versus. — Vs. 1. claudicat; ad metrum sustentandum, monente Kaibelio (n. 167), pro ὁδοιπόρε παροδοιπόρε scripsimus. — Vs. 3-4. metrorum fragmenta. — Vs. 6. excedit una syllaba mensuram.

DXLVI. *Athenis*. Cumanudes, *ibid.*, p. 400, n. 3508. « Infimæ ætatis epigramma, cui similia multa apud Gregorium. *Anth. pal.* VIII, 179 sqq. » *G. K.*

DXLVII. In vico *Conduriotissa* inter Dium et Petram sito. Heuzey, *le Mont Olympe*, p. 479, cujus sunt supplementa. — Vs. 2. Λυκειανή, plane ignota forma; fortasse scribendum θῆκεν Λουκιανῇ, correpta penultima metri causa, ut in epigrammate Luciani (Edit. Didot, p. 808). *In suum librum :*

Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε, παλαιά τε μωρά τε εἰδώς...

— Vs. 3. rectius forsan σύ[ζη]σεν, sed scripturæ relliquias haberemus oporteret. — Vs. 4. Kirchhoff. *Diar. arch.* 1860, p. 94, proposuit σωφροσύνης μελέτην, sed G. Kaibel, *Epiggr. gr. etc.*, n. 525, collato epigramm. Phrygio (v. infr. n. 612), vs. 5 σωφροσύνης δ' ἀρετὴν οἶδεν ἐμὸς γαμέτης, editoris restitutionem prætulit; proposuit autem ipse δεξαμένη pro ἀραμένη.

DXLVIII. In vico *Conduriotissa*. Heuzey, *ibid.*, p. 480. — Kirchhoff. *Diar. arch.* 1860, p. 95; Burrian, *Mus. Rhen.* XVI, 423; G. Kaibel *Epigr. gr. etc.*, n. 544. — Vs. 2. apogr. ΤΛΗΤΑ-ΑΦΙΛΑΜΕΝ; restituit Kaibelius πάντα... ἀφεῖλατ' ἐν; proponebat Bursianus τλῆτε θεὸς ζωῆς ἀφέλκεμεν αὐτήν. — Subscriptum est :

Σέμνη παροδίταις χαίρειν· χαίρετε παροδῖται.

DXLIX. In *Pyrgheto* vico veteris *Philæ* loco posito. Heuzey, *ibid.*, p. 478, unde Kaibel. n. 543. — Vs. 1. pindarica figura, *Olymp.* I, 13 : δρέπων μὲν κορυφὰς ἀρετᾶν ἀπὸ πασᾶν. — Christianam pietatem redolet hoc fragmentum; Keil. *Mantiss. epigr.* Numburgi, 1864. — Vs. 2. De fide et hospitalitate christiana vid. Divi Pauli sexcentos locos, in primis Epist. ad Hebræos, XI : Ἔστι δὲ πίστις, ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων, etc., per totum caput, et XIII : Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους...

DL. *Romæ*, in hortis Borghesianis, in cippo in quo protome sculpta feminæ romanæ, in sinistro latere cithara undecim chordarum, in dextro lyra quatuor chordarum cornibus instructa. Ediderunt Spon. *Miscell. erud. ant.*, p. 46, Gruter. *Thesaur.* p. 1118, et alii; dehinc Brunck. *Anal.* t. III, p. 306, nn. 717-718, Jacobs. (v. *Animadd.* t. III, P. II, p. 296), *Append* nn. 338 et 349, et Franz. *Corp.* n. 6261. Subscriptum est Petroniæ Musæ. *B.* — Vs. 1. Lapis habere videtur ΣΕΙΡΗΝΑΚΑΚΟΝ, unde multi scripsere σειρῆν' ἄκακον κακὸς, sed Viscontus se in marmore legisse testatur Σειρηνακακος. — Vs. 2. μοι *Fleetw.* — Vs. 6, pro οὐ κάλλους, Franz. ex Fabretto et Gudio qui quoque « se lapidem ipsum in villa Borghesia vidisse ait, » οὐκ εἴδους, sed Viscontus οὐ κάλλους exhibet. — Monet G. Kaibel. hoc epigr. comparandum cum iis quæ supra sunt (n. 410), quæ ad eumdem tumulum pertinere censet : « Illic parentes, maritus, fratres, filiam, uxorem, sororem lugent, hic omnes homines ereptam sibi doctam puellam ejusque artem musicam. »

DLI. *In urbis Vasci parietinis*. Gruter. *Thesaur.* p. MCXXX, et post alios, Brunck. *Anal.* III, p. 316, n. 753 (V. Jacobs. *Anim.* t. III, P. II, p. 339). Jacobs. *Append.* n. 235, Bœckh. *Corp.* n. 2598. — Vs. 1. Kaibel. (n. 195) ἐνυβρίξῃς. — Vs. 2. ex Bentleio (*Animad. in Callim. Hymn.*) sic versum totum statuit Bœckh. : Μή σοι μηνίσω πικρὸν ἐπ' Ἀγεσίλᾳ. Ἀγεσίλας seu Ἀγεσίλαος, populorum, i. e. hominum ductor, qui eos ad se abducit, Pluto est. Lapis habet : ΜΗ ΣΟΙ ΜΗΝΙΣΗ ΠΙΚΡΟΝ ΕΠΑΓΕΣΙΜΗ. Fletwood. *Syll.* p. 236, 2. putabat deam esse Epagesimon, dicta ἀπὸ τοῦ ἐπάγειν, sc. Vindictam. — Vs. 4. Kaibel. Ἀρατίῳ. — Gr. Kaibelio vetustius quam nobis visum est hoc epigramma, qui tamen « primo post Chr. n. sæculo superius vix esse » existimat.

DLII. Scip. Maffeius in *Museo veronensi* LXIII, Bœckh. deinde in *Corp.* n. 2316, Kaibel. n. 213. « *Venetiis* in Museo Peti Marcelli. Ubi repertus titulus sit, non constat; videtur tamen ex Rhenea esse, ubi Deliorum sepulcra. » *Bckh.* — Notat Maffeius *patrem et matrem* PATRES dici in Gruteriana 692, 1; diverso tamen modo id reddi in *Novo Thesauro*, 1684, 12 : « Quanta sit exstinctorum virtus, etc. » — « Indoles satis antiqua. » *G. K.*

DLIII. Apud Murator. p. 1349; inde Brunck. *Anal.* III, p. 306, n. 716, Jacobs. (*Animadd.* vol. III, P. II, p. 294), *Append.* n. 316, et Franz. *Corp.* III, p. 1022, n. 6747. — Vs. 1. Corrigebat Kulenkamp. σῆμά τοι ὦ γλυκέρη Τελεσίλλα, s. σῶμά τοι κ. τ. λ., Bonad. Γλυκέρη propr. nomen. — Vs. 2. λάχεν ἢ οἱ... *Mur.* Franz. ex vetere apographo Θευξενίδας. Unde τεῦξεν Ἴδας Kaibel. — Vs. 3. Ex titulo superest tantum αγα; supplevere alii ἀγάπης τε, μένοι τε; Franz. secuti sumus. Pro μένοι τε, Jacobs. conjiciebat γένοιτο, G. Kaibel. μάλιστα.

Operæ pretium et hoc epigr. repetere quale ex diversis emendationibus concinnavit Kaibelius :

Σῆμά τοι, [ὦ] γλυκερὴ Τελεσίλλα, ἐνθάδε καλὸν
τεῦξεν Ἴδας ἀλόχῳ, λάχεν ἣν οἱ πᾶν τὸ πε[ρισσὸν
πίστεος, εὐνοίης, ἀρετῆς, ἀγαπῆς τε μ[άλιστα,
ὄφρα καὶ ἐσσομένοισι τεὸν κλέος ἄφθιτον εἴη.

DLIV. *Soadæ Bataneorum*. Ex apogr. suo v. cl. Waddington. *Inscr. gr. et lat.* t. III, P. VI. Syria sect. IV, Batanea, XXXIV, Soada, n. 2322. — Cf. aliud epigr. *Anal* III, 287, DCXLII, de alio Sabino de

quo quod dixit Jacobs., « in quem scriptum sit, cum plurimi hujus nominis fuerint, inutile duco inquirere » de nostro fateri possumus. — V. 4, lapis εὐσεβαίων αι pro ε, ut sæpe fit in titulis hujus regionis. — II fere sæculi, ut Kaibelio quidem videtur.

DLV. *Sardibus* repertum, ed. Spon. *Itin.* t. III. P. I, p. 147; — Postea Welckerus in *Museo philol. Rhen.* t. I, p. 167, et Bœckh. *C. inscr. gr.* 3470. — Vs. 1. Suppleverat Bœckhius τόδ' ἀεὶ, Kaibelii emendationem recepimus. — Ἀτέλεστον est in lapide, male mutatum in ἀτέλευτον. — Vs. 2. lapis εοι (ΕΟΙ, Spon. ΕΘΙ), correxit Kaibelius; — πονησαμένῳ dedimus quod etiam est in lapide; Welcker. mutaverat in πονησαμένου. « Sepulcrale non esse epigr. persuasum habeo... Videtur initium esse amplioris carminis in ædificii alicujus epistylio scripti. » G. K. Peyssonelius jam dixerat titulum hunc esse mutilum.

DLVI. *Messanæ.* Qui ediderunt, eos vide apud Franzium (*Corp. inscr. gr.* t. III, p. 627, n. 5626), quorum sunt fere toti vss. 3-5. « Juniores Cyziceni quum in freto Siculo, ut videtur, naufragium fecissent, Aurelius Eutyches, ni fallor, Messenius eorum cadavera collegit, iisque monumentum posuit : pro quo beneficio gratum etiam in Orco animum profitentur. Eutyches igitur illud καλὸν ὄνομα est quo dicunt ornari ipsorum monumentum. » *Fr.* — Censet Kaibelius (n. 643) mutilum esse hunc titulum, « alterumque distichon, quo obitus juvenum Eutychisque auxilium enarrabatur, periisse, atque id male simul cum insequenti a Franzio refectum esse. Totum ipse epigramma sic exhibet :

Κύζικος ἦν μία πᾶσι πατρὶς καὶ μοῖρα δὲ πάντας
ὤλεσεν ἠϊθέους, ὦ παροδῖτα, μία.
. . . .
. . . .
σώματα δ'] αὐτὸς ἔχει[ν ἐ]πόθησεν καὶ [τάδ' ἐπ' αὐτοῖς
τεῦξε λυγροῖς [δακρύ]οις [μνή]ματα μυρόμενο[ς,
οὗ τὸ καλὸν κοσμεῖ περικείμενον οὔνομα τύμβους,
οὗ γλυκύς ἐσθ' ἡμῖν κὰν φθιμένοισιν ἔρως.

DLVII. *Pergami.* Anaglypho canis exsculptus. Jam a Sponio editum hoc epigr. repetiere Bœckh. *Corp.* n. 3559 et Lebas et Waddington, *Inscr. gr. et lat.* P. V. *Asie Min.* t. VI, *Mysia*, 5, Kaibel. 322. Pergam. n. 1041. — Vs. 2. Spon. πολὺ, Welker. ἔηκα φόνον. — Cf. alia nonnulla canum epitaphia quæ supra nn. 154, 224, 294, 345, 361 dedimus, quorum primum ab Anyte scriptum est.

DLVIII. In *Bozyuk*, Galatiæ vico. Ex schedis Bubesquianis et Belsianis editum in *Corp. inscr. gr.* n. 4132, repetiit G. Kaibel. n. 405, qui omnia fere restituit aut emendavit.

DLIX. In vico Turcico *Idindjik*, non longius a Cyzico quam sesquihoræ itinere distante repertum communicavit Lemnius Syllogo Philologico Constantinop. a quo editum est in fine t. VIII (1873-74) περιοδικοῦ συγγράμματος (cf. *ibid.* p. 174), ubi notatur nunc esse Syllogi marmor ipsum in quo insculptum est epigramma. Anaglypho mulier sedens expressa, juxta quam quæ altera fuit persona, periit. Jam notum Mæandria mulieris nomen ex Trallensi inscriptione ap. Bœckh. *Corp.* t. II, p. 591, n. 2940. — Vs. 4. — Hic τύχη eadem esse ac μοῖρα videtur. — Vs. 7. Loquitur ipsa Mæandria. J. Milling, *Syllog. Const. ibid.* παυσιπόνω, dorice, ut videtur. — Supra scriptum est Μαιανδρίης τῆς Βακχίου, *i. e.* Mæandriæ Bacchii (*uxoris sepulcrum*).

DLX. *Cyzici* repertum missumque a v. cl. Casabella v. cl. Georg. Perrotus edidit in *Revue archéol.* t. 31, p. 354 sqq, mens. maio, duplice textu, majusculis et minoribus litteris, cum animadversionibus et gallica versione. — Vs. 5 mendosissimum dedit, quadratarii culpa, reor, quem facillime restituimus, paucissimis additis litteris. Lapis, ut videtur, habet : ΑΛΛΑΝΥΜΦΗΣΙΜΕΤΕΥΣ[ΕΒ]ΕΣΙΚΑΘΗΤΑΙ, ἀλλὰ νύμφησι μετ' εὐσεβέσι καθῆται. G. Kaibel. *Epigr. gr.* etc. n. 338 : ἀλλά νυ μ[ὲν] νύμ]φησι.

DLXI. Marmoreus cippus, in Museo Soc. archæol. allatus ex ora æolica, fortasse *Cyme* sive *Erythris*. *Monatsbericht der königlich preussischen Acad. der Wissenschaften zu Berlin.* Januar. 1875, p. 9. Ex apogr. Betant. quod communicavit v. cl. Renan. dederunt quoque Lebas et Waddington. *Inscriptt.* n. 1556 *a*. — Vs. 3. Wadd. Μήτηρ δ' ἡ. Vs. 4. *id.* αἰάξει, ut in lapide ΑΙΑΞΕΙ. Dedit etiam G. Kaibel. op. cit. n. 230.

DLXII. *Philomelii.* Post Hamilton. *Research. etc.* n. 379. Bœckh. *Corp.* 3982, qui dedit ex lapide in ult. vs. λάχεται, quod quum pro barbarismo haberet, conjecit λαχέτω, quod recepimus. — Epigramma quindecim versibus constabat, ex quibus ii modo certi sunt, quos dedimus.

DLXIII. *Ancyræ* in arce. Paul Lucas. *Itin. As. Min.*, etc. t. I, p. 304. n. 28, Montefalc. *Palæogr. gr.* p. 164, n. 6, Tournefort, *Itin.* t. III, ep. 21, p. 328, inde Brunck. *Anal.* III, p. 301, n. 698, Jacobs. (v. *Animadd.* vol. III. P. II, p. 272 sq.). *Append.* n. 331, Bckh.-Franz. *Corp.* n. 4065, Kaibel. n. 399. — Vs. 1. B.-Fr. ἔνθα pro ὄντα. — Vs. 4. ex apogr. Lucæ, ΑΓεΝΩ, unde eruerunt multi ἀγόνῳ, conjiciebat Jacobs. μόνῳ.

DLXIV. *Amasiæ.* G. Perrot. *Explor. archéol. de la Galat.* etc., t. I, p. 377. — Vs. 2. Stroh. apogr. habet τῆς μιες, Perroti emendatio est, ejusdem sunt cetera supplementa. « Tria distinxi epigrammata, quorum primum cum conderetur monumentum inscriptum est (vss. 1-2), alterum post mortem Cleombroti filii (vss. 3-6), tertium denique, ut vitia metrica ostendunt, multo posterius ab homine inculto. » *G. K.* n. 395.

DLXV. In campo prope *Sagalassum.* Post Arundell. et Welckerum Bœckh.-Franz. *Corp.* n. 4377. Inde G. Kaibel. op. cit. n. 407 qui « epigramma, » ait, « IV sæculo non antiquius. » « Titulus est honorarius idemque sepulcralis in Tertullum, civem Sagalassensem, propter virtutes opulentiamque quam præsertim ludis gladiatorum et venationibus more Romanorum institutis præstiterat, celebratum. » *Bckh-Fr.* Vs. 1. Franzius supplevit πέπτατ' ἀγαυόν, Welck. *Mus. Rhen.* I, 1839, p. 291. ἀγλαόν ἐστι, Kaibel. πρίν ποτ' ἀγαστόν. — Vs. 9. Welckeri interpretatio est.

DLXVI. Prope *Yenidje*, olim *Nakoleia*, in Phrygia Epict. Lebas, *Revue de Philol.* I, p. 334, deinde *Voy. archéol. en Grèce et en Asie-Mineure*, t. III, fasc. inscr. 13, 14, p. 273, nº 1023 (cf. Lebas et Waddington, *Inscrr. rec. en Gr.*, etc., P. V, *Asie Mineure*,

sect. V. n. 1023. Inde repetiit Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, *Addend.* n. 3847, l. Supra scriptum est : Ἀλέξανδρος Ἰαννᾶ τῷ ἰδίῳ υἱῷ μνήμης ἕνεκεν. — Vs. 4. Lebas legebat : ἐρῶν πολλῶν, ἠράμενος πλεόνων, sed dubia græcitate est ἠράμενος pro ἐράμενος, quod habere videtur lapis, quodque restituit Welckerus *Mus. Rhen.* VI, 1847, p. 88, n. 13), non obstante metri vitio. = G. Kaibel. *op. cit.* : κεῖμαι ἔρως πολλῶν, ἐσσόμενος πλεόνων. Prius distichon cum aliqua varietate legitur in titulo Erythris reperto (*Corp.* vol. II, n. 3136) et in marmore quod in Museo publ. Parisino asservatur. In quo anaglyphum sepulcrale convivium exhibens : adest vir in lecto cubans, femina velata, infantes quatuor. Edidit post alios Franzius, *Corp. inscr. gr.* IV, n. 6996. Misere mutilati versus potuere restitui hoc modo :

Οὐ τὸ θανεῖν ἀλγεινὸν, ἐπεὶ τόγε Μοῖρ' ἐπέκλωσεν,
ἀλλὰ πρὶν ἡλικίης καὶ γονέων πρότερον.

In titulo rhodiensi ap. Rossium, *Inscr. ined.* fasc. III, p. 33, n. 281. pro ἐπεὶ τό γε κ. τ. λ. habes : ὅπερ καὶ πᾶσι πρόκειται. — Ceterum cf. epigr. hoc cum eo quod habes infra n. 592 Μήτηρ υἱεῖ.

DLXVII. *Nacoleiæ,* in Phryg. epict Lebas et Waddington, *Inscriptt.* part. V, *Asie Mineure.* sect. V, 5, n. 1024. — Epitaphium ficticium est et ejusdem generis ac ea quæ Aristoteleo peplo comprehenduntur. V. *supr.* nn. 115 et 121.

DLXVIII. « Fragmentum ineditum ubi repertum sit nescio. » G. Kaibel. 135. Wilamowitzii sunt supplementa, qui ne ipse quidem Ægyptium illum fuisse certo affirmat. Subscriptum fuerat nomen cum patria; quorum hæc tantum supersunt : .... ΝΟΥ-ΜΑ'≣Ϲ ΕΤΙ.

DLXIX. *Æzanis.* Lebas et Waddington, *Vogage archéol. etc. Explic. des inscriptt.* p. 246, n. 894, Franz. *Corp.* t. III, *Addend.* p. 1077, sq. n. 3846, z. 60. — Vs. 5. deest ap. Franz., Wilamowitz. et G. Kaibel, n. 376. — De formula imprecat. vid. *Corp.* 3814, 3815, 3827, 3843, 3883, etc., quæ infra dedimus, nn. 570-573.

DLXX. *a. Dorylæi.* Paul. Lucas, *Itin. gr., As. Min.*, etc. t. I, p. 302, n. 23; Bœckh.-Franz. *Corp.* n. 3814, cf. *id. ibid.* n. 3883.
b. Æzanis; ex schedis Al. De la Borde a Letronnio missis B.-Franz. n. 3843; cf. *ibid.* n. 3893. Sæpe multa enumerantur mala imprecationis formula, qualia sunt apud B.-Franz. *Corp.* nn. 3862, 3875, 3990 k, 4000, etc. :

Ὀρφανὰ τέκνα λίποι, χῆρον βίον, οἶκον ἔρημον.

Huic epigrammati præscriptum est : Οὐλπία Ἄπφη Εὐαρέτῃ θυγατρὶ μνείας χάριν.

DLXXI. *Eumeniæ. Corp. inscr. gr.* 3893, coll. *Add.* III, p. 1104; G. Kaibel. n. 376 e. — Subscriptum est ὃς δὲ ἐπιχειρ[ήσει], ἐσοίσει τῷ φίσκῳ (δην.) βφ'.

DLXXII. *Cotiaei,* in sepulcro. Post Bailium, *Fasc. inscr.* I, p. 129, n. xxxviii, Franz. *Corp. inscr. gr. Addend.* 3827 v. Quibus versibus præscriptum est : Τάνας Ἀπολλώνιον, τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα καὶ ἑαυτὴν ἔτι ζῶσα ἐτίμησεν· καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν Ἀπολλώνιος καὶ Ἀσάλιος τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς ἐτίμησαν. — Ἀνδρόμαχος λατύπος. — Λατύπων, id est lapicidarum, mentio non infrequens est in his titulis. Cf. *Corp.* n. 3830, 3827 y, 3857 r; in *Addend.* 4393, etc. — De formula imprecationis cf. *ibid.* n. 3814, 3815, 3883, 3827 dd., etc.

DLXXIII. *Ariæ.* Lebas V, 784; G. Kaibel. p. 149, 376 d. Cf. Keil. *Philol.* V, 647.

DLXXIV. *Cotiæi.* Edid. Lebas. *Voy. arch. en Grèce et en Asie Min.* fasc. inscript. 13, 14, p. 238, n. 806, unde repetiit Franz. *Corp. Addend.* n. 3827 hh. — Vs. 1. Lapis habet ΓΟΡΙΙΑϹ. Vs. 2. Restituit Franz. οὔτιν' ἔχουσα pro οὐκ ἔχουσα, quod in lapide esse videtur. Vs. ult. qui talis in marmore est : ΑΝΔΡΟϹΤΗΔΗΤΕΚΝΟΥΟΥΔΕ ΠΛΕΟΝ-ΙΔΑΚΡΟΥϹΑ, valde corruptum et sensu carentem sic restituere tentavimus. — Litteræ, Kaibelii (365) quidem sententia, III fere sæculi sunt.

DLXXV. « In museo *Smyrnæo,* sub anaglypho cujus argumentum non diversum suspicor esse ab n. 529 (G. Kaibelii), in quo vir exsculptus est altera manu coronam altera gladium tenens. » *G. K.* Editum est in Μουσείῳ καὶ Βιβλιοθήκῃ κ. τ. λ. Smyrnæ 1875, p. 88. — Vs. 1 « Editor Σάγτ[ας]; correxit Wilamowitz. » *Id.* Sagitta cognom. rom. aliunde jam notum. *Inscript.* ap. Labus. *Ara di Haimb.* p. 61 : Q. Largennius Q. F. Fab. Sagitta, — ubi vid. plura ejusdem cognominis exempla. — Decoratus pr. nom. ut Honoratus, correpta secunda syllaba, ut in verbo latino.

DLXXVI, In museo *Smyrnæo.* Μουσεῖον καὶ Βιβλιοθήκη, p. 67. « Nysa ancilla fuit frugi et laboriosa. » *G. Kaib.*

DLXXVII. *Cotiæi.* Lebas. *Voy. arch. etc.*, fasc. inscr. 13-14, p. 239, n. 809, et inde Franz. *Corp.* III, p. 1056, *Addend.* n. 3827 cc. — Ns. 1. Kaibel. Πραιτωρεανόν με.

DLXXVIII. *Smyrnæ.* Ex apographo Wagneri Lebas. et Waddington. *Voyage etc. Inscriptt. rec.* part. V, *As. Min.*, sect. xiii., addit. I, *Ionia*, n. 1529. — Vs. 3. G. Kaib. (310) ἐπικεί[μενος ἄχλυν. — Vs. 5. ἀδελφιδέοι, lapis : ΑΔΕΛΦΙΑΕ ; nec Lebasii supplementum nec illud quod proponit Wilamowitz δύο κοῦροι, Kaibelio placuere, qui lacunam exhibere maluit. — Vs. 8. G. Kaibel. ἐπ' εὐτυχίην, ex sententia quæ est ap. Antip. Sid. *Anth. pal.* VII, 164 : ἔλθοι ἐς ὀλβίστην πολιὴν τρίχα. — Hoc epigr. I vel II sæculi esse arbitratur G. Kaibelius.

DLXXIX. *Smyrnæ,* ap. cl. v. Ivanoff. in cippo ex marmore candido, in quo medio exsculptus est adolescens. Ex Wagneri apographo. Ph. Lebas, et v. cl. Waddington, *Inscriptt.* n. 1532. — Vs. 3. Τάτος nom. pr. est, quod satis est notum sub feminina forma Τάτα, v. *ibid.* n. 1079, 1602; G. Kaibel. (311) scribit ·τάτὸν pro ταὐτὸν, *idem,* sine ulla nota. — Vs. 5. de vocis στέλλη scriptura, cum gemino λ. vid. et Waddingt. n. 1065 et n. 1132, etc. — G. Kaibel. qui hunc titulum sine ulla mutatione exhibuit, « Incredibile, inquit, quantum interpretes de vv. 2 et 5 erraverint; » melius quidem esset si errores eorum quales sunt exprimeret.

DLXXX. *Pergami.* Smyrnæ editum in Μουσείῳ καὶ Βιβλιοθήκῃ κ. τ. λ. p. 41. Subscriptum est Ἀντωνία Ὀρείνῳ ἀνδρὶ ἰδίῳ μνείας χάριν. — Vs. 1. Edit. φάος [λαμπρόν], correxit G. Kaibelius, Add. n. 333 a. — Ἀγεννῶς, quasi ἄνευ γέννης, quod hoc sensu rarum. — Vs. 8. Viri nomen primum Chrestinus, postea fuit Orinus.

DLXXXI. *Cantabrigiæ* asservatur in scala bi-

bliotb. Collegii S. Trinitatis, in marmore sepulcrali. — Edidit post alios Franzius, *Corp. inscr. gr.* n. 6861. — Sinistra Παπίας, dextra autem legitur χαῖρε. — « Titulum conjeceris ex Asia minore esse allatum; credique possit Δόκιμον esse nomen portus cujusdam Mileti (*Charito*, 3, 2 : Ἐπ' αὐτοῦ τοῦ λιμένος τοῦ Δοκίμου λεγομένου). Kaibel. 666 : « Urbis Phrygiæ nomen est Δοκίμειον, unde ἥρωα κτίστην ille Docimum aut sibi finxisse aut novisse videtur. » Strab. ed. Did. XII, VIII, 14, Δοκιμία κώμη; Ptolem. V, 2, 24, Δοκίμαιον; Steph. s. vv. Συννάδα et Δοκίμειον, Δοκίμμα; *Notit. Hierocl.* Δοκίμιον. — Vs. 3. Παπίας dissyllabum.

DLXXXII. *Makouf*, prope *Colossos*. A v. cl. Waddington. exscriptum et ab eodem editum, *Voyage* et *Inscriptt. rec. etc.*, n. 1696. — Vs. 3, lapis. ΟΝΙΗΤΗΡΑ....όν ἰητῆρα, ex quo non patet cur Waddington. ἔνδοξον ῥητῆρα prætulerit. — Vs. 6, lapis ΦΕΙΛΟΣ, « φεῖλος pro φιλία, nove dictum. » *G. K.;* φίλος tamen, *amicus,* intelligi potest. — Hoc epigr. I fere post Chr. n. sæculi existimat esse Kaibelius.

DLXXXIII. *Halicarnassi.* Car. Wescher. *Rev. arch.* t. X, p. 134 sqq. cum dissertatione. — Vs. 3. ἀρτιγάλακτον *Thesauro* deest. — Supra scriptum est : Μύρτον Εὐβούλου, Μυνδία χρηστή, χαῖρε. — II fere ante Chr. n. sæculi, si Kaibelio credas, epigramma est.

DLXXXIV. In oppido *Adra*, antiquitus *Zorava.* Bœckh.-Franz. *C. inscr. gr.* t. III. n. 4563. Corruptissimam scripturam felicissime restituit Welckerus et post hunc Bœckh.-Franz. Vs. 1. Welckerus, *Syllog. epigr.* ad n. 93, p. 121, edit. alt. legebat Λυγρὸν συγγενέσιν μ' ἐδδείματο σῆμα φαεινόν, Kaibel. 448, Αὐ[τῷ] κ[αὶ τ]ε[κέ]εσ(σ)ιν. — Vs. 3. Id. πρ]ὸς δὲ πελ[ε]ί α[ι]σιν δό[μο]ν. — Vs. 5. τοὔνεκα ο[ἵ γε]. — Vs. 6. κλεπτ]ο[συν]ῆς.

DLXXXV. In loco hod. *Kespit* dicto, in Macesti valle, ex apographo Hamilton. II, n. 325. In ejusdem lapidis altero latere legitur : Ἀσκληπιάδης καὶ Ἀρτεμισία τῷ γλυκυτάτῳ τέκνῳ καὶ ἑαυτοῖς μνήμης χάριν. Εἴ τις τολμήσει ἐπανοίξασθαι ἐκτὸς τῶν προγεγραμμένων, θήσει εἰς τὸ ἱερώτατον ταμεῖον ,βφ'. et sub versibus [Ἔτους] τξγ'. — Edidit Waddington, *Voyage* etc. *Inscriptt. rec. etc.* Asie Min. Mysie, n. 1771. — Vs. 1. Kaibel. 340, Πρωθήβην] μ' ... κτάνε μοίρη. — Vs. 3. δυσέλπιδες pro δυσέκβατος... — In Hamiltonis apographo deest una linea ex qua constabat vs. 3. finis et vs. 4. initium, quæ sunt ex Kaibelii conjectura ἄρτι τοκῆες — παύσαντο στ... — Vs. 6. init. Kaibel. ἡ[ν]μέν... Lapis, ut videtur, ΜΕΙΔΙΑC (?) — Vs. 8. Hæc sententia notior est qualis apud Menandrum occurrit in *Bis fallente* (Stob. *Floril.* CXX) :

Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος.
Flore in juvenili moritur quem Dî diligunt. (H. Grot.)

Idem sic cecinit Hysæus (Stob. *ibid.*) :

Νέος δ' ἀπόλλυθ' ὅντιν' ἂν φιλεῖ θεός.
Ætate moritur juvene di quem diligunt. (Id.)

Cf. *Anth. pal. Append. nostr.* epigr. in Cleobin et Bittonem, Οἴδε Βίτων Κλέοβίς τ'... Vid. Initiorum indicem.

DLXXXVI. In valle Macestiâ, in loco hodie dicto *Kespit.* Ex Hamiltonis apographo II, n. 326, Waddington. *Voyage etc. Inscriptt. etc. Asie Min.* n. 1767. — Vs. 2. restitui non potuit. Has reliquias lapis habet : ..ΕΥΑΝΤΙ...ΝΟΜΩΝΔ ΙΤΘΗΝΑΙΒΙΛΑΗ. Hic nomen potest latere, velut πῆμ' Ἄννιος [θρ]έψαντι [λιπὼν] τῷ δεῖνα ἠδ' [ἅμα] τίτθῃ Ναιβίλλῃ. — Vs. 3. Lapis ΕΠΛΗCΑΝ, quod legendum putem ἔπλησα, reddens ν (N) verbo μοῖρα, unde seu lapicidæ sive ejus qui transcripsit culpa in lineam sequentem transierit.

DLXXXVII. *Hadrianis.* Lebas. et Waddington. *Voyage etc. Inscript.* n. 1050. — Cf. Hamilton, *Asia Minor* II, n. 3, Lebas. *Revue philol.* I, p. 209, etc. — Vs. 2. Kaibelius scripsit ἀβροσύνῃ Ἀρήτη ἡ λαμπροτάτη. — Vs. 3. Idem virgulam inserit post κεδνή.

DLXXXVIII. Ediderunt Lebas. et Waddington. *Voyage etc. Inscript.* n. 1055, *Explic.* p. 269 (vid. Lebas. *Rev. philol.* I, p. 209. *Hadrianis* repertum. Imitatur poeta (I vel II post Chr. n. sæculi, si Kaibelio credendum) Leonidæ (Tarentini?) epigramma (*Anth. pal.*, edit. Did. VII, 163 :

Τίς τίνος εὖσα, γύναι, κ. τ. λ.
..... Θνήσκεις δ' ἐκ τίνος; — Ἐκ τοκετοῦ. [κνος;
— Εὖσα πόσων ἐτέων; — Δύο κεἴκοσιν. — Ἦ ῥά γ' ἄτε-

Cf. etiam sequentia duo epigrammata, 164 et 165, illud Antipatri Sidonii, hoc ejusdem aut, ut aliis placet, Archiæ. — Vs. 1. Nom. propr. Κλάδος jam occurrit in inscriptione insulæ Syræ (*Corp.* n. 2347, f.) — Vs. 4. De participio φιλάμενος passivo sensu vid. *Anth. palat. Append.* n. 317. — Vs. 6. πάλας dorice pro πάλης.

DLXXXIX. *Hadrianis.* Lebas. et Waddington. *Voyage etc. Inscriptt.* n. 1057, Hamilton. *Asia minor*, II, n. 1, Kaibel. n. 344. In hoc epigrammate ubi tam in metricas quam in grammaticas leges peccatur, tres liberi loquuntur, Menophilus, Tertulla et Mæadius; parentes suos miserantur, Ilasium Sophroniamque, quibus suadent ut temperent a lacrimis et pro solatio habeant parvulam Priscianam, Mæadii filiam, tueri. — Vs. 1. Kaibel. ἀώρ[ων. — Vss. 5 et 12. Notandum θρῆνος neutrali genere, quod vs. 14. masculino est. — Vs. 7. Kaibel. τίνα χερσὶ[ν π]ατή[ρ], « nam quis amplexetur dicto opus est. » — Vs. 15. Πενταμηνίαιος pro usitata πεντάμηνος voce rarum est.

DXC. *Hadrianis. Corp. inscr. gr.* n. 3797 e; inde Lebas. V, 1059, G. Kaibel. n. 357. Inconditos versus istos in hac sylloge posuimus, utpote quibus inter multa hujusce generis exempla demonstratur nullam tunc numerorum curam habuisse epigrammatum auctores, quoties metro parum conveniebant propria nomina.

DXCI. *Hadrianis*, in cippo marmoris candidi cum rosaceo ornamento et delphino. Lebas. *Monum. figur.* tab. 134, n. 2; inde Bœckh. *Corp.* n. 3797 d. — Repetitum est ab v. cl. Waddington. in *Inscript. rec. etc.* n. 1058. Subscriptum est Τρόφιμος σὺν τέκνοις ἅμα χαῖρε. — Vs. 4. Δεχάτους est pro δέκα et inserta fuit particula τοι ut plenus fieret pentameter. « LXXX aurei romani *i. e.* HS 8000. » *G. K.*

DXCII. *Æzanis* in cœmeterio. Texier. *Descr. As. min.* t. I, p. 111, Lebas. et Waddington. *Voy. arch.*, etc. t. III, fasc. min. 13, 14, p. 260, n. 900. Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, *Addend.* p. 1070, n. 3846 m. Suprascriptum est versibus : Ἀπελλᾶ ἥρως χρηστὲ χαῖρε. Ἀπελλᾶς καὶ Δόμνα Ἀπελλᾶ υἱῷ καὶ οἱ πάτρωες

αὐτοῦ Τρόφιμος καὶ Ἀγαθίων ἥρωϊ. « I vel II sæculi sunt litteræ elegantes. » *G. Kaib.* n. 374.

DXCIII. *Æzanis.* Edidit Georg. Perrotus, *Revue archéol.* 1876, p. 279, inde G. Kaibel. *Epigr. gr.*, etc. n. 377. « Nomen filii Περσεὺς corrigi posse vidit editor. » *G. K.*

DXCIV. *Æzanis.* Post Lebas. *Voy. arch., etc.* p. 264, n. 950, Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III. *Addend.* p. 1077, n. 4846 z, 59. G. Kaib. n. 378 : « Ab sinistra fuit alterum epigramma, cujus ultimum hemistichion superest ἦλυ[θεν εἰς] Ἀΐδην. »

DXCV. *Germæ.* Lebas. V, vi, Mysia, n. 1720; inde G. Kaibel. n. 343; supplementa sunt Lebasii. — Vs. 2. G. Kaibel. ἔργεσι (?). — Vs. 3. Lebas. ὃς μάλα δὴ καὶ] πᾶσι... conjecturam Kaibelii admisimus. — Vs. 4. Sic restituit Kaibel.; Lebas ἐπὴν βιότου... — Vs. 5-6. Lebas. Ἀλλ' ὅτε τοι καὶ δῆρις ἔη, νείκη μιν ἔτεισεν (?) — μοῦνον κ. τ. λ. Kaibelii supplementa prætulimus.

DXCVI. *Flaviopoli. Corp. inscr. gr.* n. 3806. Ex Mordtmanni apographo in *Actis acad. monac. min.* 1863, I, p. 207, n. 7, dedit G. Kaibelius n. 355. Subter scriptum ζῶν φρον[ῶν], in apogr. φρονός. — Vs. 1. Nulla metri adhibita cura ob nomina propria.

DXCVII. *Æzanis.* Ex apographo Ph. Lebas. Waddington. *Voy. archéol. etc. Explic. des inscriptt. Asie mineure,* sect. V, p. 252, n. 966. Ex reliquis vestigiis, tantum apparent verba : Ζεύς με νέον Φρύγιον Γα[ν]υ[μ]ήδ[η]ν ἠφάνισε]ν [σ]ὺν ἐ]μῷ κ. τ. λ. Καρπίωνι νέῳ [συ]νομαίμῳ, ἔτος σοη, anno 278, qui est p. Chr. 194, si numerantur anni ab æra sullana in multis Lydiæ Phrygiæque urbibus usitata, et incipiente ann. 84 a J.-C. — V. Waddingt. *ib.* p. 253 sq. sub n. 980, qui Cassiodori locum affert huncce : « His consulibus (Cinna IV et Carbone II), Asiam in XLIV regiones Sulla distribuit. » Hi consulatus referuntur ad ann. 84 a. Chr.

DXCVIII. *Bostræ* (hod. Borrha). Post Burckhardt. *Itin. Syr.* p. 232, et Welcker. *Syll. epigr.* n. 99, p. 126 ed. alt., edidit Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 4650, recentius ex suo apographo v. cl. Waddington. *Inscriptt. rec. etc.* n. 1925. — Vs. 1. Conjiciebat Reisig. ap. Gesen., Burckh. (*Itin. transl. germ.*, t. I, p. 372), ἀνδρὸς ἄωτον, Welcker. ἁβρὸν ἄωτον, Franz. ἄκρον ἄ. quod confirmatum est Waddingtonio apographo. Notat Kaibelius (n. 455) ἄκρον ἄωτον esse Callimachi *H. Apoll.* 112, clausula citata etiam ab Agathia, *Hist.* II, 30.

DXCIX. *Bostræ.* Ex apographo suo. Waddington. *Inscriptt. rec. etc.* Syrie. n. 1936. Dedit quoque Kirchhoff. *Corp. inscr. gr.* n. 9145 et inde Kaibel. n. 438 cum hac nota : « Recte christianum esse negat Kirchhoff., cum præsertim crucis signum in Buckinghami et Bertovii apographis versui primo præfixum omiserit Berygrer. »

DC. Lapis a. 1830 *Cyzico* asportatus est. Bœckh (*Corp.* n. 3684) ex schedis quas scripsit De Warennes. Sub inscript. sculpta navis est. Supra versus legitur Διονυσοδώρου τοῦ Πυθέου. « Vs. ult. Cur Dionysodorus se Λιμναγενῆ prædicet, quo epitheto Bacchus alias insignitur, non potest certa via expútari. Cyzici quum Lenæa acta sint, probabile est etiam ibi Λήναιον fuisse, quod verisimile est in Λίμναις ibi quoque ut Athenis esse conditum : in qua regione urbis sacra qui esset natus, is potuit Λιμναγενὴς dici. » *Bckh.* — V. Hesych. ante gl. Λίμναι Suam et voluit interpretationem afferre G. Kaibelius (n. 245) : « λιμναγενής is est qui ἐν λίμναις γέγονε. Λίμναι autem colonia Milesiorum est in Chersonneso sita, ubi si æque atque in λίμναις atticis Dionysus imprimis colebatur, revera *Dionysi donum* erat defunctus. »

DCI. Zonar. XIII, 13 et Cedren. *Hist. Compend.* 114, p. 308. — Cf. *Anthol. palat.* Didot. VII, DCCLVII et vid. annotationem. — Vs. 4. est Homericus, *Il.* I, 279. — « Tarsi hoc epitaphium ei (Juliano) factum est, quod vel Cydni mentio docere possit, si Zonaræ non moveremur auctoritate. *Xyland.*

DCII. In *Piræo.* Rhangabes in *Ant. hell.* t. I, p. 932, n. 2205; deinde v. cl. Cumanudes, Ἀττικ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 40, n. 254, Kaibel. n. 81 — Vs. 1 Rhang. ζῶσα, etsi perspicue habeat lapis ΖΩΣΑΙ, ζῶσαι quod pertinet ad duas mulieres quorum nomina apparent subscripta titulo, prius quidem truncatum. (Supplevit Rossius, *Intelligenzblatt* 1837, p. 692 :

Σ]ωστράτη. Μελινώ.
Κόνω]νος Ἀναφλυστίου.)

Ad unam tantum refertur posterius distichon : non interpungit Rhangab. εἶχον et ὁμοίως, cum commate post ὁμοίως. — Vs. 2. *id.* ταύτην νόμιζον, male, claudicante versu. — Vs. 3. Kaibel. τέκνων ἐπιδοῦσ[ά τε]... — Vs. 4. *id.* male restituebat πᾶσ[ιν ἔσχον].

DCIII. *Athenis.* Marmor Elgin. edidere multi, R. Chandler. *Inscr.* p. 69, n. 78, ex quo Brunck. *Anal.* t. III, p. 315, n. 749 (Cf. Jacobs. *Animadv.* t. III, P. II, p. 336), Jacobs. *Anth. pal. Append.* n. 303, etc. Nuper repetiit Cumanudes, Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. n. 1002, atque denuo ex marmore ipso Newton, *Anc. gr. inscr. Brit. Mus.* n. XCII. « Super anaglypho eleganti, in quo eques barbatus, cursu concitato, sequente ministro. » *Bckh.* — Vs. 2. Cf. Inscript. ap. Gruter. p. 636, 12 : Mater genuit, mater recepit; *ibid.* p. 726, 1 :

Hic matris cineres sola sacravimus ara;
quæ genuit tellus, ossa tegit tumulo.

Vid. et supr. n. 527 in Asclepiodori epitaphi Τέρμα βίου κ. τ. λ. ult. vers. : γῆς ὧν πρόσθε γόνος, μητέρα γαῖαν ἔχω.

DCIV. *Incerti loci.* Cumanudes, Ἀττικ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 130, n. 1052. Si Πολεμώ nomen verum est, nusquam alibi occurrit. — Tetrasticho subscriptum Μ]ελάντης Ποτάμιος, i. e. ex pago Potamo, Leontidis tribus. — Kaibel. n. 64, qui IV sæculi a Chr. n. hoc epigr. esse existimat, recentius addita putat nomina quæ infra sunt.

DCV. *In Thracia.* G. Kaibel. n. 540, ex ectypo descriptum Athenis epigr. et sibi ab amico missum. Collatis multis titulis quorum hujusmodi exordium est Ἄρτι γενειάζοντά μ' ὁ.. (supr. n. 338) Ἄρτι γενειάσκων Μούσαις (supr. n. 285)... Ἄρτι σε θάλλοντα... (supr. n. 197) et præsertim Ἄρτι με γενόμενον... (supr. n. 387), etc., facile credas hîc etiam scriptum fuisse Ἄρτι με γενομένην... sed esse certum videtur αὐτό lapidem habere, quod pro αὐτόθι *nunc ipsum* igitur habendum est. — Vs. 4. In reliquiis Ἀτρ. ο.. patris certe latet nomen.

DCVI. *Eleusi.* Ross. *Diar. archæol.* 1844, p. 295. Cumanudes, Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 301, n. 2537, ex quo retulimus. Kaibel. n. 14, hoc epigr. quod vetustissimum credit, sic edidit :

Α]ἰνείαι τόδε σῆ[μα πατὴρ ὧι παιδὶ θανόντι
Τιμοκλῆς ἐπέ[θηκε. . . . .

DCVII. *Incerti loci.* St. A. Cumanud., Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 203, n. 1651. — G. Kaibelii n. 89 sunt supplementa, cujus adnotationem vide.

DCVIII. In *Piræo.* St. A. Cumanudes in Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 362, n. 3125, unde G. Kaibel. n. 79, qui hunc titulum et priorem inter epigr. IV, III, II ve sæculorum posuit. — Vs. 2. extra numerumque modumque posita vox φιλοῦντα, qua sublata non careret sensu. — Vss. 3-4. trochaici sunt septenarii catalecti. « Pulcra sunt extrema ἀλλὰ τοὺς ἐμοὺς φιλεῖ, quibus optime illustratur anaglyphum, quo mulier sedens marito dextram porrigens exsculpta est. » *G. K.*

DCIX. *Athenis.* St. A. Cumanudes, Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 378, n. 3299, edidit ex Bœckh. *Corp. inscr. græc.* n. 1001. — Vs. 1. Bœckh. : ἦρε Σίβυρτιν. « Primi fere sæculi. » *G. K.*

DCX. *Incerti loci,* nunc *Veronæ.* Maffeus *Mus. veron.* p. 63. Inde multi expressere, Brunck. *Anal.* III, 302, n. 701, Jacobs. (v. *Animadd.* vol. III, P. II, p. 275) *Append.* n. 317, Franz. *Corp. inscr. gr.* 6222, etc. — Vs. 3. lapis πείρεται, correctio forsan inutilis Brunckii est; plurima enim sunt exempla πείρεσθαι sensu figurato. — Vs. 9. Bœckh. ἐξ ἔτι, Jacobs. ἐξέτι, qui de hac particula adire monet Ernestum *ad Callim. Hymn. in Apoll.* v. 47. — Vs. 11. De notis Tironianis agi verisimile est. Cf. Auson. *Epigr.* CXLVI, et, monente Jacobs., Manil. *Astron.* IV, 197. — I vel II sæculi existimat hoc esse epigr. Kaibelius n. 580.

DCXI. *Romæ.* Ex Grutero, p. DCLXXXV, 10, Grotius in *Floril. græc. Mantiss. tert.* p. 406. — Vs. 1. Γλῆνος propr. nom. quod fuisse Herculis et Dejaniræ filio satis notum, quodque ex cod. Paris. restituendum est in Pausan. libro IV, XXX, 1, ubi in libris vulgatis Ὕλλου fratris nomen habes. Ceterum nusquam alibi occurrit hoc nomen quam in nostra hac inscriptione. Wilamowitz. Πλήνῳ conjicit. Hier. Bosch. male στέρνων.

DCXII. *Romæ* in Capitolio. Fabrett. *Inscriptt.* p. 723, deinde alii, inter quos bis Jacobs. *Paralip.* II, n. 36, p. 788 et *Append.* n. 247, postremo Franz. *Corp. inscr. gr.* 6254, unde Kaibel. n. 727. — Vs. 3. Hagenbuch. (*Epist. epigr. ad Blaurer.* p. 46) ἔξω, ἔφη, Jacobs., οἷα ἔφυ, Franz. ex lapide ἥτις. — Vs. 4. Hagenb. αὕτη vel αὐτή, Jacobs. αὐτῇ. — Vs. 6. νομίμοις.. παρεγίνετο : νόμιμα hoc loco sunt *sacra deo facta...* « De muliere Christiana agi dubitare noli. » *Jac.* — Vs. 12. Inscriptionis auctor Marcianam comparare videtur « cum Penthesilea Amazone, quæ post mortem eximia pulcritudine erat ita conspicua ut Achillem pœniteret, quod eam non in matrimonium duxisset. Quint. Smyrn. I, 673. » *Jac.* — Vs. 14. ἀφελῶς, simpliciter, *tantummodo;* Jacobs. καθαρῶς, *pure.* — Vs. 15. Μαρκιανήν, correpta pænult., ut sæpe fit in hujusce ætatis titulis.

DCXIII. Cramer. *Anecd. gr. Par.* t. IV, p. 297 sq. Poemation hocce haud deterioris notæ corruptissime edidit Cramerus. Lemma nescio quo barbaro posterioris ætatis additum est : Ἡρῷον εἰς τὸν μάγιστρον Θεόδωρον τὸν δεκαπότην (?); fortasse leg. δεκαπολίτην, Decapolis Syriæ incolam, seu δικασπόλον, judicem. — Vs. 1, etc. Παρθένος αἰγλήεσσα κ. τ. λ. est Δίκη seu Astrea quæ in cælo est cum Libræ constellatione. — Vs. 4. Cramer. ex cod. per iotacismum ἠδμοσύναισι. — Vs. 5. Cf. Hom. *Il.* Σ 503 sq. — Vs. 9. corruptus scribæ incuria qui a versu præcedenti repetiit ἠβούλετο; reposui ἀπῴχετο, pro quo et scribi possit ἀπήρχετο. — Vs. 13. Cramer. δίχ' ἀπάνευθεν ἐ.

DCXIV. In sarcophago prope *Lorium* (hod. Bottacia) ad viam Aureliam effosso; in quo sculptæ tres ædiculæ quarum media pueri faciem continet. Ediderunt Amatius, *Giorn. Arcad.* vol. LXX, p. 88, Welckerus, *Syllog. epigr.* p. 107, n. 75, edit. alt., Franz. n. 6244 « nove dictum ἐνθάδ' ἔκλεισε de homine. » Cf. n. 6240. — Vss. 1-2. Notandum est μάκαρος pro μάκαρ. « Nomen hominis repetendum ab oppido Latii Carvento (Steph. Byz. v. Καρούεντος). »

DCXV. *Romæ* ineunte anno 1826 repertum. *Revue encycl.* t. I, p. 885, postea Welcker. *Syllog. epigr.* p. 96, n. 64. edit. alt. et Franz. *Corpus* n. 6211. Barthol. Borghesius, ut credebat verbo Βασιλεὺς aliquem imperatorem designari, multa conjecit falso. Bene vidit Franzius Βασιλεύς nomen esse patris Atticillæ, qui idem videtur esse atque homo ille cujus epitaphium supra dedimus, n. 430. Notandum est in utraque inscriptione Ζαθέης Ῥώμης legi.

DCXVI. *Romæ* in herma sine capite, nunc in ædibus Vaticanis. Edidit Winckelmann. *Mon. ined. Tratt. prelim.* p. XCVIII. Repetiit Viscontus *Catal. mon. Jenkins,* p. 35-36, n. 18, *Mus. Pio-Clem.* t. VII, p. 96. Quinque versibus auctiorem edidit Nibby, *Giorn. Arcad.* t. I, p. 163 sqq. Ex Winckelmanno Jacobs. *Anth. pal.* t. III, *Add.* p. CIII, et inde Franz. *Corp.* n. 6233, et ante eum Lebas, Fascic. I, *Messen. et Arcad.* (t. I, p. 3). De Zenone Aphrodisiensi statuario cf. Franz. *Corp.* n. 5374 : Ζήνων Ἀφροδισιεὺς ἐποίει, et 6151 : Ζήνων Ἀττινᾶ Ἀφροδισιεὺς ἐποίει. Vid. Sillig. *Catal. Artif.* p. 457. — Vs. 2. « Fort. Πυστός, v. Etymol. magn. p. 323, 49. » *Leb.* De sensu voci Πιστὸς attributo, vid. Blomfield *in Æschyl. Prometh.* v. 653. — Vs. 7. ἄμετρος est, quem fortasse scripserat auctor δεκάδ' ἑπτάκι κεῖμαι. — Vs. 8. Lapis ἐνθάδε νῦν κε ΙΜΕϹΘΑ ΑΜΑ ΟΙ.... ΛΕϹΑΝΤΕϹ. Supplebat Lebas βίοτον τελέσαντες. G. Kaibel. n. 620 pro ἅμα οἱ scripsit ἄλαλοι, i. e. *sine voce, sine spiritu.* — Vs. 9. Lebas. κἀγὼ καὶ ἄλ. καὶ σύ, πάϊ, πρῶτος ὑπάρξας, ubi lapis ....ΑΛΟΧΟϹ ΚΑΙϹ.... ΤΟϹ ΥΠΑΡ... — III fere sæculi, judice Kaibelio, epigramma est.

DCXVII. *Romæ.* II vel III sæculi, si Kaibelio credas, epigr. edidit Spon. *Miscell. erud. antiquit.* X, 134, p. 376. Inde exhibuerunt multi, inter quos Brunck. *Anal.* II, p. 491, n. 2, Jacobs. (vid. *Animad.* vol. II, P. III, p. 370), *Append.* n. 228, Porson. in *Advers.* p. 310, cujus emendationes recepit Jacobs.; Franz. *Corp. inscr. gr.* n. 6247. — Vs. 2. Franz. ex lapide ἀφείλατο quod non sine exemplo est in hujus ætatis titulis. Jacobs. *Addend. et Emend.* : fuisse videtur τριέτη τὸν ἀφείλετο.

DCXVIII. *Romæ* in Biblioth. Camuldulensium Montis Cælii. Post Oderic. (*Dissert.* p. 373), edidit Franzius, *C. i. gr.* III, p. 896, n. 6236. — Vs. 1. Ἥλιος pueri nomen est. De voce σεμνὸς quæ initiatis

addi solet, vid. apud Franz. *ib.* n. 6206, epigr. quoddam quod ob pravissimos versus non admittendum in *Anthol.* nostra visum est, ubi eadem vox de puerulo initiato, vel cognomine Σεμνῷ, ter quaterve iteratur. Scripsit G. Kaibelius θνητὸν : « Videtur, ait, Ἥλιος θνητός deo Soli satis frigido lusu opponi. » Vs. 4. Scripsit παῖς ὁ Μύρων, ex lapide ΠΑΙ|ΟΜΥ, et quia « articulus metri necessitati debetur. » Credit idem hunc esse II vel III sæculi titulum.

DCXIX. *Romæ* in cippo, qui nunc in museo Vaticano adservatur. — Edid. post alios Franzius *Corp. insc. gr.* t. III, p. 930, n. 6291. Præscriptum legitur hoc : D. M. Didio Taxiarchi liberto fidelissimo. — Vs. 3. Scripsit Kaibelius (n. 616) [Μούσαισιν ὁ]μείλεον, quod simplicius ipsi videtur. — Vs. 5. « Senarius cum pro hexametro sit, excipitur pentametro. » G. Kaibel., qui II sæculi titulum hunc esse arbitratur.

DCXX. *Romæ,* III, judice Kaibelio, sæculi. Gruterus, *Thesaur.* p. CCLXIX, 4 ; inde post alios exhibuerunt Brunck. *Anal.* Lectt. p. 302, ed. Lips. IV, p. 275, n. 721 b, Jacobs. (*Animad.* vol. III, P. II, p. 302), *Anth. Pal. Append.* n. 244, Franz. *Corp.* n. 6301. — Vs. 4. in lapide συνετὸν, quod Brunck. et Jacobs. retinuere, correxit Franz., sed reposuit Kaibel. 654. — Vs. 7. In lapide ΚΥΔΥΗ, ut videtur, Kulencamp., Jacobs. κυδρῇ, Brunck. κυδρὴ παράκοιτις, Τεῦξα... — Vs. 8. Grotius : τεῦξε φρ. Συνόμηρος, prop. nom. Hultmann. et Franz., etc. τεῦξ' Ἐπαφρᾶς, cett. τεῦξε φράσας seu Φράσας. — Vs. 9. « Seu quadratarii, sive illius qui lapidem descripsit, errore legitur Ἄγεντι εὐψύχει; unde feci ἀλλ' ἄγ' εὐψύχει. » *Br.* Scaliger, quem secutus est Franzius Ἄγνετι; quasi mulier appellata fuerit Ἄγνετις χρηστή. Grotius : ἁγνή. Jacobs. Αἰνετή quod recepit Dehèq.

DCXXI. *Attaliæ,* inter Sardes et Philadelphiam. Lebas, et Waddington. *Inscr. gr. et lat.* n. 640. Suprascriptum est : Ὁ δῆμος ἐτίμησεν Μενεκράτην Διοδώρου χρυσέῳ στεφάνῳ, τὸ δὲ μνημεῖον κατεσκεύασεν Τατία Ἀπολλωνίου, ἡ γυνὴ τοῦ Μενεκράτους· Μενεκράτης καὶ Ἄμμιον τὸν αὐτῶν πατέρα ἐτίμησεν. — Vs. 2. ἐπιψήχων, *adfricans,* id est occare, glebas cratibus aut rastris infringere, comminuere, et in pulverem redigere, ut jacta semina operiri possint. — Vs. 3. In lapide ΑΠ. ΟΡΓΕΟΣ ; legimus ἀπεργέες ab ἀπεργής *iners, otiosus,* ut ἐνεργής, *gnavus.* — Vss. 3 et 4. Quod in lapide legitur servavi ; nihil mutandum. Ἐφ' ἡμεριῶν scripsi, habens ἡμεριῶν ex ἡμερία quod ap. Soph. *Ajac.* 208, ubi tamen et legitur ἠρεμίας, pro ἡμέρα est. Lebas. et Kaibel. ἐφημερίων. quorum hic « prolêπω, ait, intransitivo sensu optimo cuique scriptori usurpatum hoc loco genitivum trahit ἐφημερίων *i. e.* mortalium. » — Vs. 7. Marmor habet ΔΔΟΧΟΥ quod ΑΛΟΧΟΥ est, omisso καὶ, quod restituimus, præposito adjectivo, quod transposuisse lapicida videtur. Lebas. et Kaibel. [ἤδ'] ἀλόχου γλυκερῆς. — Sunt etiam tres ultimæ lineæ unde nihil eruere potuimus. De ætate tituli Kaibelius n. 321 : « Haud ita multo post ann. 171, si quidem recte illum Μενεκράτην Διοδώρου qui est in titulo *C. i. g.* 3438 haud procul invento, eumdem esse statui. » Cf. supr. n. 337, not.

DCXXII. In vico Kosahagatch, ubi vetus *Edebessus* sita putatur; ad montem in sepulcro. Post Barthium (*Mus. Rhen. philol.* VII, 1849, p. 253, n. 39). Franz. *Corp. insc. gr.* t. III, p. 1151, *Addend.* n. 4316 h. Misere corruptum ac mutilatum titulum restituere, ut potuerunt, Keil. et Franz., quorum conjecturas, melius nihil habens, recepi. « Zosimus quidam avunculo suo egregie de patria merito monumentum posuit... » — Vs. 1. Scripsit Kaibelius (n. 409) [Ν]ομίῳ [υ]ἱῷ. — Vs. 2. Keilius legit ut lego. — Vs. 3. Kaibelius οὐρα[νίοις]. — Vs. 4. ναοδόμου τέχνης ἐργασίας τελέσας Keilio debetur, in quo notabis adjectivum ναοδόμος [quod nusquam alibi repertum, usitatum tamen fuisse arguit ναοδομία quod in Nicetæ *Annalibus* VIII, 3, legitur]. — Vs. 5. De Minerva προκαθηγέτιδι, cf. *Corp.* n. 4332 : ἱερατεύσαντα τῆς προκαθηγέτιδος τῆς πόλεος θεᾶς Ἀθηνᾶς πολιάδος κ. τ. λ. — Vs. 6. Kaibel. θῆκε χαριζόμενος. — Vs. 8. Keilius eodem modo legit. — Vss. 9-10. « Sensus est : Ὅς διὰ μὲν παντὸς βιότου φιλίην πρὸς ἅπαντας ἔδειξε, τέρμα δὲ τόδε εὗρε τῶν πόνων... » *Fr.* Φιλίην adjectivum est quod ab [αἰδ]οσύνην pendet, « amicam aut amabilem reverentiam adhibens ». — I vel summum II sæculi titulus esse Kaibelio videtur.

DCXXIII. *Apameæ Ciboti.* Hamilton. *Research. etc.* n. 205, et inde Bœckh.-Franz. n. 3962. — Vs. 5. dedit Welcker. *Mus. Rhen.* III, 1845, p. 266, n. 45, καὶ εὐχὰς θέσθ' ὑπὲρ αὐτοῦ, quod scripturæ magis congruit, quodque accepit Franzius, *C. i. gr.* t. III, pag. 1107, *Addend. et Corrig.* n. 3962. Admisimus quoque, sed per crasin scribendo κεὐχὰς θέσθε, ut legi poterat κεὔξασθ' ἐσθλ'. « II fere sæculi. » *G. K.*

DCXXIV. Prope *Midæ sepulcra.* Georg. Perrotus. *Explor. archéol. de la Galat.* p. 147, n. 98. — Vs. 2, init. Kaibel. φίλος, extr. restituit idem; conjiciebat Wilamowitz ἐνθάδε μύει; lapis ex Perroti apogr. ΕΝCΛΛΕΝΙΕΙ. Dein viginti fere linearum lacuna et extremo titulo ΠΕΠΛΗCΙΑΚΑΡΠΟC.

DCXXV. *Apameæ.* Ex Hamiltonis apogr. *Corp. insc. gr.* 3964 et melius Hirschfeld. *Act. acad. Berol.* 1875, p. 25. Unde G. Kaibel. n. 387, qui nonnulla ipse emendavit aut supplevit. — Vs. 4. G. Kaibel. Εὐσταθής pr. nom. cujus viri sit non apparet; igitur recte, opinor, scripsi εὐσταθής, quod cum reliquis congruit, — Vss. 4, 5 et 12 : κὲ pro καὶ. — Vs. 11. ἐπύησα eolice pro ἐποίησα. — III fere sæculi epigramma hoc est, ut Kaibelio quidem videtur.

DCXXVI. *Ancyræ.* Texier. *Descr. As. min.* t. I, p. 195, inde repetiit Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 1111, *Addenda,* n. 4079 b. « Non male Μενάνδρου vs. 1. extr. proposuit Texerius, siquidem nomen illud obvium in hoc tractu. » *Fr.* — Confert Franz. n. 4141, titulum ejusdem regionis ubi legitur : Ἐτίμησαν Μένανδρον σύμβιος αὐτοῦ Ἀπφία καὶ τέκνα κ. τ. λ. — Titulum huncce I fere sæculi esse putat Kaibelius n. 382.

DCXXVII. Sub *Dindymo* monte. Ex pessimo Sperlingii apographo emendatum edidit Kirchhoffius *Act. acad. Berolin. min.* 1863, p. 519. Inde G. Kaibel. n. 384. — Vs. 3. Apogr. ΑΝΙΡΟΣ, quod, repugnante Kaibelio, suggerit ἀνέρος et proprium viri nomen e. c. Εὐκτήτου. — Vs. 5. Cf. eamdem sententiam in epigrammate attico, supr. n. 210 : Ἡλικίαν μὲν...

τοὺς δὲ τρόπους καὶ σωφροσύνην ἣν εἴχομεν ἡμεῖς
ἡμέτερος πόσις οἶδεν ἄριστ' εἰπεῖν περὶ τούτων.

DCXXVIII. *Dorylæi* Phrygiæ. *Corp. inscr. gr.* n. 3816. — Vs. 1. Zona, matris nomen incertum, ex conjectura Wilamowitz., reposuit G. Kaibel. n. 360

ex pravo, ut videtur, P. Lucæ apographo quod habet ZHNITMEN. — Vs. 2. Ἄφφη seu Ἄπφη usitatissimum mulieris nomen (vid. *Corp. insc. gr.* passim), proprie appellatio est sororis, ἀδελφῆς, blande decurtata, eadem causa qua a sorore sororcula diminutivum est in Plauti fragm. ap. Prisc. I, 612.

DCXXIX. *Modrenis*. Ed. G. Perrot. *Explorat. archéol.* p. 59, n. 42. Unde G. Kaibel. *Epigr. gr.*, etc. p. 140, n. 359. — Vs. 2. Κλονίος pr. viri nomen jam ap. Homer. *Il.* B, 495, O, 340, notum.

DCXXX. *Bonnæ* repertus lapis, nunc in museo academico asservatur. « Supra inscriptionem insculptus canis est. » Edidere inter alios Welckerus, *Syll. epigr. gr.* p. 130, n. 101, edit. sec., Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 1047, n. 6809. — Vs. 1. Welck. μοι pro μὲν. Kaibel. n. 683. σὺν[ομα] Δημ[ώ. — Vs. 3. restituebat Welcker εὐνοῦχός περ ἔην καὶ ἄκυρον ἣν λάχος αὐτοῦ. Kaibel. εὐνοῦχός περ ἐὼν, καὶ ἔκυρον, ἣν λάχον, αἶσαν. — « Dicere videtur puella se ab Asio spadone φίλτροις petitam, non ad connubium accessisse, sed prius mortuam esse. » « Canis imago haud raro symbolum est itineris facti. » *Fr.* — III fere sæculi credit hunc esse titulum Kaibelius.

DCXXXI. *Romæ*. Brunck. *Anal.* II, p. 384, recepit Jacobs. *Anthol. Pal.* t. II, p. 778, n. 57, ex Gorio (*Insc. Etrur.* t. III, 1743, p. 137). — Cf. *Animadv.* II, 3, p. 133. Citavit Lebas. *Inscr. gr. et lat.* fasc. III, p. 197, postremo Franz. *Corp. insc. gr.* t. III, p. 908, n. 6265. Parti metricæ subscriptum est : Εὐψυχῶ Νικομήδης ὅστις οὐκ ἤμην καὶ ἐγενόμην, οὐκ εἰμὶ καὶ οὐ λυποῦμαι, ζήσας ἔτη μδ̄ καὶ ἡμέρας κγ̄. Tribuit Jacobsius ipsi Nicomedi, cum duobus aliis, quæ dedit in *Append. epigramm.* n. 55-57. — II fere sæculi, ut quidem Kaibelio (n. 595) videtur, qui nomen Χειρισόφου nunquam in hoc lapide scriptum fuisse opinatur.

DCXXXII. Monumentum sepulcrale *Smyrnæ* repertum, nunc in Britannia est, cum anaglypho quod « repræsentat adolescentem tunica succincta indutum, pallio ex humero dextro suspenso, dextra equum freno retinentem, *equestris igitur ordinis*, ut ait Welckerus : infra est inscriptio. » Hæc Bœckhius qui edidit titulum in *Corp.* n. 3273. Jam dederant eum Taylor Combius *Arch. Britann.* vol. XIII, p. 280 sqq., cum notis; Welckerus primum in *Spicil.* a. 1819 edito, n. 15, postea in *Syllog. epigr. gr.* 1828, n. 39, p. 48 sqq; tractavitque etiam Græfius *Act. Acad. Petrop.* vol. VIII, p. 703 sq. Repetiit et G. Kaibelius (n. 236) qui II vel I ante Chr. sæculi titulum hunc esse affirmare non dubitavit. — Vs. 9. Litteræ Ο Δ Ε valde videntur corrosæ esse; attamen πάροδε pro παροδῖτα, quamquam mirum est, verum videtur. *Bckh.*

DCXXXIII. In Smyrnæis ap. Sherard. schedis, p. 75. Bœckh. *Corp.* t. II, p. 761, n. 3284, Kaibel. n. 307. Vs. 1. Lapis habet ΛΑΣΚΕΠΟΝ. ΛΕΥΣΕΙΣ. Lascepius, pr. nomen aliunde ignotum. Restituebat Bœckh. Ἄσκεπτον, Wilamowitz Ἀδσκεῖτον. Quod, si verum est, latinum nomen Adscitus foret. — Vid. infr. *Addenda et Corrigenda*. — Vs. 2. ΤΕΥΣΕΜΕΝΟΣ.

DCXXXIV. *Smyrnæ*.. Montefalc. *Ant. expl. suppl.* t. V, p. 24 sq. — Ex lapide dedit Chanler. *Marm. Oxon.* n. 71, p. 111. Tractavit Welcker. *Spicil. epigr.* II, p. 20, et *Syllog. epigr.* n. 45, p. 54. Retulit Bœckh. *Corp.* n. 3333. « Anaglyphum est, quo in medio sedet mulier in sella, pedibus scabello innixis, facie revelata; pone hanc juvenis imberbis, pectore et brachio dextro nudis, manibus in ventre compressis et conjunctis. Mulieri ad dextram adspectanti adstat juvenis tunica et pallio amictus, dextramque mulieris tenet, ut valedicens; in utroque angulo stat puerulus, et ille quidem, qui pone valedicentem est lugentis refert habitum. » II vel I a. Chr. n. sæculum, ut Kaibelio quidem videtur, quamvis tradatur ω forma, produnt litteræ ΓΚ.

Vs. 6. Vulgo legunt ἔφειδε, pater non *parcebat* luctui; sed hoc debebat ἐφείσατο vel ἐφείδετο cum genitivo esse. Nec pater repræsentatur in anaglypho; debebat alteruter certe virorum barbatus esse, quo posset pater haberi. Immo pater obierat, alibique erat sepultus. Quare Jacobsius ἐσεῖδε, Welckerus rectissime ἐπεῖδε conjecit. Smyrnæus vero poeta scripsit ἐφεῖδεν, ut in Smyrnæo n. 3137, 44, 75 est ἐφ' ἴσῃ : spiritus successit in locum litteræ digammi, qua et ἰδεῖν et ἴσος instructa erant... — Vs. 9. Prideaux (Vid. Montefalc. l. c.) μητρὶ σῇ λίπ' ἀδελφός; Chandl. μητρ' ἴσῃ λίπ' ἀδ.; Jacobs. : μητρὸς (μητέρος) ἣν λίπ' ἀδ., Welck. μήτρας ἔλλιπ' ἀδ. Sed nihil mutandum. Ut matris nomen, ita matris quoque nomen scriptum est in titulo, *Metris;* in cumulum miseriæ additur, ut defuncti maritus et filii sunt, ita etiam fratre vel fratribus destitutam esse infelicem mulierem. — Lapis habet ΛΙΠΑΔΕΛΦΟΣ, id est fratre, vel fratribus destituta, ut λιπόπαις liberis orbatus. *Bœckh.* [Manetho, IV, 585.] — Vs. 10. Marmor habet ΚΑΚΟΝ, quod defendi potest.

DCXXXV. *Smyrnæ*. Reinesius, *Syntagm.* p. 854, n. CXL; inde multi, Jacobs. in *Paralip.* II, p. 794, n. 39 et rursus in *Append.* n. 261. In schedis Buherii Bekkerus reperit exemplum tituli a Salmasio emendati. Post omnes Bœckh. repetiit, *Corp.* n. 3398. — Vs. 2. Marmor ΑΛΤΕΙΝΟΝ, Bœckh. ἀλγεινῶν. — Vs. 4. Id. ψυχὴ δ' ἐκ κρ. *Jacobs.* δ' ἐκ ῥ' αἴης. — Vs. 15. Lapis ΠΑΤΡΗΣΙ, Jacobs. conject. Πατρὸς θεῶν μειδιόωντος, Bœckh. παρῆσι, Salmas. Παρὰ σφίσι μειδιόωντα. Kaibel. παρῆσι μειδιόωντες. — Vs. 16. Supplebat Salmasius ἐνθάδ' ἐγὼ πρ., Jacobs. χρυσείαις. Bœckhii supplementum recepimus.

DCXXXVI. Inter *Smyrnæa*. Est in *Corp. insc. gr.* n. 3344, et ap. G. Kaibel. n. 313. — Vs. 1. Lapis habere videtur ΜΕΤΑΧΕΙΡΙΟΙ, quod emendare tentavit Kaibelius. — Vs. 6. Marmor ΕΥΘΟΜΕΝΑ, restituit Bœckhius πευθομένα, Kaibelius ἐσθομένα quod rectius vidit esse pro αἰσθομένα. — Vs. 12. Legebatur ΑΜΕΙΛΙΧΙΗΣ, quod emendatum ἀμειλίχιος mutavit idem in ἀμειλιχίως quia litteræ ω forma Ϣ ubique utitur lapidarius.

DCXXXVII. Multi edidere post Spon. *Miscellan.* p. 370, Reinesius, *Syntagm.* p. 694, Jacobs. *Paralip.* p. 790 sqq., *Append.* n. 257 et Bœckh. *Corp.* n. 3272. — Vs. 2. Bœckh. ex lapide ἐν βαιῷ. — Vs 3. Id. λαῖνέᾳ. — Vs. 9. Post γενέτης lapis habet μητέρα quod redundat, quodque si servare velis, inter uncos, ut addita ab ipso patre explicatio, ponendum est. — Vs. 12. Bœckh. πλῆξαν. Διδύμους Spon. intelligebat testes, sedem morbi. Post περὶ supplet Bœckh. ὁμαίμους, Jacobs. μῆνας, Déheq. νεφρούς. — Vs. 13.

Bœckh. ἰάσατό μου νόσον αἰνήν, ex lapide ...ΟΝΑΙΝΗΝ. — Vs. 14 in fine Spon. σώσει quod retinuit Kaibel. — Vs. 15 deest pes; conjiciebat ergo Jacobs. νοῦσος..... πάλιν εἷλε... Malim credere a quadratario omissum esse καίτοι juxta καὶ τότε, propter similitudinem. — Vs. 24. Se minime intellexisse Bœckhius fatetur *cur matris manus de oculis sustulisse animam dicantur*. At χέρες hic est pro χειρουργία, χειρουργῶν μηχανήματα, χειρῶν ἔργα, ut in epigr. Phædimi (*Anthol. Pal.* VII, 271), ubi Diana laudatur quod parturienti mulieri cuidam δισσὰς ὑπερέσχε χεῖρας. « Manibus igitur dicit puer (medicorum), suam ablatam esse animam ab oculis matris. » — Vs. 27. Reinesius (*Synt.* XII, 132, p. 694) ex apogr. Bullialdi dabat στυγερήν. — Vss. 25-28. Vulgo : ταῦτ' ἐπ..... βιοτῆς (ξένε) — καὶ κατέλειπον τηκεδόνας τοῖσί με γειναμένοις. — Αἰνόμορος λείψας τρεῖς συνομαίμονας ἀστεφανώτους. Pro istis monstris, Bœckh. judicans omissum esse hephthemimeres dactylicum, versus ita digerendos ut recepimus, censebat. — Vs. 28. Verbo τρεῖς deleto stabit versus. — Supra versus legitur Θεοῖς ἥρωσιν. — Λεύκιος Μινίκιος Ἄνθιμος καὶ Σχρειβωνία Φηλεικίσσιμα ἀτυχεῖς γονεῖς Λ. Μινικίῳ Ἀνθιμιανῷ τέκνῳ γλυκυτάτῳ καὶ θεῷ ἰδίῳ ἐπηκόῳ ζήσαντι ἔτη δ̄ μῆνας ε ἡμέρας κ.

DCXXXVIII. *Smyrnæ* in marmore, « in quo senex cogitabundus baculum intendit in cranium hominis. » *Jacobs.* Multi edidere post primum Pocock.. *Insc. Antiqq.* sect. VII, n. 38, et Jacobs. *Paralip.* II, p. 759, n. 6 et *Append.* n. 121, Bœckh. *Corp.* n. 3397, et Kaibel. n. 303. — Vss. 3-4. Cf. Ausonii distichon ex Menandro, *Epigr.* 145 :

Re fruere, ut natus mortalis; dilige sed rem,
tanquam immortalis : sors in utroque verenda.

DCXXXIX. *Nymphæi* prope Smyrnam. Texerius *Revue archéol.* I, 1844. p. 323 seqq. *Descript. de l'Asie min.* II, p. 304 : inde titulus ille transiit in *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 468, n. 9283. « Jubetur defunctus exantlatis vitæ laboribus, victoriæ insignibus ornatus, habitu scilicet omnium pretiosissimo et vere divino, cum antea fuisset abjecto, et præ cœlestium rerum magnificentia spernendo, ad Deum proficisci. » *Kirchh.*

DCXL. *Smyrnæ.* Pocockius *Inscrr. ant.* P. I, 2, 12, p. 24, n. 23. Bœckh. *Corp. inscr. gr.* n. 3388. — Vs. 1. Lapis habet ΤΥΦΩΝΑ, quod retinui. Kaibel. n. 316, Τ[ρ]ύφωνα. — Vs. 3 heptameter est sic incipiens : ΑΜΜΑΣΔΕΥΤΥΧΙΑΜΑΣΤΟΥΣ. Bœckhii emendationem admisimus, qui ceterum pro ΑΜΜΑΣ legit ΑΛΛΩΣ. — Vs. 4. ΕΝΟΠΟΛΕΣ pro quo Bœckhius corrigebat ἐνόπωπας, nos autem ex Kaibelio reposuimus ἔμολες.

DCXLI. *Smyrnæ* protome marmorea reperta, cujus in pectore inscriptio est, nunc exstat Parisiis in magna Biblioth. publ. Hinc petiit Viscontus, *Iconogr. gr.* t. I, p. 284 et tab. 33, item Bouillon. *Musée des Antiques,* t. II, tab. 72. Welcker. recepit in *Syllog. epigr.* ed. alt. p. 47 et Bœckh. in *Corp. insc. gr.* n. 3283. — Sub his versibus in basi rotunda insculpta sunt istæc :

Μ. Μόδιος Ἀσιατικὸς, ἰατρὸς μεθοδικός.

Μεθοδικοὶ ἰατροὶ, medici sunt methodo addicti, quam definiebant esse cognitionem apparentium communitatum ad sanitatis finem pertinentium. De quibus v. Celsum, præf. lib. I. — II sæculi hoc esse epigr. conjicit Kaibelius.

DCXLII. *Perinthi.* Jos. de Hammer. *Topogr. ansichten,* p. 159, et inde Bœckh. *Corp.* n. 2025. — Vs. 2. Bœckh. ψηφοδέτης, vitiosa, ut Hasio videtur (*Thesaur. ling. gr.* s. v.), aut saltem incerta lectio pro ψηφοθέτης. De quo vide Welcker. *Rhein. Mus.* a. 1832, p. 289, et Letronn. *Lettres d'un antiquaire,* p. 315. — Vs. 3. βουλῆς σύνεδρος, i. e. Περίνθιος βουλευτής, Perinthius senator. Proclus hic et in alio titulo memoratur, ut qui Tychæum, id est Fortunæ fanum Perinthi instruxerat. Vid. Bœckh. n. 2024.

DCXLIII. In cippo marmoris candidi ann. 1829 reperto, quem *Salamini* tribuit Pittaces. — Bœckh. *Corp. insc. gr.* Addend. 2322 b 42. — Repetiit Cumanudes in Ἀττικῆς ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. n. 2476; scribit vs. 1. Τέχνωνος quod retinuit Kaibel. n. 93.

DCXLIV. *Soada.* Welckerus *Syll. epigr.* n. 96, p. 124, ed. alt., Bœckh.-Franzius *C. i. gr.* t. III, p. 265 sq. n. 4622 et ex apogr. suo Waddington. *Inscriptt.* part. VI, Syrie, sect. IV, Batanée, XXXIV, n. 2322, inde Kaibel. n. 435. — Vs. 3. Lusisse auctorem in nomine Flaviæ credit Welckerus, « memorem usus poetarum a quibus Gratiæ *flavæ* dici solent. Sed potest femina etiam Flavia Charis dicta fuisse. » *Bckh.-Fr.* — Vs. 4. Scribebant iidem ex omnibus apographis εἰκόνας; sed legi jubent novissimi editores εἰκόνα quod retineri potest. — Vs. 5. pro μίγα priores dabant μετά. Burchkardt. *Itin. Syr.* p. 82, legerat ϕΙΛΙΟυϹ, quod acceperunt Bœckh.-Franz. et Kaibelius. Bergrenn. autem (*Itin. Europ. et Orient.* t. II, p. 109) ϕΙΛΙΟϹ, quod confirmatum est Waddingtonis apographo. — Titulo metrico subditum est ἐτῶν ΚΘ μην(ῶν) ι'. Titulus, si Kaibelio credas, est II vel III sæculi.

DCXLV. *Thessalonicæ.* Gruter. p. DCCCXCVIII, 9. Inde Brunck. *Lectt.* p. 303, n. 710, Jacobs. (*Animadv.* vol. III, P. II, p. 288), *Append.* n. 248. — Vs. 1. Jacobs. Μοίρη, Μοῖραι emendavit Bœckh. ex Douza, *De Itinere Constantin.* p. 105. (1599), qui hoc epigramma exhibuit cum hac notula : Ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ τοῦ Πέτρας πλησίον τῆς Θεσσαλονίκης ἐν χώρᾳ Κουντουριώτισσα καλουμένῃ, ὅπου ἐγένετο πόλις Παυρίσιον. — Vs. 3. Gruter. et Douza, Fleetwood. : γευσάμενον. « Reinesius γευσαμένην recte correxit ob ἀθιγὴς quod virginis est. » *Bckh.*

DCXLVI. *Thessalonicæ.* Sub inscriptione sculptus erat delphinus. Bœckh. *Corp.* n. 1988 b. Lebas. *Inscript.* P. III, n. 13, 14 a. majusc. litteris. — Vs. 3. Bœckh. : Τρὶς δέκατον πλήσας ἐτέων τὸ πανύστατα βαίνων. Conjeceram et Τρὶς δεκάτων πλήσας ἐτέων τὸ πᾶν· ὕστατα β.; Kaibel. n. 522, βαῖνον, reliq. ut Bœckh. — Vs. 4. Bœckh. : Λύπην μ. πρόλιπον καὶ πᾶσι βροτοῖσι πόθησιν. Vir doct. Lips. in *Dissert. de Epigr. quibusdam gr.* p. 12, legit : Λύπην μή τῳ ἔδρων καὶ π. βρ. διῆγον; lapis habere videtur : ΛΥΠΗΝ ΜΝΤΟΙΔΙΒΩΝ ΚΑΠΑCΙ ΒΡΟΤΟΙC ΕΙΔΙΟΝCΙΝ. — Vs. 5. Bœckh. : συμβίοις; συσσίτοις scripsi qui propius figuris exscriptis accedit ЄΝ CΥΝΤΙΟC et metro suppetit. Gaius jurisc., « Sodales, inquit, qui ejusdem collegii sunt, quos Græci συσσίτους vocant. » Cf. Theogn. 309 : ἐν μὲν συσσίτοισιν ἀνὴρ πεπνυμένος εἶναι. — Vs. 7. In lapide ΕΤΗϹΑΛ. Πόσεις intelligo *dominas,* gallice *des*

maitresses ou des épouses légitimes, quod feminino genere inusitatum fateor. — Cf. seq. epigr. v. 2. — Vs. 8. Lips. idem : οὐδάμ' ἀπητήθην. Si animadvertis ΟΥϹ, quod in extrema superiore linea « pro varia, ut credidit Bœckh., lectione » additum est, facilius hic leges ΛΥϹΑΙ — Vs. 9. Bœckh. : ἀλλά γ' ἐνωρχηκώς... — Vs. 10. Id. μητέραν εὐσεβ.; a viro Lipsiano accepi μητέρ' ἐν... — Vs. 12. Id. Lips. κατέλυσ' αἶα..... πρόπασιν. — De Secundione eodem epigr. sequens est.

DCXLVII b. *Thessalonicæ.* Edidit Bœckh. *Corp.* 1988 c. Vide n. superior. Sub titulo cuidam Ælio Pollioni a Julia Secunda dicato, navicula sculpta erat. — Vs. 2. Conf. epigr. præced. vss. 5 et 7. — Vs. 3. De locutione βιότου μέτρα vid. Antiph. 14, Crinagor. 18. — Vs. 4. In fine, defunctus hortatur viatorem ut gratam auscultet hanc vocem : Χαίροις κ. τ. λ.

DCXLVIII. *Cii.* Lebas. et Waddington. *Voyage etc. Inscript.* n. 1154. — Cf. Lebas. *Journ. de l'Instr. publ.* 1853, p. 575, cujus sunt restitutiones. Laudat idem Josephi locum ubi occurrit dicendi forma qua hic utitur poeta vs. 2 : κλάσαι τὴν ἐλπίδα ταύτην αὐτῷ προαιρούμενος. *Bell. Jud.* III, 7, 15. — Vs. 1. δαίμων, i. e. Ἅδης qui nominatim inducitur in Parmenionis epigr. *Anth. pal.* Didot. VII, 183, vs. 2. — Cf. Dioscoridis epigr. *ibid.* n. 167, vss. 3 et 4. Ceterum et hic locus ad illam celebratam apud veteres deorum invidiam pertinet. — « Post δέμας, F et versu sequenti paucula litterarum vestigia. Narrabatur anima quo migrasset. » *G. K.* — Secundi sæculi litteras esse credit Kaibelius.

DCXLIX. *Cii. Inscriptt. ant.* p. 29. n. 11, inde Jacobs. Paralip. II, p. 808, sq. n. 9, Bœckh. *Corp.* n. 3741, Lebas et Waddington. *Explic. des Inscriptt. gr.,* etc. P. V, Asie Mineure, sect. VII, Bithyn. — III, Cius, n. 1163. — Vs. 3. Priores editt. ἔστιν ἐμοί, lapis habet quod dedimus post Lebas. et Waddingt. Jacobs. et alii ἔτος, ἦ μ' ἀν. Correxit Bœckh. et receperunt Lebas. et Waddingt., apud quos nullam vs. 4 lacunam habet. — « I p. Chr. n. sæculo vix recentius » asserit esse G. Kaibel. n. 346.

DCL. *Cii.* Ph. Lebas. *Journal de l'Instr. publ.* sept. 1853, p. 576. Repetiit idem et v. cl. Waddington. *Voyage etc. Inscript.* n. 1164. Philippi Lebas. sunt supplementa.—Vs.1. σημήτορα, ΣΗΜΗΤΟΡΑ esse in lapide videtur pro σημάντορα, prava forma. — Vs. 4. Κιανὸς pr. nom., *Cio oriundus*, ut Ἀθηναῖος, etc. Εἰρη[ναῖος ἔ]θηκε[ν] με ἀ[νέστη]σέν τε K.; sic Kaibelius, qui II fere sæculi epigramma esse putat.

DCLI. *Minoæ. Corp. insc.* Add. II 2264 r. Inde G. Kaibel. n. 282. Littteræ ΕѠϹΑ. — Vs. 2. Quot litteræ perierint incertum. Fortasse συν[τυχοῦσ' supplendum, *quandoquidem* te nacta sum *colloquentem.* *G. K.*

DCLII. *Sebastopoli* Galatiæ. Ex Damonis græci apographo (in *Actis societ. philol. Cpolit.* vol. VII) edidit Rœhl. *Sched. epigr.* Berol. 1876, p. 19, n. 7; inde G. Kaibel. n. 402. — Rœhlii sunt supplementa et emendationes. — Vs. 1. μ' ἔτικτεν. « Στήλην ipsam loqui vidit Kirchhoff. — » Post θανόντα continuo hæc ΓΝѠΝΤΟϹΔΗΤΕΡΜΑΒΙΟ///, ut recte editor unam versiculum (14-18 litterarum) describentis errore intercidisse statuerit. Ipse dedit..... γνόντος δὴ τέρμα βίοιο. » *G. Kaib.*

DCLIII. *Sebastopoli.* Ex Damonis apogr. (in *Actis societ. philol. Cpolit.* vol. VII) edidit Rœhl. *Sched. epigr.* p. 19 sq. et inde G. Kaibel. n. 403. Rœhlii sunt fere omnia supplementa; pauca immutavit Kaibelius. — « Ejusdem sepulcri supersunt aliarum duarum inscriptionum fragmenta apud Rœhlium, p. 20, quæ etsi componi inter se posse videantur, tamen nimis mutila sunt quam ut vel sententia restituatur. » *G. K.* — « Videtur IV vel V adeo sæculi, quo tempore tales hymni deis hominibusque juxta canebantur. » *Id.*

DCLIV. *Albæ.* Edidit Reinesius, *Synt. inscript.* cl. XII, p. 683, n. 104, deinde Fabrettus *Inscr.* c. III, p. 193, n. 453, uterque cum interpretatione latina. Repetierunt Fleetwood. *Inscr. Syllog.* p. 200, 2, Bonada *Anthol.* t. II, p. 224, Welckerus *Syllog.* p. 109, n. 78 edit. alt., Franzius *Corp. inscr. gr.* III, p. 884, n. 6205. — Vs. 1. Ὁρμῆς dedi pro Φύρμης, in quo φ pro aspiratione insertum esse opinor. *Horme* cognomen est ap. Murat. *Inscript.* 1571, 12. Aponia L. L. Horme. — Vs. 2. Lapis habere videtur ὁλοκλήρως, quod retinuere omnes; legendum ὁλοκλήροις. — Vs. 3. πρόμορον Welckeri correctio est pro πρόμοιρον. — Vss. 6-7. Cf. supr. n. 337. Ἄρτι με γευόμενον... Quamvis nullum in lapide lacunæ indicium sit, melius sic scripta esse ista duorum versuum fragmenta crediderís, quos sive poetæ imperitia, sive sculptoris incuria mutilos exhibuit. V. *Corp.* n. 6227, 6257. — Priorem scripturam ubique servavit G. Kaibel, n. 577, quem vide.

DCLV. Olim *Athenis,* ubi transcripsit Sponius editque in *Itin.* t. III, P. II, p. 38. Multi inde retulere quos recensuit Bœckh. *Corp.* 1, n. 1012. Nunc lapis est in Britann. Museo inter Elginianos. Nuperrime dederunt et Cumanudes Ἀττικ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. n. 3388, et Newton in *the Collect. of anc. gr. inscript. in Brit. Mus.* n. CXXVIII. — Bœckh. : « Epitaphium habes Trypheræ, Eutychidis et Ciliciæ filiæ, quod posuit Hermeros, Aristomachi filius, maritus, versibus conceptum partim bonis, partim pessimis, iisque hexametris, exceptis vss. 2 et 10 qui pentametri sunt, et vs. 9, qui confuso numero vagatur, nominibus propriis versificatori difficultatem creantibus. » — Vs. 1. κυδιόωσα, trissyllab., ut vs. 7. Κιλικία. Lapis habet ἐθίραις, ut vss. 4 et 5 λιριόεσσαν, χίλεσι. — Vs. 9 corrigebat et in fine sic supplebat Jacobs. in *Analect. Animadv.* t. III, P. II, p. 300 *sqq.* epigr. DCCXXI :

Ἕρμος Ἀριστομάχοιο πατρὸς καὶ μητέρος ἐσθλῆς.

Sed omnino marmor habet ΕΡΜΕΡΩΣ; pro μητέρος ἐσθλῆς conjiciebat Dehèque μητρὸς Ἐρίννης.

DCLVI. « *Aquis Sextiis,* in lapide fortasse eo aliunde delato. » Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 1035, n. 6779. — Vs. 4. Homeric. dict. cf. *Od.* X, 201, θύρην ἐπιθέντε φαεινήν, *ibid.* Z, 19, θύραι δ' ἐπέκειντο φαειναί. — Vs. 5. G. Kaib. [εἵ]μά τ' ἔθηκα. — Vs. 9. Lapis habere videtur σώοισιν, quod retineri poterat. — Vs. 10. cum *Iliad.* XXIII, 91, comparandus est : ὣς δὲ καὶ ὀστέα νῶιν ὁμὴ σορὸς ἀμφικαλύπτοι. « Proclum conjicias esse Proculum Pontianum, qui consul fuit, a. u. 991, post Christ. 238. » *Fr.*

DCLVII. « In vicinia *Ilii novi.* Ex schedis a Dubois scriptis edidit Bœckh. n. 3627. Titulus mutilus, et corruptissimus. — Vs. 4. Ubi tantum superest, si

apographo credimus, ΡΑ--Υ supplevit Bœckh. δάκρυ; sed quia nusquam vidimus δάκρυ τινὰ κλαίειν, conjecimus ῥᾷστα. G. Kaib. [κ]α[ὶ σ]ύ με. — Vs. 7. G. Kaibel πνεῦμα [β]ίᾳ θ. — Vs. 13 idem restituit. — Vs. 15. « ὀλέτην certum est, licet alias inusitatum. » *Bckh.*

DCLVIII. *Nicææ* repertum edidit primus Bœckh. (*Corp.* n. 3764) ex schedis Alex. de Laborde a Letronnio missis. « In lapide est anaglyphum cellulam repræsentans et in ea collocatum juvenem, qui altera manu tridentem s. fuscinam, altera cultrum tenet (ut Retiarii in titulo in Maffeii *Mus. veron.* p. cxxv, 4, addita eadem hæc arma ad latus sunt). » *Bkh.* — Vs. 1. Cf. simile initium epigramm. in *Anthol. palat.* XVI, 379. — Vs. 2. ἒ interjectio dolorem significans extra metrum est. Ubi lapis habet non sine aliqua confusione ΕΧΡΥΣΟΜΑΟΛΛΟΝ, legimus (ἒ) Χρυσεόμαλλον, quod pro nomine proprio posuit Paul. Silent. *Anth. pal.* VII, 563. Pro ῥητιάριον libentissime darem ῥητιάριν quod legitur in Bœckh. n. 3765, et in seq. nostro. Si ῥητιάριον retines, ut Bœckhio placuit, unam syllabam ex duabus facias necesse est, seu ῥῆτιάρῑον, sive, ut Bœckh., ῥητιάριōν, legens. — « Κυνηγὸν intellige venatorem circensem, sive bestiarium. » *Bckh.* — Vs. 3. σταδίοις manifestum est introductum fuisse errore seu exscribentis seu quadratarii, unde exstitit heptameter : quod dedit Bœckh. fere omni sensu caret. Frœhner. corrigebat θῆρας ἐν στ. πάσας παλάμαις ἀνύσαντα (*Mus. du Louvre, inscr. grec.* p. 247). Post verss. in lapide subjiciuntur et hæc : Ἡλιόδωρος..... Χρυσεομάλλῳ ἐκ τῶν αὐτοῦ μνείας χάριν. Χαῖρε, παροδῖτα.

DCLIX. « Lapis... olim Choiseulianus; catal. Dubois n. 210, nunc in Museo patrio Parisiensi, catal. Clarac. n. 578. Antiquam hanc inscript. æri incisam dedit Claracius in tabulis et Bouillon. *Mus.* t. III, Cipp. et Inscr. tab. 21, Osann. *Syll.* p. 366, n. xxx. Tractavit et Welckerus *Syll.* edit. alt. n. 47, p. 58. Tituli patria ignoratur. » Bœckh. *Corp. inscr. gr.* n. 3765. — Vs. 2. Bœckh. : τάγμα ῥητιάριν, δεύτερον πάλον, ter claudicante versu, pro quo facillime legi quod accipiendum censeo. G. Kaibel. Τα[ρσέ]α ῥητιάριν, δεύτερον π. Μ. — Vs. 4. Lapis habet ΚΕΛΑΔΟΝΑ ΛΩΝ; conjiciebat Bœckh. : κέλαδον λαῶν, Welcker. ἄθλων, Frœhn. ἀέθλων, nos τ' ἀνδρῶν. De παλοις, adi Bœckhii not. ad n. 2663 ubi laudatur Dion Cass. LXXII, 22. Subjiciuntur hæc versibus : Θάλλος και Ζόη Μελανίππῳ μνείας χάριν ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησαν.

DCLX. *Rimea.* Ediderunt, ex suo apographo v. cl. Waddington, *Inscriptt. gr. et lat. etc.* t. III, P. I, sect. vi, *Trachonitæ*, II, n. 2429; Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 256 sq., n. 4588, ex schedis Seetzenii. Pessimi versus, quorum in primo pronuntiandum Καιλστῖνος vel Κλεστῖνος. — Vs. 4. Per formulam ἐσθλῆς ἐκ στρατιῆς quæ nonnunquam occurrit, ut in *Corp. inscr. gr.* n. 4582, arbitrati sunt Bœckh.-Franz. vitam actam cum stipendiis militaribus comparari. Ceterum claudicat versus qui, si absciderìs νῦν δ', pentameter fit. Misellus tandem poeta, deficientibus propriis opibus, postquam aliena scrinia compilavit (*Anth. palat.* VII, 228), omni metro valedicit. — Præterea in lapide sæpe ε scriptum pro diphthongo αι; Κελεστεῖνος, ἐπενῆ, μείνεμι vss. 1, 3 et 5.

DCLXI. Edidit Gruter. *Inscriptt.* p. MCXXIX, 11. Unde Grotius in *Floril. Græc. mantiss. tert.* p. 412. — Vs. 1 jam legitur in *Anthol. pal.* c. VII, 3, et supra in sylloge nostra n. 388. Cf. etiam hic infra n. 679. — Vss. 2 et 4. Homero-centones.

DCLXII. *Namaræ.* II fere sæculi censet esse Kaibelius. Ex suo apographo edidit, v. cl. Waddington. *Inscript. gr. et lat. etc.* Syria, n. 2177. — Vs. 2. Usitatæ formæ ἐκ τῶν ἰδίων addere voluit Major patrem suum felicitatis et opulentiæ ipsius fuisse artificem, ut gallice dicitur l'*artisan de sa fortune.* — Vs. 4 supplevit G. Kaibelius.

DCLXIII. *Minoæ.* Lenormant *Mus. Rhen.* XXII, 291, n. 281; inde G. Kaibel. *Epigr. gr.* n. 285. Editoris sunt supplementa, nisi quod ἐλθὼν pro ἤλυθον Wilamowitz, κλαίοις pro κλαίεις scripsit Kaibel.

DCLXIV. Apud locum *Altentash,* olim *Bennisoa.* Primus edidit Lebas. *Voy. arch. etc.* p. 430, n. 775; inde transiit hoc epigr. in *Corp. inscr. gr.* n. 3857 m, *Addend.* Repetiit nuper Waddington, *Inscr. gr. et lat. etc.* n. 775. Dedit etiam ex ipso lapide v. cl. G. Perrot in *Explor. arch. de Galatie, etc.* t. I, p. 125. Nonnulla metri vitia in vss. 3, 4, 9, quæ fortasse auctoris sunt, facile fuit tollere. — Vs. 2. Lapis : δάκρυον. — Vs. 3. Pro Μήτηρ δὲ βαρυπενθάς, reposuimus Μήτηρ δ' ἡ βαρυπενθής, ultimum verbum jam scripserat Franzius. — Vs. 4. Ubi in lapide ἐμαυτὴν ζῶσα erat, legimus ἐνθ' αὐτὴν ζῶσαν. — Vs. 5. Lapis : ΕΙΝΕΚΟΝΙ, unde eruit Franzius εἵνεκ' ἐμῆς, simplicius restituimus εἰνὶ κόνει aut ἐν δὲ κόνει. — Vs. 6. in novo Waddingtoni apographo desunt verba ult. post σοφῶν, quæ prius legebantur οἱ μάνυε τιμάν, nullo quidem sensu, ut mihi videtur : conjeci σοφῶς σοι μάνυε τιμάν. — Vs. 9. Cum nulla pateat lacuna, ubi lapis habet ΕϹΤΙΓΑΚΑΙ ΕΝ ΦΘΙΜ., forsitan legendum est ἔστι γε κἀν, aut si putaveris, quod verisimile est, ΓΑ et ΚΑΙ unam et eandem esse particulam quadratarii aut ejus qui exscripsit incuria geminatam, ἔστι καὶ ἐν φθιμένοις. — Vs. 10 mutilum restituit Franzius : Χαίροις· μὴ τύμβον ἄλλα νοέων πάριθι. Sed manifesto lapis habet ΑΛΛΑ ΕΜΟΥ, aut, ut legit G. Perrotus, ΑΝΑΓΝΟΥΣ. Kaibel. tantum scribens [μὴ.....] τύμβον, ἀλλ' ἀναγνοὺς πάριθι, subjicit : « Initio versus monebatur ne quis violaret sepulcrum, » et vocis χαίροις fere nullum superest vestigium. — Versibus subscriptum legitur Τιμέας καὶ Νάνα γονεῖς. — Mulieris n. pr. Νάνα, jam occurrit in alio ejusdem regionis titulo, in *Corp. inscr. gr.* Addend. III, 3827 u :

Τὴν τιμητὴν ἀνθρώποις Νάναν ταχέως ἥρπασε μοῖρα.
συμφροσύνῃ ζήσασα ἐν χηροσύνῃ κατέλειψε
σύνευνον χαλεπῷ πένθει τειρόμενον.

— III fere sæculi hoc esse epigr. existimat Kaibelius, qui, fere ubique priore scriptura servata, exhibet Ἀένεον (*sic*), βαρυπενθάς, ἐμαυτὴν ζῶσα, ἀλκυονὶς γοεροῖς (vs. 5), σοφῷ νοΐ, ἔστι γὰρ καὶ ἐν φθ.

DCLXV. *Namaræ.* II vel III sæculi, ut quidem Kaibelio videtur. Ex apographo suo v. cl. Waddington., *Inscr. gr. et lat. recueil. etc. Syrie etc.* n. 2176. — Vs. 2. Κερτέννου dubium est, ut multa in hac inscriptione quæ luce indigent; lapis ΓΕΙΝΑΜ ΕΝΗΙ. — Vs. 3. Lapis ΜΙΛΙΟΝ, μίλιον, quod miliarium esse putat Kaibel., quod « Fortunæ fano simul dedicato insigniverint. Sæpius enim veteres ad vias publicas sacella vel ἡρῷα constituebant, quibus spatia emetirentur. » *G. K.* — Vs. 5. « Namara erat, teste divo Hieronymo, *vicus grandis in regione Batanæa* (*Onomast.* in v. Nemra). » *Wadd.* — Vs. 9. Waddingt. τήν, pro τήνδε, hancce sub fornicem;

fortasse legendum ἔῃν, ЄΗΝ. — Vs. 10. Iomedes erat poeta.

DCLXVI. *Cotiæi.* G. Perrotus, op. cit. p. 118, n. 79, deinde G. Kaibel. n. 366, qui apographis omnino fidendum negat. — Vs. 5. « ΛΟΥϹΑΜΕΝ λοῦσαν ἐν sat confidenter, πηγαῖς dubitanter scripsi. » *G. K.* — Vs. 7. τρεῖς supplevit Mordtmanni filius, a quo etiam patris apographum habuit G. Kaibel.; « at trigenario non bene conveniunt laudes vs. 1. nec senatus principatus. Fortasse ipsum illud Ϲ(Ε) quod ante ἐτέων traditur, numeri quinarii nota est. » *Id.*

DCLXVII. *Migdalæ.* Ex apographo suo v. cl. Waddington. *Inscr. recueill. etc.* Syria, n. 2031. — Vs. 1. Ῥητορικῆς, id est artis oratoriæ causis defendendis adhibitæ; cf. vs. 6. — Vs. 5 ita est in lapide, nihil deest. — II fere sæculi hunc titulum esse censuit Kaibel.

DCLXVIII. In *Amorgo.* Henzenius *Ann. Instit.* 1864, p. 106. Inde G. Kaibel. *Epigr. gr. e lap. conlect.* p. 108, n. 279. — Litteræ ΑϹΩ. — Vs. 1. ἔτι monosyll.

DCLXIX. *Selæmæ.* Ex apogr. suo v. cl. Waddington. *Inscriptt. rec. etc.* Syria, n. 2381. — Vs. 2. De tumulis qui columbariorum loco habebantur, vid. infr. n. 670, Τύμβος ὑπουδαίων, n. 728. Αὐτῷ καὶ τεκέεσσι, cum notis Waddingt. *ibid.* sub n. 2145. — Vs. 7. G. Kaibel. censet scribendum esse νεοπολίτης; « Sadus, ait, architectus ex servo civis factus est. » Idem hunc titulum II sæculo vix recentiorem censet.

DCLXX. « II vel III sæculi. » *G. K.* — Ex apographo suo, loco dicto *Busr-el-Hariri* repertum edidit v. c. Waddington. *Inscriptt. rec. etc.* n. 2474. — Vs. 2. Non aliunde notus ille Majorinus, ad quem pertinent duo tresve inscriptiones quas *ibid.* nn. 2475 sqq. vide, præsertim una s. n. 2475 quæ latina est, hæc :

Sede sub hac recubat clarus prætorique præfectus
Majorinos, virtute celebratus magna per orbem.
Hæc illi nunc requies fati, hæc sedis æterna,
Filippi extructa studiis Gratique nepotis.

(prætori p. prætorio, — Majorinos p. Majorinus, — cælebratus). — Vs. 4. ἐλέλευσις ab ἐλελεῦ, pugnantium seu victorum clamore, triumphalis laudatio est (v. Hesych. v. ἐλελεῦ, et Aristoph. ad *Aves,* 864 schol.); deest ἐλέλευσις lexicis. Emendavit G. Kaibelius Βασιλεῦσιν, quod recepimus. — ΤЄΚЄΡΤΟΝ in lapide omnino perspicuum, quid sit hoc monstri nescio, quod prius transtuleram quasi sit κάρτους, deinde admisi Kaibelii scripturam, quamquam parum ipsi auctori placeat, ἐπάρχου. — Vs. 9. « De columbariis *Haourani* vid. not. ad n. 1145. » *Waddingt.*, et in hac sylloge, infr. n. 728 b. Αὐτῷ καὶ τεκέεσσι, vs. 5.

DCLXXI. « III fere sæculi. » *G. K.* — *Migdala* (Medjdel). Edidit ex apogr. suo v. cl. Waddington., *Insc. gr. et lat. recueillies en Grèce, etc.* t. III, P. I, Syrie, sect. V (Auranite, III) n. 2401. Bene restituerat Franz. *Corp.* t. III, p. 254, n. 4579. — Vs. 3. Scribebat Seidler. ἄψιν, ut prosodiæ satisfaceret, sed ἀψίδα in lapide esse docet Waddingtoni apographum, cujus licentiæ nonnulla reperias exempla, qualia sunt Alcæi κναμίδες (Boisson. *Lyr. gr.* p. 7, Alcæi, κα') et Greg. Naz. *Carmin.* XLVII, 207, σφρηγίδας.

DCLXXII. *Achridæ Epiri.* Ex Pappadopuli apographo Henzen. *Bullet. arch.* 1849, p. 149, inde G. Kaibel., *Epigr. gr. etc.* n. 511. — β. Vs. 5. Henzen. ..... τέ μοι Νικοκλεόντης; idem pro matris nomine Zenois, Ζηνωνίς scripsit, nomen jam notum Basilisci uxoris ap. Malchum in *Exc. Legatt.* p. 272-274 edit. Nieburh. Formæ Zenois nullum adhuc repertum est exemplum.

DCLXXIII. Lapis in oris Cyrenaices repertus indeque translatus Alexandriam. H. C. Agnewius *Remarks on some remains of ancient greek writings, etc.* in *Archæol. or miscellaneous tracts of relating to antiquity,* vol. XXVIII. London, 1840, tab. XIII; unde petiit Welcker. *Mus. Rhen.* I, 1842, p. 209, n. 17. Franz. *C. insc. gr.* n. 5362 b. G. Kaib. n. 260, qui III vel II ant. Chr. n. sæc. hunc titulum existimat. — Vs. 3. κάλυβος, si Hesychio credis, est idem quod καλύβη, i. e. παστάς, θάλαμος.

DCLXXIV. In vico *Eriguez,* in cippo in quo imago mulieris sedentis exsculpta est. Post Lebas. (*Revue de Philol.* I, p. 333, et *Voyage archéol. etc.* fasc. inscr. 13, 14, p. 273, n. 1022, Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, Addend. p. 1083, n. 3847, n. G. Kaibel. n. 383, quo judice, II sæc. est.

DCLXXV. In loco Sukkara prope *Memphin* reperit comes de Laborde, cujus ex schedis edidit Radulfus Rochette (*Mon. ined. antiq. figur. gr. Etr. Rom.* vol. I, p. 115 in *Achilleide.*) Retulit Boissonadius in notis ad *Epistol.* Theophylact. p. 319, cum nonnullis his emendatt. : « Quum sit in ipso lapide ΕΣΘΛΟΝ, malui rescribi ἐσθλῶν... Præterea non placuit εὔφρονα. Lapidis verba ΕΥΣΕΒΕΕΣΣΙ. ΑΦΡΟΝΑ me potius duxere ad εὐσεβέεσσι σαόφρονα. Non est enim εὐφροσύνη virtus, quæ tam amplæ mercedis digna esse videatur. » *B.* — Dedit et Franzius, *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 347, n. 4703. — Vs. 3. legit ἐσθλός. — Vs. 4. ἀπέσχε τέλος, fortasse intelligendum, mortis leve tributum solvit, ἀπέχειν eodem sensu quo ἀποτίνειν, cujus tamen nullum exemplum novi. Ergo videant docti. G. Kaibel. qui (n. 259) hoc epigr. II fere p. Chr. n. sæc. esse censet, Franzii scripturam servat.

DCLXXVI. In Ægypto, forsitan *Lycopoli.* Asservatur in Museo Parisino. Edidere multi, novissime Froehner. in *Mus. du Louvre, Inscriptt. grecq.* p. 261 sq, n. 161. In Abydeno templo erat Osiridis sepulcrum, et in vicinitate dei Ægyptiis nobilibus humari placebat. — Vss. 5 et 10. In Ἀβυδηναίου et ἵδρυσε vocibus peccatum est quantitate syllabarum βυ et δρυ quæ longæ sunt, quod in carmine ægyptiaco minime mirandum.

DCLXXVII. Asservatum lapidem Parisiis in Museo publ. Lupar. edidit Claracius *ibid.* tab. 60, p. 481, c. n. 848. Citavit Letronn. *Journ. des Sav.* Aug. 1830, p. 503. Repetiit Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 351, n. 4709, G. Kaibel. n. 415. Litteræ ΕϹΩ.

DCLXXVIII. *Alexandriæ* in Ægypto. Nerutzus in Ἀθηναίῳ, 1875, p. 73 sq. n. 2. Ad tempora Macedonica pertinet; jam a v. cl. Marietta missum dederat v. cl. E. Millerus in *Rev. arch.* 1874, t. XXVII, p. 53 sqq., sine vs. 7, et cum ceterorum paucioribus reliquiis. Kaibel. n. 258.

DCLXXIX. *Alexandriæ Ægypti.* Edidit et emendavit Nerutzus in Ἀθηναίῳ, 1875, p. 75 sqq. n. 3. Versibus istis, qualescunque sint, subscriptum verbum Παντοματρική. Postica autem in parte lapidis hæc addita sunt : Εἰμὶ δὲ τῆς Κρήτης Παντοματρίου Ἰουλιανή. Titulus pertinere videtur ad tempora Vespasiani sive Trajani. — Vs. 2. Scripsi Πρέμνου, patris pr. nomen simile huic satis apud nos noto *Lasouche.* Si Πρέμνον retines, ægre componitur sensus, « stipitem uxorem, venerandum ramum, etc. » — Vs. 4. ζήσασαν dedi pro ζήσασα, ablato versus præcedentis extremi puncto, quia per illam lectionem pæne deesse sensus videbatur. — Vs. 6. ἀπόκειται, seponitur, gallice *est tenu en réserve pour...* id est *attend,* manet. G. Kaibel. n. 416. « ætatis admodum recentis » affirmat esse hunc titulum.

DCLXXX. In Ægypto repertum atque a v. cl. Danino missum edidit v. cl. E. Miller. *Revue archéol.,* t. XXVII, ann. 1874, p. 150 *sqq.* — Vs. 2. Πανδαμάτωρ i. e. χρόνος sicut in Simonid. epigr. in Brunck. *Anal.* t. I, p. 124, et in anonym. *Anal.* CCCLXXV b. edit. Lips. — Vs. 3. ἀμμοφάνης nusquam alibi repertum vocabulum. — Vs. 4. Supplet Millerus Ἀβραμίου seu potius Ἀββαίου jam aliunde notum propr. nomin. — Vs. 7. Lapis habere videtur ΕΤΕΙΜΩ. Millerus scribit ἐτείμω, vertitque : « Tu as été honoré [deux fois d'une statue] dont chaque fois tu as supporté les frais. » Fortasse legendum ΕΤΕΙΣΩ, ἐτίσω, honorabas, gallice, « tu leur fis honneur. » III vel IV sæc. credit esse hoc epigr. Kaibel. n. 430, qui inter christiana posuit. *Id.* vs. 10. αὐ[ξάνου] restituit, et vs. 12, scripsit τ]όν[δ]ε κατ. [τ]οῖα.....

DCLXXXI. *Ex Ægypto* missa, a v. cl. Marietta, qui reperit lapidem in via quæ ducit ad Serapeum. Edidit v. cl. E. Eggerus in *Bullet. societ. Antiq.* 1863, 1er juillet, p. 146 sqq, cum notis et interpretat. gallic. quam operæ pretium est hic transcribere : « Un homme semblable aux dieux, laissant son corps au sein maternel de la terre, sur les montagnes divines de sa patrie, sous un tombeau bien travaillé, ayant échappé à la cruelle vieillesse au milieu de son jeune âge, est monté au séjour des bienheureux sous la voûte éthérée, après avoir honoré sa patrie de récompenses et de nombreuses couronnes qu'il a ceintes le premier et qu'il a transmises à ses enfants. Quel est cet homme? dira en passant un voyageur. Quel est ce héros fortuné, ce bienheureux que tu caches, [ô terre]? Je te l'apprendrai sans rien dire et sans parler : c'est le tendre rejeton d'Origène Casius, le parfumeur. » — « Sois heureux. »
— Vs. 6. Conf. in titulo Xanthi Lyciæ (*Corp. inscr. gr.* n. 4269) :

Ζηνὶ δ' ἔπειτα τροπαῖ' ἀπὸ τῶνδ' ἔστησεν ἁπάντων
καλλίστοις δ' ἔργοις κατὰ καὶ γένος ἐστεφάνωσεν.

V. cl. Eggerus conjiciebat multa illa præmia, illas coronas, ad certamina artium variarum, qualis est unguentaria, pertinere, etsi, ut fatebatur, id nulla alia mentione compertum haberet. — Vs. 9. « λαλλοῦσα pro λαλοῦσα geminata consonante, ut producatur syllaba, sicut apud Homerum jam reperias ἔλλαβε pro ἔλαβε, sicut et latine scribebatur *repperi* pro *reperi, relligio* pro *religio,* etc. » *Egg.* — Vs. 10. Κάσιος Eleensis cujusdam nomen est apud Athen. XIII, p. 593, F.

DCLXXXII. In loco *el Gabaouât,* in sepulcris in occidentem ab *El Khargeh* sitis. Transcripsit Cailliaud. et edidit, *Voyage à l'oasis de Thèbes,* tab. XXIII, n. 9, 10 (cf. p. 114). Inde repetiit Franz. *Corp. etc.* t. III, n. 4958. — Christianam censet esse inscriptionem Kaibel. n. 1024, qui finxit « hominem christianum Ammonis aliquod templum adeuntem, ubi tamquam improbi sibi conscius facinoris Christo supplicat. » Vs. 1. Ἀμμώνιον [θεὸ]ν Χρ[ι]στῷ μεμελημένο[ς] εἶδον· — Ἵλαθι, Χρ[ισ]τὲ π.... *Id.*

DCLXXXIII. Syriæ, nescio quo loco. Georgius Perrotus, *Rev. arch.* 1877, p. 61. — Vs. 1. G. Perrot ἐν λο[γίοις], quod libenter reciperem. — Vs. 2. Edit. δίκαιον; G. Kaibelius (Addend. n. 459 a) subaudit ἄνδρα, gallice « un juste, » correxi ΔΙΚΑΙΟΝ ΔΙΚΑΙΟΙϹ. — Vs. 3. Perrot : παρθενικὰς τελέσας ἄξια νυμφιδίων, nullo, opinor, sensu : videtur Kaibelio aliquid turbasse; emendavi.

DCLXXXIV. *Bennisoæ.* Lebas et Waddington, *Voyage en Grèce et en Asie Mineure,* V. Part. Inscript. expliq. p. 229, n. 782 b. (Cf. *Corp. inscr. gr.* n. 3857 q.), sub n. 782 a dederunt alterum epigr. eodem cippo exscriptum hoc :

Γράπτη Ἰανουαρίου γυνὴ κουριδία πρωτόμορος.

(lapis : ΗΡѠΤΟΗΡϹ.) — Vs. 2. Ἰανουάριν pro Ἰανουάριον, ut sæpe in similibus. Lapis ϹΛΟΝ, quod male legebatur ΟΛΟΝ. — Vs. 3. Apogr. ΧΑΙΧΑΡ, *Corp. insc. gr.* emendatio est, pro quo Kaibel. ex Wilamowitzio [κ]αὶ Χαρ[ίτεσσι], unde heptameter fit.

DCLXXXV. V. cl. Renan, *Mission de Phénicie;* textus p. 184 sq. Tetrasticho subscripta sunt hæc, quæ ut in multis ejusdem ætatis et ejusdem aut similis regionis nonnulla metrici ordinis præstantia ad rectos purosque versus non reduci possunt : Ταῦθ' ὁ βίος, παροδῖτα φίλε· ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν. Εὔφραινε σεαυτόν. Μὴ παρόδου ταχύτης βραχέος λαθέτω σε χρόνου.
Σεραπίωνος διδασκάλου ἐφήβων τόδε σῆμα. — Igitur Serapion iste maritus erat Dionysiæ et duorum corpora sepulcro inclusa erant. Illius idem fere ac nostrorum in armis magistrorum ministerium nos satis docet cur tam versibus faciendis impar fuerit. Sed διδάσκαλος ἐφήβων noster, ut verisimile est, unus erat illorum ἐφηβάρχων, cujus et verbo ἐφηβαρχεῖν significatur ministerium. Cf. *Corpus* nn. 3085, 3086, Tei; 3665, Cyzici. — Vs. 1. « J'accentue d'après la quantité fautive que le versificateur attribue à la syllabe finale de Διονυσία. » *Ren.* — Asservatur hic titulus in Museo parisino Lupar. Vid. Froehner. *Musée du Louvre, Inscr. grecq.* p. 312 sq. n. 278.

DCLXXXVI. E. Renan, *Miss. de Phénicie,* p. 231 — Vs. 1. E. Eggeri restitutio est, qui proposuit et παῦρον et εὐτυχίῃ. — Subscriptum est Ζήσας ἔτη ζ, μῆνας ξξ. « Mensium notatio insolita, ut ubi supervacuam esse ξ videatur. » *Ren.*

DCLXXXVII. E. Renan. *Miss. de Phénic.* p. 347, ex v. cl. Waddingtoni apographo, qui exhibuit quoque hoc epigr. in *Inscriptt. rec. Syrie,* n. 1854.

DCLXXXVIII. St. A. Cumanudes, jam exhibitum in Ἀρχαιολ. ἐφημερ. 1862, decemb. p. 296, in Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 365, n. 3151; unde Kaibel. n. 95. Pessimi versus et qui etiam temporum injuria depravati sunt. Minaco, adhuc ignotum pr. nomen, forma

minime græca, Libyos erat conjux, aut quod potius opinor, filia, qui, ut satis declarat ejus nomen, Africa oriundus erat. — Vs. 2. Deterrima et dicendi et versificandi forma pro dactylo numerantur καῖ τοῖς ἄλλοῖς. — Vss. 5-7 ut potuimus et exempli causa restituimus. Kaibel. σιγῇ δὲ κρύπτω... ἀνθ' ὧν ἤμελλον π...

DCLXXXIX. Tabula marmorea, olim *Rheneæ*. Post alios Welckerus, *Mus. Rhen.* 1836, p. 410, et Bœckh. *Corp. inscr. gr.* n. 2322 b 93 Addend. — Kaibel. n. 215 : « I fere p. Chr. n. sæculi epigramma melius excogitatum quam scriptum. »

DCXC. *Florentiæ*. Edidit post alios Jacobs. *Paralip.* II, p. 775, n. 27, deinde in *Append.* n. 207, et postremo Franz. *Corp.* III, p. 915, n. 6278. — Vs. 2. Murat. et Gorius : πενταετηζομένη, unde facile eruta vera lectio πενταετιζομένη, pro qua conjecerat Jacobs. πενταέτις μόνον ἦν. Igitur lexicis inserendum est πενταετίζομαι, *quintum ætatis annum ago*, Callimachi exemplo apud quem (*H. in Dianam*, 179) legitur εἰνναετιζόμεναι (βόες) κερεαλκέες. — Vs. 5. Lapis : ΓΕΝΘΕΙ ΧΑΡΙΤΩΝΟΣ, ubi nullo sensu legebatur βένους (ΒΕΝΟΥΣ) Ἀρίτωνος, suspicatus tamen erat Jacobsius πένθησ' Ἀρ. G. Kaibel. (n. 565) qui II sæculo non antiquius epigr. credit, sic scripsit :

Οἵ ἐμὲ γ[ει]να]μέν]η μῆτερ Βένους, ο[ἵ Χ]αρίτωνος.

— Vs. 6. Marmor, ut videtur, βωομένου, « forma ab imperito versificatore inventa ad versum implendum. » *Jac.*

DCXCI. *Cyzici*. Ex Muratorii *Thes.* p. DCCCCIX, emendatum exhibuit Dorvill. *ad Chariton.* p. 105, inde Brunck. *Anal.* III, p. 300, Jacobs. (vid. *Animadvv.* vol. III, P. II, p. 265), *Append.* n. 204, Bœckh. *Corp. inscr. gr.* n. 3694, Kaibel. n. 337. « Anaglypho navis expressa cum viro ipso. » — Vs. 1. Bœckh. ποντίων βελῶν. — Vs. 2. Murat. ηγαιμενος, unde eruit Dorvill. ἐξηγαλμένος, aut ἦν ἠγαλμένος aut, quod Brunckio placuit, ἐξηγαλμένων. Bœckh. Kaibel. ἠγλαϊσμένος. — Vs. 5. Id. καὶ πόθεν γένος. — Vs. 6. Id. ἐνθήσεις, marmor, ΕΝΘΗCIC. — Vs. 7. Id. ὑφέξεις, marm. ΥΦΕΞΙC. — Vs. 8. Id. δώσεις, marm. ΔΟCIC. « Ad multam Cyzicenorum civitati pendendam cf. n. *Corp.* 3692. » *Bckh.* « Classem Ponticam Elagabali ætate Cyzici collocatam fuisse tradit Cassius Dio LXXIX, 7. » *G. K.*

DCXCII. *Cii*. Lebas. et Waddington. *Voyage, etc. Inscript.* n. 1145. — Cf. Lebas. *Rev. de Philol.* I, p. 34, *Journal de l'Instr. publ.*, sept. 1853, p. 575. — Vs. 1. ὠκύμοιρος pro ὠκύμορος deest lexicis. Kaibel (246) : Ἐπ' ὠκυμο[ί]ρ[ου τ]ο[ῦτ[ον Ἀ. — Vs. 3. ἄνω producta priore syllaba, nisi pyrrichum pro spondæo usurpavit poeta, quod non raro fit in deterioris ævi inscriptionibus. Kaibel. ex Buechelero ἀν[φὶ]. — Vs. 7. Notanda est forma dorica ἁ ταλ.

DCXCIII. In *Montalub* Galatiæ vico. Ex schedis Busbequianis et Belsianis *Corp. inscr. gr.* n. 4137, deinde G. Kaibel. n. 404. — Vs. 3. Pronuntiandi errore lapis habet σκοῖνος. — Vs. 5. Ἄφη nom. est in *Corp.* 4143, 4145; Ἀφφία s. Ἀπφία, *ibid.* 4141, etc. Cf. supr. n. DCXXVIII. — Vs. 7. « Filiæ patris, frater ejusque filius et Stratonicus χάσιος i. e. propinqui mortem lugent. » *G. K.* Extrema sic traduntur ΤΙΚΙΛΛΑ ΦΙΛΟ.

DCXCIV. In ara sepulcrali reperta prope viam Ardeatinam. Edidit Amadutius in *Memorie encyclopediche Romane sulle belle Arti, Antichità, etc.*, t. V, p. 7. Tractavit Welckerus *Spicil. epigr. gr.* II, n. 34 et *Syllog. epigr. gr.* p. III, n. 79; repetiit Franzius, *Corp. inscr. gr.* III, p. 926, n. 6282 et G. Kaibel n. 691. — Vs. 5. « Quem pater matri destinaverat loculum eum nunc ego teneo. » *G. K.*

DCXCV. *Urbini* in palatio ducum. Ex Bormanni ectypo edidit G. Kaibelius, n. 646 a. Subscriptum est : M. Septimius Diocles fecit sibi et Jul. Ca.... fi[liæ...

DCXCVI. In tribus lapidibus Vaticanis. Marinus *Fratr. Arval.* vol. I, p. 258, unde petiit Welckerus *Syllog. epigr. gr.* p. 79, n. 54. ed. alt. Franzius *Corp.* 6203 et Kaibel.647.—Vs. 1. στέμματα, ni fallor, hîc est ut apud Juvenal. (Sat. VIII, v. 1), stemmata, *id est* serta, seu vittæ, ex herbis et floribus textæ, quibus circumdatæ lineæ vel funiculi linei ad imagines, tamquam rami ex stirpe discurrebant, earumque relationes, adeoque familiæ successionem seu genealogiam indicabant, quasque vocamus *arbres généalogiques*. — Vs. 4 in lacuna Ignatius de Rossi, amicus Marini, legebat πετρ'; Boissonadius *ad Holsten. Epist.* p. 447 pulcre dedit λίθος. Ad latus utrumque inscriptionis bis scriptum est nomen Πιονίου et latine Pioni, quod esse poetæ videtur. — Duo epigr. distinguit Kaibelius, unum a vs. 1 usque ad vs. 10, alterum a vs. 11 usque ad ultimum. Prioris litteræ ΕΣW, alterius ЄCω sunt.

DCXCVII. *Romæ*. Edidere multi, quos vide indicatos apud Franzium *C. insc. gr.* III, p. 908, n. 6264. — Vs. 1. θεομνήστωρ non in *Thesauro* reperitur. — Vs. 2. « In nomine Ναρκισσίωνος alterum iota accentu producitur. » *Fr.* Lapis ex apogr. Spon. (*Miscell.* p. 368) : ΗΙΝΥΠΠΟΥ ΕΥΧΗ; correctio est G. d'Arnaud in Dissert. de Diis παρέδρ. c. V, p. 22.

DCXCVIII. *Romæ*, in sarcophago. *Corp. inscr. gr.* n. 6307, Kaibel. n. 712. — Vs. 1. « Nota primam in τολμήσει correptam. » *Fr.* — Vs. 3. Πόρτῳ « videtur portus Ostiensis intelligendus esse, nisi oppidum est ad portum illum conditum messibus frumentisque recipiendis et ipsum nomine Portus celebratum. Quod si est, sarcophagus illinc translatus est in urbem. » *Id.* — Vs. 4. βλαψίταφος, rara vox, nulla etiam in div. Gregor. epigrammat.; est ap. Viscont. *Inscript. Triop.* p. 72 : τίσει ἀτασθαλίης βλαψίταφον κόλασιν.

DCLXCIX. *Romæ* in monte Esquilino. Brizio *Pitture e sepolcri scoperti sull' Esquilino*. Romæ, 1876, p. 43, n. 74. — Supplementa sunt Bücheleri et Kaibelii.

DCC. *Romæ*, in sarcophago, in cujus operculo sculptus est juvenis *ornatus viridi tempora pampino*, altera manu coronam, altera calicem tenens, cubitu sinistro super culcita nixus. Edid. Amadutius, *Anecd. litt.* t. II, p. 469, n. 20. Welcker. *Ep. Spicil.* II, p. 17, n. 38, *Syllog. epigr. gr.* p. 97, n. 66, edit. alt.. Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 928, n. 6286, Kaibel. n. 705, qui Rossii (*Archs. Auf.* I, 51), explicationem refert.

— Puerum famulitio dei sacro a parentibus addictum esse monet Welckerus, comparans Leonidæ epigr. XV : ἁ μάτηρ ζωὸν τὸν Μίκυθον κ. τ. λ.

DCCI. In *Amorgo*. Edidit Henzen. *Annal. Instit.*

1864, p. 102, unde G. Kaibel. *Epigr. gr.* p. 107, n. 276. — Litteræ ΕCW. Restituit editor.

DCCII. « Hoc marmor Peyssonelius Parisios misit, ubi nunc est in theca nummaria, annotante Müllero. Unde deportatum sit non constat. Dedit Caylus *Rec. d'Ant.* t. II, P. II, tab. 75, cum explicatione Belleii, p. 266 sqq. Hinc habet Welckerus *Spicil. epigr.* II, n. 54, p. 26, et *Syllog.* n. 46, p. 56 sqq. cum notis. » *Bœckh.* qui recepit ipse in *Corp. inscr. gr.* n. 3685. Pessimo huic epigrammati subjiciuntur nonnullæ lineæ, quas vix versus justo nomine dicas, hasce, ubi legitur mortui nomen Dionysii, et patria :

σῆμα δέ μοι τοῦτο ἐπόησε φιλίης χάριν ἐνθάδε Οὐνίων·
οὔνομα δ' ἦν μοι τὸ πρὶν Διονύσιος,
Ἀπρηνῶν δ' ἀνεθρέψατο γαῖα.
Ἕκτον νικήσας ὧδ' ἔλιπον τὸ φάος.
Ἂν δέ τις χωρὶς ἐμοῦ τοῦ Οὐνίωνος βάλῃ τινά, δώσει
[τῷ ταμείῳ δηνάρια, ϐφ.

— Vs. 2. Dicit Dionysius se omnium damno perisse, utpote qui « in Circensibus ludis, ubi sexies vicerat, jam non delectat spectantes. Pessimum est duplicatum δὲ, sed tamen ab ipso, ut videtur, auctore profectum. » *Bckh.* Kaibel. (n. 339). — Vs. 2. εἵμαρτο. — Vs. 3. μαθεῖν τὸ τίς ἐστί μ'... — Vs. 5. μυρῶν (*sic*) μίτον.

DCCIII. *Spartæ* repertum, a Stamatace missum edidit St. A. Cumanudes in Ἀθηναίῳ, 1875, p. 484 sq. Prior dederat a se ipso exscriptum v. cl. Mezières, *Arch. des missions étrang.*, t. III, p. 401. Unde v. cl. P. Foucart, accepit in Lebas. *Voyage*, etc. *Inscriptt. etc. Laconie*, p. 109, n. 211 d. — Vs. 1. Wilamovitz, annuente Kaibelio, censebat ἀτροπόν idem esse q. ἀτραπόν. Editor scripserat χθόναΝ ἀνδρῶν et vs. 2. πλεῦσαιΝ, barbare τῷ ν ἐφελκυστικῷ utente poeta (correxit G. Kaibel. n. 475). — Quem, quamvis mirum in modum σολοικίζει, vix crediderim scripsisse vs. 5. φίλτατος Σπάρτη, ut legit cum cett. v. cl. Cumanudes; igitur corrigendum visum est φίλτατον.

DCCIV. Cumanud. Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμϐ. p. 199, n. 1613. Barbare scriptum, ut par est Bithyniis, quorum unum fuisse verisimile est eum cujus habemus hocce epitaphium, namque ut erant duo Astaci nomine urbes, una quidem Acarnaniæ, altera Bithyniæ, si animadverterimus quam facili solœco utatur poeta, haud erit nobis in dubio hunc defunctum fuisse quemdam Bithyniæ mercatorem, qui in cursu Ægæo perierit. Lapis habere videtur ΓΕΗΣ, ut et ΚΕΙΜΕ. — V. 2. Barbaram vocem edidit Cumanudes ἤφεραν. — Vss. 3 et 5 : λιμέναν et πατρίδαν. G. Kaibel. n. 168 Cumanudis textum repetiit, nihil mutans nisi quod vs. 4. pro eo quod traditur ЄΝЄΙ-ΓΝω, scripsit ἐν [σ]ίγνῳ, cum hac nota : « Cf. epigr. lat. *Herm.* I, 156 :

Delmatius signo, prisco de nomine Lætus.

Signum nomen est ex arbitrio sive statim natum, sive postea aliquando inditum ; plerumque hæc signa inde a III p. Chr. n. sæculo in *ius* desinere observavit Mommsen *Herm.* l. s. s. 158 adn. Sic Antonius Centricio signo utebatur, ex quo frigidissimum lusum captavit poetula. » — Videant docti.

DCCV. *Athenis.* Ex Pocock. *Inscrr. ant.* P. I, c. 5, s. 4, p. 51, n. 14, et schedis Fourmonti edidit Bœckh. *Corp.* n. 942. Varietatem lectionis ad Pocockii exemplum annotat Chandlerus, *Inscr. syll.*, p. xxx. Ex Pocockio Jacobs. *Paralip. Anthol.* II, p, 765, et *Anthol. palat. Append.* n. 144. Repetiit St. Cumanudes, Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμϐ. p. 335, n. 2820. — Vs. 2. Bœckh. : Ἕλλαδιν Εἰκονίου· Ἕλλαδις est pro Ἑλλάδιος.

DCCVI. *Ravennæ.* Transcripsit et edidit Maffeius, *Observv. litt.* t. IV, et *Mus. Veron.* p. CCCLXIII, 6, Murator. *Thesaur.* II, p. 969, 5. Repetiit Jacobs. (post Brunck. *Anal. lectt.* p. 304, DCCXVI b) in *Append.* n. 339, et Franz. *Corp.* III, p. 1019, n. 6735. — Vs. 3. Lapis ΜΝΗΜΗΝΑΤΙΝΣΩΝ, Jacobs. conjiciebat ἁγιάσων, tandem exhibuit ἁγιάζων. G. Kaibel. n. 596. μνημήια τίνων. — Franz. ex marmore Ἀνδρόνικος. II vel III sæculi, si Kaibelio credas, titulus est.

DCCVII. « *Aquileiæ*, ex ruderibus amphitheatri erutus lapis, nunc Vindobonæ in museo antiquitatum muro insertus habetur. Anaglypho expressa imago feminæ, cujus dextra apparet ex peplo, in eum gestum oratorium composita, quem describsit Fulgentius Planciades..... *Contin. Virgil.* edit. V. Staveren, p. 472, *compositus in dicendi modum erectis in iotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens.* » *Franz.* Edidit Coraes ad Plutarchi Vit. t. IV, p. 351 ; tractavit Boissonadius *ad Holstenii epistol.* p. 432 sqq. Repetierunt et Jacobs. *Anth. palat.* t. III, p. 970 et Franzius, *Corp. inscr. gr.* III, p. 1023, n. 6710. — « Monumentum Basillæ mimæ in ipso theatro, ut videtur, mortuæ et sepultæ ab Heraclide mimo. » *Fr.* — Βιολόγος est fere idem quod ἠθολόγος. « Sunt autem κωμῳδίαι βιολογικαὶ idem quod mimi. Mimi autem proprie βιολόγοι dicuntur, quod vitam hominum quotidianam exprimere solent, ut docet Marcellinus noster in lib. 23 : *Quum Antiochiæ scenicis ludis mimus cum uxore immissus*, e medio sumpta quædam *imitaretur, etc.* — Glossæ veteres : *Atellani* σκηνικοί, ἀρχαιολόγοι, βιολόγοι. — Eamdem ob causam ἠθολόγοι etiam dicebantur mimi, quod mores hominum effingerent, etc. » *H. Vales.* ad Ammian. Marcell. XXX, annotat. p. 405. Vid. Car. Magnin. *Orig. du théâtre mod.* Introd. p. 152 sq. et imprimis not. 1. — Suscriptum legitur : Ταῦτα οἱ σύσκηνοί τοι λέγουσιν· Εὐψύχει Βάσσιλλα· οὐδεὶς ἀθάνατος. — Tertii fere sæculi, judice Kaibelio.

DCCVIII. *Romæ.* « Epigramma primus edidit et illustravit Hagenbuch. in *Epist. epigr.* p. 257. » *Brunck.* Addit idem se hoc epigramma dedisse e lapide ipso, quem Roma attulit J. D. Schœpflin., « in cujus Museo visitur. » — « J'ai vu souvent dans le cabinet de feu M. Schoepflin une pierre antique qui avait été déterrée à Rome, pendant qu'il y étoit et dont on lui fit présent. On y lit une épigramme grecque assez jolie dont il a donné une copie figurée dans son *Alsatia illustrata*, t. I, p. 600. Peu de gens l'iront chercher là. Je la reproduirai un jour dans ce recueil-ci, etc. » Epistol. inedita Brunckhii, qui, ut pollicitus erat, hoc epigr. transtulit in *Anal.* III, p. 310, p. 733 ; Jacobs. (v. *Animadd.* III, P. II, p. 320) exhibuit in *Append.* n. 329, Franz. in *Corp.* n. 6249. — De altero disticho Hagenbuch. et Jacobs. comparant epigr. Platon. XXI, de quo adi Menag. ad Diog. Laert. III, 29. — III fere sæculi. G. Kaibel. n. 568.

DCCIX. *Romæ* in museo collegii Romani. Maffeius in *Mus. Veron.* p. CCCXV, 4. Pessimi versus, quibus non paucas infudit maculas Diodori patris aut incuria aut artis ignorantia. — Vs. 1. Legitur in mar-

more ΚΕΙΜΕ, quod sæpe occurrit in titulis deterioris ævi. — Vs. 4. suppl. copulam *et* (insuper) unius diei horas habui. — Vs. 7. Lapis habet ΚΟΡΝΟΥΤΙΩΝ. Sed nomen hoc, quæcunque sit mera forma, plane ignotum est, affine tamen Cornuto; auctoris licentia secundam syllabam habet correptam. Fieri quoque potest ut auctor in Κορνουτίων tres longas numeraverit. Ejusdem generis poeta (Bœckh. 1988 b et 1988 c) ultimo hexametri loco posuit Σεκουνδίων (supr. nn. 646 et 647, Κύματα πορθμεύσας. — Εὐδαίμων ὁ Σεκουνδίων. Titulo subscriptum est : Διόδωρος τῷ ἰδίῳ [υἱῷ]. Kaibel. n. 702.

DCCX. *Megaris*. Ex schedis Fourmonti, ex quo dedit Osann. *Syll*. II, 48, Bœckh. autem ex apographo Bekkeri, *Corp*. t. I, n, 1066. — Vs. 3. Lapis : ΑΥΙΟΥΜΕΝΟΝ, unde αὐξούμενον, quod sane barbarum est, sed antiquam servat formam, αὐξέω, αὐξέομαι, unde αὐξήσω, etc.

DCCXI. Ex eodem lapide iidem edidere.

DCCXII. *Megaris*. Ex schedis Fourmonti et Pocockii *Inscriptt. ant*. P. I, c. 5, s. 7, p. 63, n. 8. Ex illis Osann. *Syll*. II, 48, Bœckh. *Corp*. n. 1067. Lebas et Foucart. *Voyage, etc. Inscriptt., etc. Mégaride*, n. 67 — Epitaphium ejusdem Nicocratis, fortasse ex alio ejusdem lapidis latere. — Vs. 1. Habet lapis κέκρυπτε, ε pro αι, ut sæpe in inscriptt. — Vs. 5. In lapide ΜΕΝΕΙΑΙ. ΙΙ ΦΑΟϹ ΑΛΛΟ. — Vs. 6. Bœckh. Πρὶν στ. υ. γ. ἐνίγ', ἀθ. ἐνάσθη; Buttmanni sunt supplementa, quæ retinuimus. Nescire se fatetur Kaibelius an non Lebasii lectioni fidendum sit. (n. 462 c.)

DCCXIII. *Romæ* repertum edidit Muratorius, *Thesaur*. t. III, p. 1897, 1, cum interpretatione latina quam dedimus. Repetierunt Bonada, *Anthol*. t. II, p. 135, Brunck. *Anal*. III, 308. n. 724, Jacobs. (V. *Animadd*. vol. III, P. II, p. 309), *Append*. n. 313, et Franz. in *Corp. inscr. gr*. n. 6283. « Rufinus cognomine Asterius, Roma in Ægyptum profectus ibique mortuus est. Ejus reliquias uxor Demostratea Romam deportavit. Putatur esse ex familia Curtii Rufi qui codicem Virgilii Mediceum emendavit. De Rufina quadam Asterii filia sanctis Martyribus adscripta dixit Tillemontius, *Hist. des emp*. t. III, p. 172. » *Jac*. — Vs. 3. πολλοῖς, *Mur*., correxit Hagenbuch. ductum hemistichium e Theocrit. XIV, 63. Πολλοῖς πολλὰ διδούς. — Vs. 7. εὐσεβείης ἔσχεν. *Mur*. — Vs. 8. « εἶδε τὸ φῶς, ossibus e loco, ubi seposita erant, denuo prolatis. » *Jac*. — Vs. 14. αἰῶσιν, cf. Burmann. *Anthol. lat*., t. II, p. 107, not. ubi plurima referuntur exempla ex quibus constat defunctos sic æternitati commendari solitos. — Kaibel. n. 642.

DCCXIV. Versus deterrimæ notæ edidit S. Maffeius, *Mus. Veron*. p. CCCXVI, 3. — Vs. 1. Ἰουλίου imperitus poeta pro anapæsto habet; nominis barbari Caracuttii ultimas duas syllabas in unam contraxit. — Vs. 2. Κάσια duabus syllabis. — Vs. 3. δεισιδαίμων, correpta prima syllaba. — Vs. 4. Καρακούττις pro Καρακούττιος, quod sæpe fit in titulis istius ætatis. Caracuttius ille « qui delectabat senatum, matronas et reges, » fuit, ut probabile est, pantomimus quidam ut Caramallus, quem laudant Aristænetus, I. *Ep*. XXVI, p. 117 (ed. Boiss.), Sidonius Apollin. XXIII, 267 sq. et Leontius in Epigr. *Anth. palat*. XVI, 283. Facile etiam credam huncce nostrum χειρονόμον Caramalli æqualem fuisse, qui imperante Zenone floruit. Fortasse et fuit Karaguttius unus ex illis præstigiatoribus, quos vocabant, νευροσπάσταις (Athen. I, p. 19, E), cujus sub nomine vix mutato adhuc celebratur *Karagheus*, primarum partium actor in ejusdem generis θεατριδίῳ, quo magnopere, ut olim, delectantur Constantinopolitani.

DCCXV. *Romæ*. Edidit post alios Franzius *Corp*. t. III, p. 934 sq. n. 6299. — Vs. 4. i. e. ταβουλάριος, functus tabularii officio. — Vs. 6. « Nota diphthongum αι in ἐπίκειμαι correptam. » *Fr*. Subscriptus est titulus latinus hicce : D. M. M. Ulpio Augg. liberto Charitoni Ulpia Charitine fratri dulcissimo, qui vixit anni XXXV, diebus XVIII, et P. Ælius Augg. libertus Africanus cognato bene merenti fecerunt et sibi et suis libertis, libertabus posterisque eorum. H(uic) m[onumento] d[olus] m[alus] a[besto].

DCCXVI. *Lorii*. Amatius in *Giornale Arcadico* XXIV, anni 1824, p. 92, unde repetiit Kirchhoff, *Corp. inscr. gr*. t. IV, p. 571. Versibus duobus hexametris subjecta est ætatis notatio soluta oratione, ut mos est, concepta hæc : ἐτῶν κᾱ, ἡμερῶν ε̄, ὡρῶν...

DCCXVII. *Romæ*. Edita hæc est gemina inscriptio in *Civiltà cattolica*, IX, 1858, ser. III, vol. X, p. 357 sqq. Inde repetiit Kirchhoff. *Corp. inscr. gr*. t. IV, p. 594 sq. n. 9595 a. Nomen defunctæ in ipsis carminibus desideratum conditum latet in litteris versuum initialibus prioris tituli : Φλάβ[εια], Flavia Valentinianorum sectæ cum marito addicta fuerat. — α. Vs. 3-6. « Αἰώνων intellige quindecim συζυγίας, quas e principii supremi abysso profusas divinæ naturæ πλήρωμα efficere statuit Valentinus. — Vs. 4. Cf. Isaiæ IX, 6 : ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος; de quo loco monuere editores priores. » *Kirckh*.

β. Vs. 4. « Sententia paullo intricatior hæc esse videtur : *Quid tu mirare, Materia, genus defunctæ* (Flaviæ), non illud materiale et tui simile, sed vere divinum, et cœlestis originis, morte obita non domari tibi, verum erigi et ad sublimioris naturæ sedes efferri? *An metuis* jam sentiens nullum tuum esse imperium in eos qui vinculis tuis vera γνώσει soluti ad altiora et vivi evaserunt, et mortui sunt evasuri? » *Id*. — Ad tempora sæculi post Christum tertii extrema referenda est hæc inscriptio.

DCCXVIII. *Augustoduni* (Autun) Galliæ a. 1839 repertum, edidit omnium primus Pitra, *Annales de philos. chrét*., XIX, 1839, p. 196 sqq., deinde accuratius an. 1852, *Spicilegii Solesmensis*, t. I, p. 554 sqq. Post quæ alii multi, quos vide ap. Kirchhoffium, *Corp. inscr. gr*. t. IV, n. 9890. « Epitaphium habes Pectorii cujusdam christiani qui ipse loquens inducitur. Et versibus quidem 1-7, laudes canit Christi Salvatoris hortatus Christianos (ἰχθύος οὐρανίου ἅγιον γένος) ut morum castitati studeant, quippe quos ut Christi baptismate initiatos (λαβόντας πηγὴν ἄμβροτον θεσπεσίων ὑδάτων) deceat divinæ sapientiæ præceptis obsecutos animos purgare ab omni mundanæ contagionis nequitia. Ab ipso Salvatore vera petenda esse vitæ alimenta; quorum qui desiderio teneantur sacris eucharistiæ celebrandis naviter incumbendum. Quibus peractis, ad preces conversus vss. 8-9, Christum, suorum (Γαλιλαίων) scilicet vindicem saniorisque vivendi rationis auctorem atque opitulatorem, rogat, ut mortuo sibi velit esse propitius, qui mortis vincula et evaserit ipse et secuturis evadendi viam monstraverit, facultatemque largitus fuerit (φῶς τὸ θανόντων). Denique extremo carmine

patrem appellat cum matre et fratribus obtestatus ne sui obliviscantur, verum in sacris cœnæ dominicæ celebrandis defuncti per preces memoriam recolant e more illis sæculis usitato, quo in sacris istis piam mortuorum fieri mentionem voluerunt. Carmen ex parte acrostichon; versuum enim quinque priorum litteræ initiales vocem conficiunt ἰχθύς..... Certum mihi quidem videtur ... titulum referendum esse ad sæculorum post Chr. quarti vel etiam quinti tempora. » *Kirch.* — Modo rursum edidit Georgius Kaibel. *Epigr. græc. conlect.* p. 293 sq. — Vs. 2. lapis ΧΡΗϹΕ, ut infr. v. 8. ΛΙΤΑΖΟΜЄ. — Vs. 7. e litterarum vestigiis Γαλιλαίῳ erui potuit, Kirchhofflo magis placebat Γαλιλαίων.

DCCXIX. *Athenis*. Edidit post Pittacem (Ἐφημ. ἀρχ. 1854, p. 1132, n. 2186, Kirchhoff., *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 478, n. 9319, et dehinc St. A. Cumanudes, Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. p. 417, n. 3609. Epitaphium christiani hominis indicare videntur litterarum Α ☧ Ω vestigia. — Vs. 1 inter reliquias, ubi habet marmor ΦΙ...ΤΙΟϹΤΟΥ legere voluit Kirchhoff. Φιλιππικοῦ. Hoc monumentum quarti esse quintive post Christum sæculi idem putat.

DCCXX. *Ceo* in insula, nunc Athenis. Paucas litteras corruptissime edidit Pittaces *Ephem.* n. 3032. Plenius G. Kaibel. *Bullet. archéol.* 1874, p. 171, deinde *Epigr. gr. etc.* 422. Quod quamvis multis metri vitiis abundet, tamen ut epitaphiorum Christianorum exemplum, exhibendum esse credidimus. — Vs. 7. lapis ΠΟΘΓΥΜ‾ quod bene restituisse videtur Kaibelius ΠΟΘΕ.ΥΜ[..ΝΟΣ.

DCCXXI. Prope *Æginam* urbem. « Minusculis litteris *Corp. inscr. gr.* 9302, majusculis quantum quidem legi poterat ego *Bullet. archéol.* 1873, p. 249. » *G. Kaibel.*, qui repetiit in *Epigr. gr. etc.* n. 421. Subscriptum est ἐτελειώθη ἡ δούλη τοῦ θεοῦ Μαρία ἡ καὶ Πατρικία μ(ηνὸς) ἀπρηλ. ι′. ἰνδ. β′ οὖσα ἐτῶν στ′.

DCCXXII. *Tanagris* repertum, ex apographo Homolli Duchesne, *Bull. de Corresp. hellén.* 1879, p. 144 sqq. Ex litterarum forma conjiciebat esse V aut VI p. n. Chr. seculi. — Vox ταῦτα majoribus litteris sub ἀρᾷ scripta pertinere videtur ad sententiam qualis ex. causa foret ΓΕΝΟΙΤΟ ΤΑΥΤΑ, cujus prior pars insculpta esset alteri lapidi huic apposito. Versus incomptos fere omnes esse notat editor, et hoc carmen ejusdem generis esse atque funebres ἀρὰς quæ tam multæ IV et V seculis exstant, quarumque tam multa inter divi Gregorii Nazianzeni epigr. exempla reperias; mythologica verba verbis christianis commixta, etc. A mortuo tumulus suus et ἀραὶ commendantur divo cuidam martyri, cujus nomen non signatum est. Cetera de hoc vide in libello. — Vs. 5. ЄΠΙΚΑΡΑΤΟϹ facile legeris, quid velit hoc non facile dixeris. — Vss. 9-10. confert editor Carm. Sibyllin. IV, 185 :

Τάρταρά τ' εὐρώεντα μυχοί, στυγίη τε Γέεννα.

DCCXXIII. *Romæ* in cœmeterio Callisti. Murator. ex Boldetto, *Thesaur.* p. MCMVIII, 8, majusculis, cum versione latina. Crucem habet lapis inter duo pisces. — Vs. 1. Murat. οὐχατε αετψας. — Vs. 2. μεγα. — Vs. 3. ευσεβεια. — Maritima pr. nom. aliunde ignotum, exemplo factum nom. græci. θαλάσσιος, *Chron. Pasc.* p. 297, C; Phot. *Bibl.* p. 154, 3, Θαλασσίς, Glyceræ mater, ap. Hyperidem, cit. Athen. XIII, p. 586, B. Postulante metro, producitur prima syllaba.

DCCXXIV. In vico *Awdan-Keuï*, tribus millibus ab *Vezir-Keupru*. G. Perrot, *Explor. archéol. de la Galat. et de la Bithynie*, t. I, p. 171, n. 104. pravissimi versus, vel potius lineæ aliquam vix versuum speciem præferentes, quibus subscriptæ hæ reliquiæ leguntur : ἡμᾶς... ἐν φθιμένοισιν... παῖς εὐσεβίης ἕνεκε στηλίδας ἄρασεν Κυριακός... μνήμη ἱερασσάμενος. Unde G. Kaibel., n. 425, tres hos versus reficere tentavit :

ἥμασιν ἐν ταὐτοῖς ἐν φθιμέν[οι]σιν ἔβαν,
[τοῖς] παῖς εὐσεβίης ἕνεκεν στηλίδας ἄρα[ξ]εν
Κυριακὸς [γονέσι] μνῆμ[α] [γ]ερασσάμενος.

Idem, vs. 3 scripsit θ[άνατ]ον αἰνάρετον, σώφρον' ἔχον... Christianam esse inscriptionem arbitratur primus editor. — Vs. 4. Cum transtulerit editor « offrant à Dieu le pur hommage de sacrifices sincères etc. », videtur legisse ἐτέᾳ, quamvis scripserit ἑτέρᾳ. Kaibel. θεὸν ἐπ' ἀοζίῃ, id est *ministerio*, quod vocabulum *Thesauro* abest. — Vs. 5. Id. στοργὴν δὲ βίῳ.

DCCXXV. In loco hodie dicto *Busr-el-Hariri*. Ex apographo suo Waddington. *Inscript. rec. etc.* Syrie. n. 2473. Cf. editor n. 2145 (in hac sylloge n. 727, Βάσσος ἐῇς, et præsertim tertium epigramma.) et n. 2419 (hujus syllog. n. 660, Καιλεστεῖνος) et *Anthol. palat.* VII, 228.

DCCXXVI. Ex Crameri *Anecd. paris.* p. 303, Piccolus, *Supplém. à l'Anthol.* p. 137. — Vs. 1. Cf. *Anth. lat.* IV, XXIX : Functus honorato senio *plenusque dierum*. — Vs. 3. Cf. Juven. *Sat.* x. 168 : Unus Pellæo juveni non sufficit orbis : — æstuat infelix angusto limite mundi... — Sarcophago contentus erit,... et notissimum *Anthol. lat.* epigr. II. xv. In Alexandrum :

Sufficit huic tumulus, cui non suffecerat orbis,
res brevis huic ampla est, cui fuit ampla brevis.

DCCXXVII. *Eaccææ*. Ex apogr. suo v. cl. Waddington. *Inscript. gr. et lat. recueillies en Grèce, etc.* Part. VI, Syrie, sect. IV, Batanea.—VII, n. 2145. Idem jam epigr. dederant ex Burkhardt. *Itin. Syr.* p. 67, Welker. *Syll. epigr.* n. 94, p. 122 sq. edit. alt. et Franz. *C. inscr. gr.* t. III, p. 259, n. 4598. — Vs. 4. Welcker. scripsit ἀγαθόν ; sed in lapidis scriptura nullus est errori locus. Post verba εὐτύχει, Βάσσε, legitur et in titulo ἐτελέσθη ἔτους τῆς πόλεως ΟΑ. — Hæc inscriptio cum duobus posterioribus inserta extat ubi primo fuit, in meridionali latere funereæ turris quadratæ. Primam tantum edidit Franz. cum tribus alterius versibus primis; tres autem Kaibelius n. 452.

DCCXXIII. *Eaccææ*. Post Burckhardt. et Welck., vss. 1-3 fragmentum hoc edidit Franzius *Corp. insc. gr.* n. 4599. — Sed totum epigramma ex suis apographis dedit v. cl. Waddington qui et suas notas adjecit. — Vss. 5-6. Celsæ turres quæ toties, in Auranita, tumulis superstructæ sunt, erant quoque in loco columbariorum, ut patet et ex aliis inscriptionibus ejusdem regionis. Vid. Waddingt. ib. nn. 2173 *a*, 2381, 2474, et in hoc ipso vol. n. 669 Μνῆμά με, n. 670 τύμβος ὑπουδαίων, etc.

DCCXXIX. Versibus his subscriptum est χμγ — ρθ ; — Ex litteris χμγ constare videtur Christiana quædam formula, ut ex litteris ιχθυς sub quibus latet Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτήρ. V. cl. Waddington ΧΜΓ interpretatur Χριστὸς ὁ ἐκ Μαρίας γεννηθείς,

quod legitur in inscriptione Refadi (ap. ipsum. n. 2697), et in Symbolo Apostolorum. — Vs. 4. πότνια νύμφη ad s. Virginem referri potest. Ceterum sæpe in epigrammatibus metricis christianis occurrunt locutiones ab antiqua religione mutuatæ aut vulgari usu servatæ. Confert Kaibelius n. 452 c. Homer. *Od.* δ, 564 :

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς.

— Προὔπεμπε, *sic* in lapide.

DCCXXX. *Athenis*, in Arce. Cumanudes, Ἀττ. ἐπιγ. ἐπιτύμβ. p. 408. n. 3549. Unde G. Kaibel. n. 174, nullo adjecto commentario.

DCCXXXI. *Athenis* in, stadio, Cumanudes op. cit. p. 407, n. 3544.

DCCXXXII. Ex Zonara, t. II, p. 795 et Cedren. *Hist. Compend.* p. 404, edit. Paris. Brunck. *Anal.* lectt. t. III, p. 304, n. DCLXXXIV b. (edit. Jacobs. t. IV, p. 263) Jacobs. *Append. epigr.* n. 102. « Scriptum in Mauritii conjugem, Tiberii filiam, quæ cum conjuge et quinque filiis a Phocæ tyranni militibus trucidata est, anno post Chr. nat. DCII. Constantia appellabatur. » *Jac.* — Vs. 2. Cedren. λοχείην. — Vs. 7. id. τῆς τ' Ἰοχ. — Vs. 9. γενέταν. — Vs. 12. ἐκκλάσθῃ.

DCCXXXIII. Eski-Kara-Hissar Phrygiæ, olim, *Docimei.* Hamilton *Researches in Asia Minor.* II, app. p. 434 n. 162, Texier, *Description de l'Asie min.* I. p. 151, Lebas et Waddington. *Voy. arch. inscr.* III, p. 424, n. 1714, Kirchhoff. *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 464-5, n. 9267, ex schedis Alex. Delaborde, quas transmiserat Letronne. « Hunc titulum ad sæculum pertinere post Christ. septimum facile est intellectu. » *Kirchh.* — Vs. 2. HN Hamilton et Texier, ἦν Kirchhoff., AHN de Laborde, unde Kaibel conjecit λην(όν). — Vs. 3. Arbitratur v. cl. Waddington Maximionem episcopi esse nomen, qui fuerat inter Eunomii atavos; vix enim probabile esse, illius nomen ab Eunomio memoratum fuisse si sepulcri modo ædificator fuisset. Kaibel. τοῦτο[ν] οἷς πόνοις.

DCCXXXIV. *Ravennæ.* Edidere multi, et postremum Kirchhoffius, *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 575. n. 9869. « Epitaphium est Isaacii exarchi qui floruit sæculo post Christ. septimo ineunte, et mortuus a plerisque anno 641 Heraclio imperante creditur. » *Kirch.* Dederat post Gruter, p. CCCCXX, 7. Grotius, *Floril. gr. mantiss tert.* p. 400 sqq. cum interpretatione latina.

DCCXXXV. *Comacli.* Post multos Kirchhoffius *Corp. insc. græc.* t. IV, p. 575 sq. n. 9870. Ejusdem sunt supplementa, excepto primo vs. 6 ineuntis vocabulo, quæ conjectura est nostra. Aliquis suspicatus erat ἀστεῖος quod Kirchhoffio probatur. — Isaacius exarchus idem esse videtur qui occurrit in titulo præcedenti, Ἐνταῦθα κεῖται ὁ στρατηγήσας...

DCCXXXVI. Cramer, *Anecd. paris.* p. 299, qui vs. 1, scribit φύσις, vs. 2, ita interpungit : ε. δικ. εὗρον; ἄγγελον βίος· — Vs. 3, ἡ δ' αὖ ῥύσις...

DCCXXXVII. *Symrnæ*, in basi columnæ. Ex schedis Cossonianis Jac. Gronovius, *Mem. Cosson.* p. 146, 25. Inde transtulit Bœckh. *Corp. insc. gr.* n. 3310. — Vs. 2. Bœckh. notat χάρταρις esse pro χαρτάριος, quod, cum ejusdem generis multa proferantur exempla, facile admiseris fieri ex latino *chartarius.* Sed cur mutari voluerit (vs. 3) πολύτευκτον in πολύευκτον non satis video. Πολύτευκτος *multo labore fabricatus* lexicis et *Thesauro* etiam abest, sed exstat ἄτευκτος. « Vide ne πολύ τ' εὐκτόν scribendum sit. » *G. Kaib.* n. 309.

DCCXXXVIII. In *Amorgo* insula, in ruderibus *Ægiales.* « Epigramma et invenustum et insulsum... serioris ætatis, » sic Rossius qui edidit in *Insc. gr. ined.* fasc. II, p. 31, n. 123. — Vs. 2 In apographo majusculis litteris legitur ΜΕΙΚΡΑΙΝΑ, ubi Rossio latere visum est ΜΕΗΡΩΛΝ, unde accepit in textum minusculis μ' ἡρων. Kaibel. n. 278, Μείκ[κω]να... « ἰὼ φίλε. » Vs. 3. Ubi lapis habet ΕΡΧΟΜΕ. Ο. lego ἐρχόμενος, pro ἐρχόμενον quod maluit Rossius. Lapis et habet ΤΟΙ. ΦΙΛΟΝ; correxit Kaibel. τὸ[ν] φίλον.

DCCXXXIX. Cramer. *Anecd. græc. Paris.* t. IV, p. 327. — Vs. 3. Fort. legend. μὴ κατισχύσῃ, Χάρων, ταφεῖσα δ' αὐτη... — Vs. 4. Cod. et Cramerus σταφεῖσα; hic autem in nota : « σταθεῖσα vid. leg. vel ταφεῖσα. »

DCCXL. Basilii Bulgaroctoni epitaphium; dedit Cangius, notis ad Zonar, p. 109; emendavit Boissonadius. — Vs. 1, ἄλλῃ pro ἄλλοι. — Vs. 2, προηυτρέπισαν pro προηυτρέπησαν, ἵστημι pro εἵστημι, quod quidem sæpissime in lapideis aut æneis titulis occurrit. — Vs. 4. *Hebdomum* campus est intra *septimum* ab urbe Constantinopoli miliare. — Vss. 7-8 transponit Boissonadius, quod γὰρ post ἀφ' οὗ syllaba una longiorem versum faciebat, qui sic legebatur ; Ἀφ' οὗ γὰρ..., sicut et alter, οὐ γάρ τις... Etiam transponi voluit vs. 9, Πέρσαι καὶ Σκύθαι et vs. 10, Ἄβασγος, Ἰσμαήλ, quia « vel in politicis iambicis spondæus sedium parium vitandus. » — Abasgi, populus Sarmatiæ Asiaticæ in littore orientali Ponti.

DCCXLI. Ex Cramer. *Anecd. Paris.* t. IV, p, 291, Piccolus, *Suppl. à l'Anthol. gr.* p. 134. — Vs. 2, ζῶντας, nos, opinor, intelligit superstites; vel potius, viventibus ignorantia est idem quod mortuis sepulcri lapis.

DCCXLII. *Mopsuestiæ*, ex apogr. v. cl. Langlois. *Inscriptt.* n. 26, Kirchhoff. *Corp.* n. 9160, Lebas et Waddington. *Voyage, inscriptt. rec.* n. 1508. — Vs. 2, Σισινεῖφον propr. nom. aliunde ignotum, quod fortasse fuit alicujus Asiatici principis, christianam fidem amplexi. Cf. Σισίνης ap. Arrian. *Exp.* VII, 6, 7, Σισίνης, ap. Strab. XII, p. 537, A; Σισίννης, Scythæ nom. ap. Lucian. *Tox.* 57 sq.

DCCXLIII. *Panormi.* XII seculi; edidit Gualtherus *Tabb. ant. Siciliæ*, p. 96, n. 78; repetiit Kirchhoff, *Corp. insc. gr.* t. IV, p, 518 sq. n. 9536. « Videtur Georgius noster non diversus esse a Georgio illo quem memorat titulus Τὴν εὐτυχῶς... *Corp. insc. gr.* 9535, hîc infr. p. 748.

DCCXLIV. *Messanæ.* Post Gualtherum (*Tabb. ant. Sic.* p. 79, n. 10), edidit Kirchhoffius *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 519, n. 9539. — Pertinet titulus ad annum a mundo creato 6657, qui ad nostram epocham exactus annum sistit post Chr. 1149. Lucæ hujus archimandritæ Messanensis mentio etiam in titulis *Corp.* nn. 8726 et 8727. — Vs. 5. νεκρώσαντα i. e. christiano sensu, domuit carnem quo liberior animus ad Deum atque cœlum, veram hominis patriam, evolaret, gallice *il a mortifié son corps*, ut apud Bossuet, *Or. fun. du P. Bourg.* : « Plût à Dieu

que, touché d'un si saint exemple, *je mortifie mes membres mortels!* » et rursus *Or. fun. Mar. Thérès.* : « Un chrétien *n'est jamais vivant sur la terre*, parce qu'il est toujours mortifié, et que la mortification est un essai, un apprentissage, *un commencement de la mort.* » — Vs. 11. « Nota ἑβδόμῃ μόνῃ (sc. ἡμέρᾳ) perplexe dictum pro eo quod dici debebat ex hujus ævi more, ἁπλῇ ἑβδομάδι. » *Kirchh.*

DCCXLV. *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 322, n. 9544. Epitaphium Theostericti, Theodori filii, qui ultimum se dicit stirpis Pepagomenorum. Mortuus is est anno ætatis quadragesimo quinto, qui fuit post Christum natum 1186, mensis Augusti die VII, feria quinta, et depositus in monasterio, cujus civibus adscriptus fuisse videtur. Versibus subscriptum legitur Μηνὶ Αὐγούστῳ ζ̄, ἡμέρᾳ ε̄, (νεμήσεως) δ̄ ἔτους, ϛχϞδ. » — Vs. 1. περιφραστικῶς pro anno, seu annuo solis cursu usitatissima translatione, ut in epigr. Leontii *Anth. pal.* VII, 575 : Ὤφελλε δὲ μυρία κύκλα ζώειν.

DCCXLVI. *Messanæ.* Ex Gualthero (*Tabb. antt. Sic.* p. 80, 81, n. 12), edidit Kirchhoffius *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 519 sqq. — « Positus titulus ex indicio vss. 34 sqq. anno mundi 6706 qui post Chr. est 1199, siquidem mense Januario decesserat ille nescio quis, cujus in memoriam scriptus est. » *Kirchh.* — Vs. 35. γυροκόσμου *Thesauro* abest.

DCCXLVII. *Corcyræ.* Epitaphium Gregorii archiepiscopi. Andreas Marmora *Istoria di Corfù* p. 198 sq. Repetiit post alios Kirchhoffius, *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 497, sq. n. 9438. « Scripsit hoc elogium ipse Georgius archiepiscopus aliquot ante obitum annis, quinto postquam ad episcopalis dignitatis fastigium est elatus, testante vs. 31. Quod quo anno factum sit etsi traditum non accepimus, Georgium tamen nostrum vixisse sæculo post Chr. duodecimo exeunte, ineunte tertio decimo, aliunde satis constat. Vide de eo ad. n. 8751. » *Kirchh.* — Vs. 1. Marmore tradebatur δοξομείνων, ex quo facilius fuit elicere δοξομανῶν, quam quod Kirchhoffio placuit δόξῃ θνητῶν. — Vss. 2 et 8. λιθοσύνθετος deest omnibus lexicis et *Thesauro* quoque *ling. gr.* — Vss. 3-4, egregios Malherbii versus, in versione psalm. CXLV conferre jubent :

Ont-ils rendu l'esprit? ce n'est plus que poussière
que cette majesté si pompeuse et si fière,
dont l'éclat orgueilleux estonnoit l'univers;
et dans ces grands tombeaux où leurs âmes hautaines
font encore les vaines,
ils sont mangés des vers.

— Vss. 24-25 κήρυκες τ. τ. εκκλ. « Ss. sunt Jason et Sosipater, qui Corcyræ insulæ fuisse creduntur evangelistæ, quorumque nominibus dicata fuit ecclesia urbis cathedralis, ubi sepultus fuit Gregorius archiepiscopus. »

DCCXLVIII. *Panormi.* Post nonnullos edidit Kirchhoff. *Corp. insc. gr.* n. 9535, t. IV, p. 517 sq. — « Pertinet titulus ad mundi annum 6648, post Christ. 1141. » — Vs. 7. Pro μόνην quod traditur, scribendum μονήν. — Vs. 12. Suppl. ἔτους, *quadragesimo anno.*

DCCXLIX. *Nicææ* Bithyniæ ad templum Armeniorum. *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 462-3, n. 9262. « Manuel hic Comnenus e stirpe regia oriundus mortuus est anno post mundum creatum 6719 indictione decima quarta, qui est annus post Christ. 1212, siquidem obiit die 17 mensis junii. Is quum dicatur eo tempore tricesimum quintum ætatis annum egisse, natum esse apparet circa annum post Christ. 1177. Nihil de eo traditum apud scriptores reperi, ut num recte a nobis sit vs. 5 restitutus, in quo affinitatis Siculæ obscura mentio injicitur, in medio relinquendum sit. » *Kirchh.* — Vs. 1. Usitatissima apud antiquos poetas comparatio, unde in sacros auctores transiit ut apud div. Gregorium Nazianzenum (*Or. fun. Cæsar.*) est, ὄναρ ἐσμὲν οὐχ ἱστάμενον, apud. div. J. Chrysostomum (*in Eutrop. homil.*) Νὺξ ἦν πάντα ἐκεῖνα καὶ ὄναρ... etc. — Vs. 4. Κομνηνόβλαστον, vs. 5. Σικελοκράτης, vs. 11. ἀγαθοβρυσία, vs. 12, δισεπτάριθμον verba omnibus lexicis, etiamque *Thesauro* absunt.

DCCL. Ex Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 322, Piccolus, *Suppl. à l'Anthol.* p. 147. In lemmate verbis τὸν τῆς τραπέζης significari videtur sacræ mensæ magister, sive, ut est apud Amm. Marcellinum, lib. XV, p. 35 edit. H. Valesii, 4°, triclinii minister, et supr. lib. XLV, p. 28, mensæ ministros. Fortasse hic Constantinus triclinii s. mensæ ministris præfectus erat, quibus, ut ait Corippus, III,

... summa fides et plena licentia sacris
deservire locis, atque aurea fulcra parare,
regales mensas epulis onerare supernis.

DCCLI. Ex Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 322, repetiit Piccol., *Suppl. à l'Anthol.* p. 147. Ejusdem Constantini epitaphium, ad quem pertinet prius distichon Εἰς τὸν τῆς τραπέζης, cujus officio alludere videtur poeta, vs. 1, ubi vir dicitur πτωχῶν τράπεζα.

DCCLII-DCCLXXI. Ex Cramer. *Anecd. gr. Paris*, t. IV, p. 312 sqq. Piccolus, *Suppl. à l'Anthol. gr.* p. 140 sqq. — γʹ. Vs. 1, cf. Callimach. *H. in Dian.* 159, γυῖα θεωθείς. — εʹ. Vs. 1. Cod. et Cramer. ἐκτός, leg. εὐκτός, quod ex Piccoli conjectura scripsimus utpote ubi de Polyeucti nomine ludit poeta. — ϛʹ. Vss. 1-2. Cod. et Cramer. δυσί, correxit Piccolus. — ιζʹ. Vs. 1. Cramer. νόος, emendat Piccolus. — Sequuntur versus duo sub titulo Tetrasticha, ex quo lemmate satis apparet hic subjiciendum fuisse tetrastichon primum et deinde alia plura, quorum nihil superest, nisi :

Γηρῶν κατ' ἄμφω καὶ φρένας καὶ τὰς τρίχας,
ὡς καινὸν εἶχες καὶ πνεῦμα καὶ καρδίαν.
Cum senex-esses ambobus et prudentia et capillis,
quam novum habebas et animum et cor!

DCCLXXII. Bandinii *Catal.* t. II, XIII, 1. — Vs. 9 Bandin. ἡλικιῶσαν, nullo fere sensu : ἡλιῶσα κόμη satis nota dictio, qua significatur, ut ap. Anacr. XXIX, 5, τὰ δ' ἐς ἄκρον ἡλιώσας (Βαθύλλου) κόμας, solari quodam splendore renidens coma. Κόμαι ἡλιῶσαι, sunt solis in modum candicantes, neque aureæ, neque nigræ, et ejus coloris quem ita describit Ovidius (*Amorr* I, 14, 9): Nec tamen ater erat, nec erat tamen aureus illis (capillis), sed quamvis neuter, mistus uterque, color. — Apud Heliod. *Æthiop.* III, 4, Charicliæ coma dicitur ῥοδοειδής τε καὶ ἡλιῶσα. Cf. Eustath. *ad Iliad.* Γ p. 431, ed. Rom. — Vs. 10. Idem de Charicliæ coma Heliod. ibid. : πολλὴ καὶ ὑπαυχένιος ὤμοις τε καὶ νώτοις ὑπεκύμαινε. — Vss. 14-15. Cf. Anacr. XVI, 7... ἀπ' ὀμμάτων βαλών με. Ὀφθαλμὸς dicitur βάλλειν ψυχὴν apud Chrysost. *de Sacerdot.* VI, 8, 558, ed. Bengel. — Vs. 26. Sic Ovid. : Juvenile decus mihi *pingere* malas cœpit. et Martial. IX, 77 : Gaudebatque suas *pingere* barba genas. — Vs. 36. Dubio sensu; libentiu, legerem : γῆς πραέων οἱ κ. ε. : ex bonis (mitibus dominis) illi qui terræ hereditatem susceperе

DCCLXXIII. Bandin. *Catal.* t. II, p. 193. — Vs. 9. Bandin. λοιπὼν; vs. 10. πεπτώκαμεν, utrumque male. Κόνδυ, poculum persicum decem cotylarum. —Vs. 14. τόπον χλόης, i. e. paradisum, Beatorum sedem.

DCCLXXIV. Bandinii Catal. t. II. p. 193 sq. XIII, 3. — Vs. 5. Hesych. : Ἐδεμ, τρυφή, Suidas addit ὁ ἐν τῇ γῇ παράδεισος. — De locutione χλόης τόπος, cf. epigr. præced. n. 773, vs. 14.

DCCLXXV. Vid. J. Boivin. *ad Gregoram*, p. 773, et Bandurii *Antiquitt. Constantinopol.* I, 22, unde repetiit J. Bloch. in *Specimin. oper. Theod. Metochitæ etc.* p. 24. —Vs. 2. Scripsit Bloch. εηνγε (sic). — Vs. 2. βαιὸς ὡδὶ λάας, βαιὸς trissyll. contra consuetudinem, fecit poeta qui et præter solitum priorem syllabam corripuit in λάας. — « Theodorus Metochita qui non confundendus est vel cum aliis Theodoris, vel cum æquali Georgio Metochita, vixit et floruit in fine XIII sæculi : fuisse vero traditur excellenti ingenio, stupenda memoria, facundia quadam nativa, pulcherrimo denique corpore et vultu. » De quo vide Fabric. *Bibl. gr.* IX; Leo. Allat. p. 436; Niceph. Gregor. VII, 11 etc. et J. Bloch. qui omnia testimonia de viro collegit in *Specimina operum Theodori Metochitæ quæ inscribuntur* Ὑπομνηματισμοὶ καὶ σημειώσεις γνωμικαί, Hauniæ, MDCCXC, 8°.

DCCLXXVI. Boissonad. *Anecd. gr.* t. III, p. 462 sq. — Vs. 19, « Mori voluerat Chameas ille in habitu monachorum. Μονότροποι enim sunt monachi. » *Boiss.*

CAPUT III.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑ

1. ΑΡΧΙΛΟΧΟΥ.

Ἐν δορὶ μέν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος
Ἰσμαρικός· πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος.

2. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἔς τε μέσον πεδίον Στενυκλήριον ἔς τ' ὄρος ἄκρον
εἵπετ' Ἀριστομένης τοῖς Λακεδαιμονίοις.

3. ΑΛΛΟ.

Πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆι·
εὗρε δὲ Μεσσήνης σὺν Διὶ τὸν προδότην
ῥηιδίως· χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον.
Χαῖρε, Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ σάω Ἀρκαδίαν.

4. ΑΛΛΟ.

Τὰ ἐπὶ τῇ τοῦ Κυψέλου λάρνακι ἐπιγράμματα.

α. Ἴδας Μάρπησσαν καλλίσφυρον, ἂν οἱ Ἀπόλλων
ἅρπασε, τὰν ἐκ ναοῦ ἄγει πάλιν οὐκ ἀέκουσαν.

β. Μήδειαν Ἰάσων γαμέει, κέλεται δ' Ἀφροδίτα.

γ. Λατοΐδας οὗτος τάχ' ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων,
Μοῦσαι δ' ἀμφ' αὐτόν, χαρίεις χορός, αἷσι κατάρχει.

δ. Ἄτλας οὐρανὸν οὗτος ἔχει, τὰ δὲ μᾶλα μεθήσει.

EPIGRAMMATA DEMONSTRATIVA.

1. ARCHILOCHI.

In hasta sane mihi est panis bene-subactus *i. e.* [placenta, in hastaque vinum
Ismaricum, biboque hastæ-beneficio recubans.

2. ANONYMI.

Inque medium campum Stenyclerium, inque mon- [tem summum
sectatus est Aristomenes Lacedæmonios.

3. ALIUD.

Omnino tempus invenit pœnam-justam injusto regi:
invenit et Messenæ, adjuvante Jove, proditorem
facile : haud-in-promptu *est* homini perjuro fallere [deum.
Salve, Jupiter rex, et serva Arcadiam.

4. ALIUD.

Quæ in arca Cypseli incisæ sunt inscriptiones.

a. Idas Marpessam pulcros-talos-habentem, quam [sibi Apollo
rapuit, eam ex templo reducit non invitam.

b. Medeam Jason ducit *uxorem,* jubet autem Venus.

c. Latoides ille facile *est* princeps procul-feriens [Apollo,
Musæque circum eum, lepidus chorus, quibus præ- [cinit ille.

d. Atlas cælum iste tenet, et mala remittet.

---

1. ARCHILOCHI.

Maza mihi hastato præbetur; Bacchus in hasta
Ismaricus; dum me sustinet hasta, bibo.
GRUT. *Ad Senec. Sentent. Not. postum.* p. 387.

2. ANONYMI.

Per Stenycleria plana secutus in ardua montis
victor Aristomenes est Lacedæmonios.
ROM. AMAS.

3. ALIUD.

In columna Jovis Lycæi, de Aristocrate.

Tempore sed pœnas pendit rex proditor æquas;
Messene reperit cum Jove grande nefas.
Vix est ut superum perjurus numina fallat :
tu salve et serva, Jupiter, Arcadiam. H. GROTIUS.

4. ALIUD.

Sequentia inscripta erant operibus factis in Cypseli arca.

1. Idas Marpessam formosam ab Apolline raptam
ex templo repetit, corde haud nolente sequentem.

2. Imperio Veneris Medeam ducit Iason.

3. Hic Latonigena est jaculis insignis Apollo :
blanda ducem circum comitantur turba Camœnæ.

4. Cælum gestat Atlas, jamque aurea mala relinquit.

ε. Τυνδαρίδα Ἑλέναν φέρετον, Αἴθραν δ' Ἀθάναθεν ἕλκετον.

Ὑπὲρ τοῦ Ἰφιδάμαντος νεκροῦ.

ς. Ἰφιδάμας, οὗτός τε Κόων περιμάρναται αὐτοῦ.

Ἐπὶ τῇ ἀσπίδι τοῦ Ἀγαμέμνονος.

ζ. Οὗτος μὲν φόβος ἐστὶ βροτῶν, ὁ δ' ἔχων Ἀγαμέμνων.

η. Ἑρμείας ὅδ' Ἀλεξάνδρῳ δείκνυσι διαιτῆν
τοῦ εἴδους Ἥραν καὶ Ἀθάναν καὶ Ἀφροδίταν.

θ. Αἴας Κασσάνδραν ἀπ' Ἀθαναίας Λοκρὸς ἕλκει.

5. ΣΟΛΩΝΟΣ.

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος ἕρκος ὀδόντων
φύσας, ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἑπτ' ἔτεσι.
Τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσει θεὸς ἑπτ' ἐνιαυτούς,
ἥβης ἐκφαίνει σήματα γιγνομένης.
Τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἐπὶ γυίων
λαχνοῦται, χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης.
Τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς τις ἐν ἑβδομάδ' ἐστὶν ἄριστος
ἰσχύν, οἵ τ' ἄνδρες σήματ' ἔχουσ' ἀρετῆς.
Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι,
καὶ παίδων ζητεῖν εἰσοπίσω γενεήν.
Τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρός,
οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.
Ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσι μέγ' ἄριστος,
ὀκτώ τ' ἀμφοτέρων τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη.
Τῇ δ' ἐνάτῃ δύναται μὲν ἔτι, μαλακώτερα δ' αὐτοῦ,
πρὸς μεγάλην ἀρετὴν σώματι καὶ σοφίῃ.
Τῇ δεκάτῃ δ' ὅτε δὴ τελέσει θεὸς ἑπτ' ἐνιαυτούς,
οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχοι θανάτου.

e. Tyndaridæ Helenam ferunt, Æthramque Athenis trahunt.

Super Iphidamantis mortui corpore.

f. Iphidamas; isteque Coon propugnat pro eo.

In Agamemnonis clipeo.

g. Ille quidem terror est mortalium, et qui eum tenet, Agamemnon.

h. Mercurius hicce Alexandro ostendit judicandas
de forma Junonem et Minervam et Venerem.

i. Ajax Locrensis a Minerva Cassandram trahit.

5. SOLONIS.

Puer impubis adhuc infans, septum dentium
natum emittit primum in septem annis.
Postquam vero alios septem ei perfecerit annos deus,
pubis indicia profert nascentis.
Tertia autem *ætate* mentum, augescentibus membris,
lanuginem alit, coloris mutantis florem.
Quarto sane in septenario-orbe quisque præstantissimus *est*
robore, virique signa virtutis habent.
Quinto autem monetur virum nuptiis esse maturum,
et liberorum quærere posteritatem.
Sexto in omnia accommodatur hominis mens,
neque agere jam opera industria-carentia-vult.
In septimo septenario mente linguaque longe optimus
f octavoque *fiet;* utriusque quatuor et decem anni.
Nono autem valet adhuc quidem, molliora sed ipso,
ad magnam virtutem corpore et sapientia.
Decima sed *ætate*, cum jam perficiet deus septem annos
non immaturus mortis fatum subierit.

---

5. Palladis urbe Æthram rapiunt, Helenamque reportant
Tyndaridæ.

6. Iphidamas, fortisque Coon in prælia surgunt.

7. Terror hic est hominum, quem qui tenet, est Agamemnon.

8. Monstrat Alexandro Junonem, Pallada, Cyprin
Mercurius, formæque jubet discernere litem.

9. Cassandram templo Locrus aufert Palladis Ajax.

H. GROTIUS.

5. SOLONIS.

Impubes pueri septem volventibus annis
claudunt enatis dentibus eloquium.
Post alios totidem, divorum numine dextro,
occultum pubis nascitur indicium.
Annis ter septem prima lanugine malas
vestiet, ætatis robore conspicuus.
Quartus id augebit jam septenarius, isque
optima virtutis proferet indicia.
Adde alios totidem, festinans ocius ætas
conjugio monuit quærere progeniem.
Sexta ætas animo si quid deest addet, eaque
disces quid deceat, quid quoque dedeceat.
At quæ succedunt per proxima ter duo lustra,
ornabunt linguam dulcibus eloquiis.
Nona ætas languet, tum frigida membra retardant
virtutem non unquam interituram animi.
At quisquis decimam poterit contingere metam,
jam tempestivo funere conciderit.

SIGISM. GELEN.

6. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Μέσσοι δ' οἵ τ' Ἔφυραν πολυπίδακα ναιετάοντες,
  παντοίης ἀρετῆς ἴδριες ἐν πολέμῳ,
οἵ τε πόλιν Γλαύκοιο Κορίνθιον ἄστυ νέμοντες,
  οἱ ** καλλίστων μάρτυν ἔθεντο πόνων
χρυσοῦ τιμήεντος ἐν αἰθέρι· καί σφιν ἀέξει
  αὐτῶν τ' εὐρεῖαν κληδόνα καὶ πατέρων.

6. SIMONIDIS.

Medii qui Ephyram fontibus-abundantem habitant,
  omnigenæ virtutis scientes in bello,
et qui civitatem Glauci, Corinthiam urbem, incolen- [tes
  sibi pulcherrimorum testem posuere laborum
auro pretioso in æthere, et illis auget
  ipsorumque ingentem famam et patrum.

7. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἵδ' ὑπὲρ Ἑλλάνων τε καὶ ἀγχεμάχων πολιητᾶν
  ἔστασαν εὐχόμεναι Κύπριδι δαιμονίᾳ.
Οὐ γὰρ τοξοφόροισι ἐβούλετο δῖ' Ἀφροδίτα
  Μήδοις Ἑλλάνων ἀκρόπολιν δόμεναι.

7. EJUSDEM.

Illæ pro Græcisque et cominus-pugnantibus civibus
  stant precantes Cyprin divinam.
Non enim arciferis voluit diva Venus
  Medis Græcorum arcem dedere.

8. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δημόκριτος τρίτος ἦρξε μάχης, ὅτε πὰρ Σαλαμῖνα
  Ἕλληνες Μήδοις σύμβαλον ἐν πελάγει·
πέντε δὲ νῆας ἕλεν δηίων, ἕκτην δ' ὑπὸ χεῖρα
  ῥύσατο βαρβαρικὴν Δωρίδ' ἁλισκομένην.

8. EJUSDEM.

Democritus tertius initium-fecit pugnæ, cum apud [Salamina
  Græci cum Medis congressi sunt in mari :
quinque naves cepit hostium, sextamque e manu
  eripuit barbarica Doricam, cum caperetur.

9. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀρτέμιδος τόδ' ἄγαλμα, διηκόσιαι δ' ἄρ' ὁ μισθὸς
  δραχμαὶ ταὶ Πάριαι, τῶν ἐπίσημα τράγος.
Ἀσκητὸς δ' ἐποίησεν Ἀθηναίης παλάμῃσιν
  ἄξιος Ἀρκεσίλας υἱὸς Ἀριστοδίκου.

9. EJUSDEM.

Dianæ hæc imago; ducentæ quidem merces
  drachmæ Pariæ quarum nota est hircus.
Peritus autem fecit Minervæ manibus (*i. e.* artibus)
  dignus Arcesilaus filius Aristodici.

10. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ' ἡνίκ' Ἀριστο-
  γείτων Ἵππαρχον κτεῖνε, καὶ Ἁρμόδιος.

10. EJUSDEM.

Magna quidem Atheniensibus fuit dies, cum Aristo-
  giton Hipparchum occidit, et Harmodius.

11. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἦρχεν Ἀδείμαντος μὲν Ἀθηναίοις, ὅτ' ἐνίκα
  Ἀντιοχὶς φυλὴ δαιδάλεον τρίποδα·
Ξεινοφίλου δέ τις υἱὸς Ἀριστείδης ἐχορήγει
  πεντήκοντ' ἀνδρῶν καλὰ μαθόντι χορῷ.
Ἀμφὶ διδασκαλίᾳ δὲ Σιμωνίδῃ ἕσπετο κῦδος
  ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρεπέος.

11. EJUSDEM.

Principatum habebat Adimantus apud Athenien- [ses, cum vincebat
  Antiochis tribus fabrefactum tripodem : [erat
Xenophili autem filius quidam Aristides choragus
  cum quinquaginta virorum pulcre edocto choro.
De disciplina autem Simonidi obvenit laus
  octoginta-annos nato, filio Leoprepis.

---

7. EJUSDEM.

Hæ sunt hic positæ, Cythereæ dicere grates
  pro Græcis et pro civibus, ore pio,
diva sagittiferis quoniam pulcherrima Medis
  arcem Grajugenûm prodere non voluit.

H. GROTIUS.

8. EJUSDEM.

Tempore quo Graiûm robur Salamina sub amplam
  cum Medis pugnam contulit in pelago,
tertius ante alios ductor Democritus ivit,
  barbaricas victor quinque ratesque tulit;
Dorida dein sextam, quam barbarus impete grandi
ceperat, infestis de manibus rapuit.

PLUT. DID

9. EJUSDEM.

Bis centum Pariis simulacrum insigne Dianæ
  hoc drachmis constat, quis nota capreolus.
Absolvit doctus cælo manibusque Minervæ
  Arcesilas sculptor, natus Aristodici.

DIOG. LAERT. DID.

10. EJUSDEM.

Lux bona Cecropidis fulsit, quo occidit Aristogiton
  Hipparchum tempore, et Harmodius.

H. GROTIUS.

12. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μνήμην δ' οὔ τινά φημι Σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν
ὀγδωκονταέτει, παιδὶ Λεωπρεπέος.

12. EJUSDEM.

Memoria quidem nullum dico Simonidi æquiparari
octogenario, filio Leoprepis.

13. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἴσθμια δίς, Νέμεα δίς, Ὀλύμπια ἐστεφανώθην,
οὐ πλάτεϊ νικῶν σώματος, ἀλλὰ τέχνᾳ,
Ἀριστόδαμος Θράσιδος, Ἀλεῖος, πάλᾳ.

13. EJUSDEM.

Isthmia bis, Nemea bis, Olympia *semel* coronatus
non latitudine vincens corporis, sed arte, [sum
Aristodamus, Thrasidis *filius*, Eleus, lucta.

14. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χάλλάδι καὶ Μεγαρεῦσιν ἐλεύθερον ἆμαρ ἀέξειν
ἱέμενοι θανάτου μοῖραν ἐδεξάμεθα·
τοὶ μὲν ὑπ' Εὐβοίᾳ [ναυσικλύτῳ] ἔνθα καλεῖται
ἁγνᾶς Ἀρτέμιδος τοξοφόρου τέμενος,
τοὶ δ' ἐν ὄρει Μυκάλας, τοὶ δ' ἔμπροσθεν Σαλαμῖνος,
[νηῶν Φοινισσῶν ἐξολέσαντες Ἄρην],
τοὶ δὲ καὶ ἐν πεδίῳ Βοιωτίῳ, οἵτινες ἔτλαν
χεῖρας ἐπ' ἀνθρώπους ἱππομάχους ἱέναι.
Ἀστοὶ δ' ἄμμι [πόρον] γέρας ὀμφαλῷ ἀμφὶ πόληος
νεικέων ἡμετέρων ἀλλοδαπῶν παρ' ὅρων.

14. EJUSDEM.

Et Græciæ et Megarensibus liberam vitam augere
cupientes mortis sortem suscepimus :
hi quidem sub Eubœam re-navali-claram ubi vocatur
castæ Dianæ arciferæ templum,
illi autem in monte Mycalæ, aliique ante Salamina,
navium Phœniciarum deleto Marte,
aliique in campo Bœotio, qui sustinuere
manus in homines ex-equis-pugnantes inferre.
Cives ergo nobis dedere munus umbilicum juxta [urbis
pugnarum nostrarum extraneis ex titulis.

15. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

. . . .
Πυθαγόραν θ' ὃν τίκτε Διὶ φίλῳ Ἀπόλλωνι
Πυθαΐς, ἣ κάλλος πλεῖστον ἔχεν Σαμίων...

15. ANONYMI.

. . . . [cus est,
Pythagoram quem peperit Apollini qui Jovi ami-
Pythais, quæ pulchritudinem maximam habuit [inter Samias.

16. ΑΛΛΟ.

Εἰς Πυθαγόραν Σάμιον τὸν πύκτην.

Οὗτος πυκτεύσων ἐς Ὀλύμπια παισὶν ἄνηβος
ἤλυθε Πυθαγόρας ὁ Κράτεω Σάμιος.

16. ALIUD.

In Pythagoram Samium pugilem.

Hic pugil-certaturus Olympiam pueris impubes
venit Pythagoras Cratei filius Samius.

17. ΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣ.

Ὦ θεῖοι, πόθεν ἐστέ; πόθεν τοιοίδ' ἐγένεσθε;
Ἄνθρωποι, πόθεν ἐστέ; πόθεν κακοὶ ὧδ' ἐγένεσθε:

17. HIPPODAMANTIS.

O Divi, unde estis? unde tales facti estis?
Homines, unde estis? unde sic mali facti estis?

18. ΦΡΥΝΙΧΟΥ.

Σχήματα δ' ὄρχησις τόσα μοι πόρεν, ὅσσ' ἐνὶ πόντῳ
κύματα ποιεῖται χείματι νὺξ ὀλοή.

18. PHRYNICHI.

Figuras quidem saltatio tot mihi præbuit, quot in
fluctus facit hieme nox exitiosa. [ponto

---

12. EJUSDEM.

Sedecies annos post quinque Simonida cunctos
exsuperat memori mente Leoprepides.

H. GROTIUS.

13. EJUSDEM.

Bis Nemeæ vici bis Olympia, sed semel Isthmo,
non ego corporea mole, sed arte valens,
Aristodamus Elide ad luctam bonus.

H. GROT.

15. ANONYMI.

Pythaïs ex Samiis peperit pulcerrima Phœbo
Pythagoram, curam deliciasque Jovis.

PORPHYR. EDIT. DID.

16. ALIUD.

In Pythagoram Samium pugilem.

Hic puer et pugil a pueris ad Olympia venit
Pythagoras Samius, patre satus Crateo.

DIOG. ED. DID.

19. ΦΙΛΙΑΔΟΥ ΜΕΓΑΡΕΩΣ.

Ἐπὶ τοῖς ἀναιρεθεῖσιν ὑπὸ Περσῶν.

Ἄνδρες τοί ποτ' ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος,
λήματι τῶν αὐχεῖ Θεσπιὰς εὐρύχορος.

19. PHILIADÆ MEGARENSIS.

Super iis quos Persæ interemerant.

Viri isti olim habitabant sub verticibus Heliconis,
quorum fortitudine spatiosa Thespias gloriatur.

20. ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ.

Ἁβροδίαιτος ἀνήρ, ἀρετὴν δὲ σέβων τόδ' ἔγραψεν
Παρράσιος, κλεινῆς πατρίδος ἐξ Ἐφέσου·
οὐδὲ πατρὸς λαθόμην Εὐήνορος, ὅς νιν ἔφυσε
γνήσιον, Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης.

20. PARRHASII.

Delicatus vir, virtutem vero colens hocce pinxit
Parrhasius, clara patria *oriundus* Epheso :
neque patris oblitus sum Evenoris, qui eum genuit
legitime-natum, inter Græcos primas ferentem artis.

21. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸν ἐν Λίνδῳ Ἡρακλέα.

Οἷος δ' ἐννύχιον φαντάζετο πολλάκι φοιτῶν
Παρρασίῳ δι' ὕπνου, τοῖος ὅδ' ἐστὶν ὁρᾶν.

21. EJUSDEM.

In Herculem qui Lindi est.

Qualis quidem in-somnis apparuit sæpe accedens
Parrhasio per somnum, talem hunc videre est.

22. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ καὶ ἄπιστα κλύουσι, λέγω τάδε· φημὶ γὰρ ἤδη
τέχνης εὑρῆσθαι τέρματα τῆσδε σαφῆ
χειρὸς ὑφ' ἡμετέρης· ἀνυπέρβλητος δὲ πέπηγεν
οὖρος· ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἔγεντο βροτοῖς.

22. EJUSDEM.

Etsi incredibilia audiunt, dico hæcce : profiteor enim jam
artis inventos esse terminos hujusce certos
manu nostra : inexsuperabilis autem fixus est
limes; inculpatum sane nihil fuerat mortalibus.

23. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Γράμματα Παρρασίοιο, τέχνα Μυός· ἐμμὶ δὲ ἔργον
Ἰλίου αἰπεινᾶς, ἂν ἕλον Αἰακίδαι.

23. ANONYMI.

Adumbratio Parrhasii, opus Myis: sum autem labor
Ilii ardui, quod cepere Æacidæ.

24. ΑΛΛΟ.

Ἐνθάδ' ἄναξ ἥρως Φύταλός ποτε δέξατο σεμνὴν
Δήμητραν, ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν,
ἣν ἱερὰν συκῆν θνητῶν γένος ἐξονομάζει·
ἐξ οὗ δὴ τιμὰς Φυτάλου γένος ἔσχεν ἀγήρως.

24. ALIUD.

Hîc princeps heros Phytalus olim exceperat venerandam
Cererem, cum primum autumni fructum edidit,
quam sacram ficum mortalium genus nominat :
ex quo sane honores Phytali gens habuit senio-expertes.

25. ΑΛΛΟ.

Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι
ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας.

25. ALIUD.

Pro Græcis pugnantes Athenienses Marathone
interfecerunt Medorum novem myriadas.

---

19. PHILIADÆ MEGARENSIS.

De Thespiensibus, quos Persæ interemerant.

In summo domus his Heliconis vertice : jactat
tam magnis animis Thespias esse parens.

H. GROTIUS.

20. PARRHASII.

Hæc pinxit mollis, virtutis cultor et idem,
clara Parrhasius ex Epheso patria.
Nec patris oblitus præstantis, qui edit Achivis
legitimum, ipse artis præmia prima fero.

NAT. COM.

21. EJUSDEM.

Talis adest specie, qualem per somnia vidit
Parrhasius pictor, culta figura dei.

NAT. COMES.

22. EJUSDEM.

Ista fidem quamvis citra sint, hæc tamen aio :
hujus adest artis meta reperta mihi;
hæc nostræ valuere manus; præstantia fingunt,
sed culpa vacuum nil fuit ante viris.

NAT. COM. EMEND.

24. ALIUD.

Hic Cererem tectis Phytalus susceperat heros,
cui primum sacri largita est semina pomi,
quam mortale genus ficum vocat. Illius ergo
muneris æterno hic Phytali gens floret honore.

ROM. AMAS.

26. ΑΛΛΟ.

Σβεννύντας ποτὲ τούσδε τυραννίδα χάλκεος Ἄρης
εἷλε· Σελινοῦντος δ' ἀμφὶ πύλας ἔθανον.

26. ALIUD.

Exstinguentes aliquando hosce tyrannidem ferreus [Mars
cepit : Selinuntis autem circum portas mortui- [sunt.

27. ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ.

Ὦ τὸν ἀγήραντον πόλον αἰθέρος, Ἥλιε, τέμνων,
ἆρ' εἶδες τοιόνδ' ὄμματι πρόσθε πάθος;
Μητέρα παρθενικήν τε κόρην, δισσούς τε συναίμους,
ἐν ταὐτῷ φέγγει μοιριδίῳ φθιμένους.

27. EURIPIDIS.

O qui senectutis-expertem ætheris axem, sol, secas,
num vidisti talem oculis antea cladem?
Matrem virgineamque puellam, geminosque consan- [guineos *fratres*,
in eadem luce (*die*) fatali mortuos.

28. ΑΛΛΟ.

Εἰς εἰκόνα Φαΰλλου πεντάθλου Κροτωνιάτου.

Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάυλλος·
δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

28. ALIUD.

In statuam Phaylli pentathli Crotoniatæ.

Quinque super quinquaginta pedibus saliit Phayl- [lus;
discum-jecit autem ad centum, quinque deficien- [tibus.

29. ΖΕΥΞΙΔΟΣ.

Ἡράκλεια πατρίς, Ζεῦξις δ' ὄνομ'· εἰ δέ τις ἀνδρῶν
ἡμετέρης τέχνης πείρατά φησιν ἔχειν,
δείξας νικάτω. . . . .
. . . . . δοκῶ δ' ἡμᾶς οὐχὶ τὰ δεύτερ' ἔχειν.

29. ZEUXIDIS.

Heraclea patria, Zeuxisque nomen : si quidem ali- [quis virorum
nostræ artis fines dicat attigisse,
se-se ostendat, vincatque. . . . .
. . . arbitror autem nos non secundum locum te- [nere.

30. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Σισυφίαν δὲ μολεῖν χθόν' ἐκώλυεν ἀνέρα νείκη
ἀμφὶ Μολιονιδᾶν οὐλομένων θανάτῳ.

30. ANONYMI.

Sisyphiam adire terram vetuere virum contentiones
de Molionidum necatorum morte.

31. ΑΛΛΟ.

Τῶν δ' ἱερογλώσσων Κλυτιδᾶν γένος εὔχομαι εἶναι
μάντις, ἀπ' ἰσοθέων αἷμα Μελαμποδιδᾶν.

31. ALIUD.

Sacræ-linguæ-peritorum Clytidarum e genere glo- [rior esse
vates, e deorum-paribus sanguis Melampodidis.

32. ΑΛΛΟ.

Εἰς τοὺς ἀπὸ Φυλῆς τὸν Ἀθηναίων δῆμον καταγαγόντας.

Τούσδ' ἀρετῆς ἕνεκα στεφάνοις ἐγέραιρε παλαίχθων
δῆμος Ἀθηναίων, οἵ ποτε τοὺς ἀδίκοις
θεσμοῖς ἄρξαντας πρῶτοι πόλεως καταπαύειν
ἦρξαν, κίνδυνον σώμασιν ἀράμενοι.

32. ALIUD.

In eos qui a Phyle Atheniensium populum reduxerunt.

Hosce propter virtutem coronis donavit antiquus- [terræ *filius*
populus Atheniensium, qui olim injustis
legibus regnantes primi e civitate tollere
tentaverunt, periculo corporibus suscepto.

---

26. ALIUD.

Ante Selinuntis Mavors hos ferreus hausit
moenia, servitium pellere dum properant.
H. GROTIUS.

27. EURIPIDIS.

Sol, indefessis qui curribus æthera sulcas,
conspexitne oculus par tuus, oro, malum?
Intacti floris, cara cum matre, puellam,
et geminos fratres abstulit una dies. H. GROTIUS.

30. ANONYMI.

Sisyphiis juvenem vetuit succedere terris
dira Molionidum pœna secuta necem. ROM. AMAS.

31. ALIUD.

Ex inscriptione Eperasti vatis.

Gaudeo de Clytidis vatem me vatibus ortum,
et de divina stirpe Melampodidum. H. GROT.

32. ALIUD.

Cecropis antiquus populus, virtutis honore
munerat hos, leges qui sine more datas
laudanda rupere manu, vitæque periclum
non metuere, novos ne paterentur heros.
H. GROTIUS

33. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Εἰς Ἀριστοφάνην.

Αἱ χάριτες τέμενός τι λαβεῖν ὅπερ οὔτι πεσεῖται
ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

33. PLATONIS.

In Aristophanem.

Gratiæ templum aliquod cepisse quod non caderet,
cupientes, animam invenere Aristophanis.

34. ΑΔΗΛΟΝ.

Τοὺς δύ' Ἀπόλλων φῦσ' Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα,
τὸν μὲν ἵνα ψυχήν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σάοι.

34. INCERTI.

Duo Apollo genuit Æsculapium atque Platonem,
hunc quidem ut animam, illum vero ut corpus servaret.

35. ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ.

Εἰς Πυθαγόραν τὸν πύκτην.

Πυθαγόρην τινά, Πυθαγόρην, ὦ ξεῖνε, κομήτην,
ᾀδόμενον πύκτην εἰ κατέχεις Σάμιον,
Πυθαγόρης ἐγώ εἰμι· τὰ δ' ἔργα μου, εἴ τιν' ἔροιο
Ἠλείων, φήσεις αὐτὸν ἄπιστα λέγειν.

35. THEÆTETI.

In Pythagoram pugilem.

Pythagoram quemdam, Pythagoram, o hospes, comatum
celebratum pugilem si tenes *memoria* Samium,
Pythagoras ego sum : facta mea, si quem interrogas
Eleorum, dices eum incredibilia narrare.

36. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Πάτρα Μίλητος τίκτει Μούσαισι ποθεινὸν
Τιμόθεον, κιθάρας δεξιὸν ἡνίοχον.

36. ANONYMI.

Patria Miletus parit Musis dilectum
Timotheum, citharæ sollertem aurigam.

37. ΑΛΛΟ.

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν,
Μεσσήνη δ' ἱερὴ τέκνα χρόνῳ δέχεται,
Θήβης δ' ὅπλοισιν Μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ.

37. ALIUD.

Nostris consiliis Sparta exuta est gloria,
Messeneque sacra pueros tandem accipit,
Thebarumque armis Megalopolis coronata est,
et suo-jure Græcia omnis est in libertate.

38. ΑΛΛΟ.

Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι, οἵ ποτε Μήδων
παισὶν ἐπ' Ἠιόνι, Στρυμόνος ἀμφὶ ῥοάς,
λιμόν τ' αἴθωνα, κρατερόν τ' ἐπάγοντες Ἄρηα,
πρῶτοι δυσμενέων εὗρον ἀμηχανίην.

38. ALIUD.

Erant sane et illi forti-animo, qui olim Medorum
filiis sub Eione, Strymonis circa fluenta,
famemque ardentem violentumque adducentes Martem,
primi hostium invenerunt consilii-inopiam.

39. ΑΛΛΟ.

Ἡγεμόνεσσι δὲ μισθὸν Ἀθηναῖοι τάδ' ἔδωκαν,

39. ALIUD.

Ducibus quidem pro mercede Athenienses hæc dederunt,

---

33. PLATONIS.

De Aristophane.

Immortale sibi templum cum Gratia triplex
quæreret, ecce animo sedit Aristophanis.

H. GROT.

34. INCERTI.

Phœbo patre Plato, atque heros Epidaurius orti;
hic nempe ut corpus servet, et ille animam.

JAC. WINDET.

35. THEÆTETI.

De Pythagora illo, qui primus ex arte pugilatum exercuit.

Si tibi sum notus Samius (nam fama celebris
est mea) Pythagoras, criniger ille pugil,
Pythagoras ego sum; quæ sint mea facta, rogate :
Elei dicent exsuperare fidem.

H. GROTIUS.

37. ANONYMI.

Inscriptum statuæ Epaminondæ.

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum,
Messene sobolem tempore fota dabit.
Urbs sacra Thebarum spoliis exsultat opimis :
dicenda est juris Græcia tota sui.

H. GROTIUS.

38. ALIUD.

Inscriptio primi Hermæ.

Nomen et illorum virtus animosa meretur,
Strymonis undosi qui super aggeribus
esurie Medos et sævo Marte prementes
monstrarunt frangi barbara corda malis.

H. GROTIUS.

39. ALIUD.

Inscriptio secundi Hermæ.

Hæc bene pro meritis et pro virtute dederunt

ἀντ' εὐεργεσίης καὶ μεγάλης ἀρετῆς·
μᾶλλόν τις τάδ' ἰδὼν καὶ ἐπεσσομένων ἐθελήσει
ἀμφὶ πάτρας ξυνοῖς πράγμασι μόχθον ἔχειν.

40. ΑΛΛΟ.

Ἔκ ποτε τῆσδε πόληος ἅμ' Ἀτρείδῃσι Μενεσθεὺς
ἡγεῖτο ζάθεον Τρωικὸν ἐς πεδίον,
ὅν ποθ' Ὅμηρος ἔφη Δαναῶν πύκα θωρηκτάων
κοσμητῆρα μάχης ἔξοχον ὄντα μολεῖν·
οὕτως οὐδὲν ἀεικὲς Ἀθηναίοισι καλεῖσθαι
κοσμηταῖς πολέμου τ' ἀμφὶ καὶ ἠνορέης.

41. ΑΛΛΟ.

Ξενοκράτης,
Θεόπομπος,
Μνασίλαος.

Ἁνίκα τὸ Σπάρτας ἐκράτει δόρυ, τηνάκις εἷλεν
Ξεινοκράτης κλάρῳ Ζηνὶ τρόπαια φέρειν,
οὐ τὸν ἀπ' Εὐρώτα δείσας στόλον οὐδὲ Λάκαιναν
ἀσπίδα· Θηβαῖοι κρείσσονες ἐν πολέμῳ·
καρύσσει Λεύκτροις νικαφόρα δουρὶ τρόπαια
οὐδ' Ἐπαμεινώνδα δεύτεροι ἐδράμομεν.

42. ΑΛΛΟ.

Καὶ μετὰ λαοφ[ό]νον ξίφος υἱέ[ος] ἤρκεσα πάτρῃ,
κτεῖνα δ' Ἀχιλῆα γήραος εὐφραδίῃ.
Ἐς δέκατον δ' ἐκράτησα Π[αν]ελλήνω[ν] ἐνιαυτόν,
πρὸς δὲ μί[τ]ον Μοιρ[ῶν] οὔτις ἔχει δύνασιν.

43. ΑΣΤΥΔΑΜΑΝΤΟΣ.

Εἴθ' ἐγὼ ἐν κείνοις γενόμην, ἢ κεῖνοι ἅμ' ἡμῖν,
οἳ γλώσσης τερπνῆς πρῶτα δοκοῦσι φέρειν,
ὡς ἐπ' ἀληθείης ἐκρίθην ἀφεθεὶς παράμιλλος·
νῦν δὲ χρόνῳ παρέχουσ', οἷς φθόνος οὐχ ἕπεται.

ob beneficentiam et magnam virtutem,
magis quis, hæc videns, et posterorum, volet
pro patria communibus in rebus laborem ferre.

40. ALIUD.

Olim ex hac urbe cum Atridis Menestheus [pum,
ducebat *viros* valde-divinum in Trojanum cam-
quem olim Homerus dixit Danaorum valde lorica-
moderatorem pugnæ eximium venisse; [torum
sic nihil indecens Atheniensibus vocari
moderatoribus de bello et virili-virtut

41. ALIUD.

Xenocrates,
Theopompus,
Mnasilaus.

Cum Spartæ dominaretur lancea, tum suscepit
Xenocrates sorte jubente Jovi tropæa ferre,
non, *qui venit* ab Eurota, veritus exercitum, neque
[Laconicum
scutum : — Thebani meliores *sunt* in bello :
id proclamant Leuctris, quæ-cum-victoria-tulit lan-
[cea, tropæa ;
neque Epaminonda posteriores cucurrimus.

42. ALIUD.

[patriæ,
Etiam post homicidam gladium filii, opitulatus sum
occidique Achillem senectutis *meæ* bonis-consiliis.
Usque ad decimum superavi Panhellenes annum,
adversus autem filum Parcæ nemo habet pote-
[statem.

43. ASTYDAMANTIS.

Utinam ego cum illis natus essem, aut illi simul at-
[que nos,
qui linguæ jucundæ primas putantur *partes* te-
[nere,
quippe qui ex veritate judicatus sum dimissus ci-
[tra-certamen-victor :
nunc autem id a tempore habent, quos non inse-
[quitur invidia.

Cecropidæ ducibus munera clara suis,
ut bene posteritas discat sperare, labores
pro patria sumptos nec putet esse graves.

H. GROTIUS.

40. ALIUD.

Inscriptio tertii Hermæ.

Mœnibus Iliacis hac vectus ab urbe Menestheus
intulit Atridas arma secuta duos :
quem, quoties caluit ferri certamen, Homerus
in ducibus Danais eminuisse refert.
Non igitur nova res, quod nomen habetis Athenæ,
sive animi Mavors, seu simul artis eget.

H. GROTIUS.

41. ALIUD.

Lancea cum Spartæ regnaret, numine sortis
Xenocrates jussus ferre tropæa Jovi,
sprevit ab Eurota missos et scuta Laconis
hostica : Thebanis bellica palma venit.
Proclamat Leuctris partum virtute tropæum :
nos Epaminondæ non præivere pedes. E. EGGER.

43. ASTYDAMANTIS.

De se ipso.

O ego si illorum vixissem ætate, vel illi
mecum, quos celebres lingua diserta facit,
ut par sub vero concurrere judice possem :
nunc ætas illos liberat invidia. H. GROTIUS.

44. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἅλμα ποδῶν, δίσκου τε βολή, καὶ ἄκοντος ἐρωή,
καὶ δρόμος, ἠδὲ πάλη· μία δ' ἔπλετο πᾶσι τελευτή.

45. ΑΛΛΟ.

Νεβρὸς ἐὼν ἑάλων, ὅτ' ἐς Ἴλιον ἦν Ἀγαπήνωρ.

46. ΑΛΛΟ.

Ἡ πόλις] ἔστησ[έν με β]ροτ[οῖς] μνημεῖον ἀληθές,
πᾶσιν] σημαίνειν μέτρον ὁδοιπορίας·
ἔστιν γὰρ τ]ὸ μεταξὺ θεῶν πρὸς δώδεκα βωμὸν
. . . τεσσαράκοντ' ἐκ λιμένος στάδιοι.

47. ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ (?)

Εἰς Πλάτωνα.

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε Πλάτωνος,
ἀνδρός, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις·
ὃς μόνος ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἐναργῶς,
οἰκείῳ τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων,
ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίγνεται ἀνήρ·
οὐ νῦν δ' ἔστι λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτά ποτε.

48. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τόνδε ποτ' οὐχ ὁσίως παραβὰς μακάρων θέμιν ἁγνὴν
ἔκτεινεν Περσῶν τοξοφόρων βασιλεύς,
οὐ φανερῶς λόγχῃ φονίοις ἐν ἀγῶσι κρατήσας,
ἀλλ' ἀνδρὸς πίστει χρησάμενος δολίου.

49. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὸν Ἀριστοτέλην.

Φαιστίδος ἦν μητρὸς καὶ Νικομάχου γενετῆρος
τῶν Ἀσκληπιαδῶν, δῖος Ἀριστοτέλης.

50. ΑΡΧΕΛΑΟΥ.

Εἰς ὑμᾶς κροκόδειλον ἀποφθίμενον διαλύει,
σκορπίοι, ἡ πάντα ζωοθετοῦσα φύσις.

51. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐκ νέκυος ταύτην ἵππου γράψασθε γενέθλην,
σφῆκας· ἴδ' ἐξ οἵων οἷα τίθησι φύσις.

44. ANONYMI.

Saltus pedestris, discique jactus, et jaculi vibratio,
et cursus, et lucta : unus quidem fuit in omnibus ei finis.

45. ALIUD.

Hinnulus eram, et captus sum cum apud Ilium erat Agapenor.

46. ALIUD.

Civitas statuit me mortalibus monumentum certum,
quod omnibus significet mensuram itineris :
est enim spatium medium ad deorum duodecim aram
. . . . . . quadraginta ex portu stadia.

47. ARISTOTELIS (?)

In Platonem.

Aram Aristoteles fundavit hancce Platonis,
viri, quem laudare non malis fas est :
qui solus aut primus mortalium demonstravit luculenter
et privata vita et ratione scriptorum
bonum et felicem simul fieri virum :
non nunc autem est capere ulli ista unquam.

48. EJUSDEM.

Huncce olim non pie violata beatorum (*i. e.* deorum) fide pura,
occidit Persarum sagittiferorum rex,
non aperte hasta cum cruentis in certaminibus vicisset,
sed viri ope usus dolosi.

49. ANONYMI.

In Aristotelem.

Phæstide natus erat matre et Nicomacho genitore
ex stirpe Asclepiadarum, dius Aristoteles.

50. ARCHELAI.

In vos crocodilum mortuum dissolvit,
scorpii, omnibus vitam-infundens natura.

51. EJUSDEM.

E mortuo equo hanc scribite generationem,
vespas : ecce ex qualibus qualia efficiat natura.

---

45. ALIUD.

Hinnulus excipior solvente Agapenore Trojam.

ROM. AMAS.

47. ARISTOTELIS.

In ara Platoni sacra.

Magno, quemque nefas pravis laudare, Platoni
aram discipulus sacrat Aristoteles. H. GROTIUS.

48. EJUSDEM.

Hunc contra superûm decreta piûmque peremit
rex qui dat Persis jura sagittiferis.
Non superans hastis et aperto Marte, sed usus
astu spernentum fasque fidemque virum.

H. GROTIUS.

49. ANONYMI.

De Aristotele.

Nicomacho genitore satus, sed Phæstide matre
ex Asclepiadis summus Aristoteles.

H. GROT.

52. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πάντα δι' ἀλλήλων ὁ πολὺς σφραγίζεται αἰών·
ἀνδρὸς γὰρ κοίλης ἐκ μυελοῦ ῥάχεως
δεινὸς γίνετ' ὄφις, νέκυος δειλοῖο σαπέντος,
ὅς νέον ἐκ τούτου πνεῦμα λάβῃ τέραος,
τεθνεότος ζωὴν ἕλκων φύσιν· εἰ δὲ τόδ' ἐστὶν,
οὐ θαῦμα βλαστεῖν τὸν διφυῆ Κέκροπα.

53. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς εἰκόνα Ἀλεξάνδρου.

Αὐδασοῦντι δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος εἰς Δία λεύσσων·
« Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι, Ζεῦ· σὺ δ' Ὄλυμπον ἔχε. »

54. ΑΛΛΟ.

α. Ἔπτηξαν βασιλῆες ἐμὸν δόρυ ἔθνεά τ' αὐτῶν
ὅσσα πέριξ γαίης Ὠκεανὸς νέμεται.

β. Εἰμὶ δ' ἀφ' Ἡρακλέους, Διὸς ἔκγονος, υἱὸς Φι-
Αἰακιδῶν γενεῆς, μητρὸς Ὀλυμπιάδος. [λίππου,

55. ΑΛΛΟ.

. . . .

Ὑσμίνην δεδάηκας ἀμετροβίων ἐλεφάντων·
Ἰνδοφόρων κρατεροὺς οὐ τρομέεις πολέμους.

56. ΑΡΚΕΣΙΛΑΟΥ.

Εἰς Ἄτταλον.

Πέργαμος οὐχ ὅπλοις κλεινὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵπποις,
πολλάκις αὐδᾶται Πῖσαν ἀνὰ ζαθέην.
Εἰ δὲ τὸν ἐκ Διόθεν θεμιτὸν θνατῷ νόον εἰπεῖν,
ἔσσεται εἰςαῦτις πολλὸν ἀοιδοτέρη.

57. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰςοράᾳς δείκηλον, ὅπως περὶ νῶτον ἀείρας
κριὸν ἀεξίκερων ἔμπνοον ἀχθοφορεῖ.
Πάτρων Νέου.

58. ΑΛΛΟ.

Ἐπὶ τῷ Δημοσθένους ἀνδριάντι.

Εἴπερ ἴσην ῥώμην γνώμῃ, Δημόσθενες, εἶχες,

52. EJUSDEM.

Omnia alia per alia multum notat ævum;
viri enim cavæ ex medulla dorsi-spinæ
dirus nascitur serpens, misero cadavere putrefacto,
quod novum spiritum ex hoc caperet prodigio,
e mortuo vitalem ducens naturam. Quod si hocce est,
non miraculum est crevisse gemina natura Ce-
[cropem.

53. ANONYMI.

In Alexandri effigiem.

Dicturo similis-est æneus ille in Jovem intuens:
« Terram submitto mihi, Jupiter: tu autem Olym-
[pum habe. »

54. ALIUD.

a. Timuere reges meam hastam, populique eorum
quotcunque Oceanus terram circumfluens tenet.

b. Sum ab Hercule, Jove natus, filius Philippi,
Æacidarum gentis, matris Olympiadis.

55. ALIUD.

. . . .

Pugnam didicisti elephantorum immensæ-vitæ
Indigerorum vehementia haud tremis bella.

56. ARCESILAI.

In Attalum.

Pergamus non armis inclita solum, sed et equis,
sæpe celebratur Pisam per divinam.
Quod si ex Jove fas est mortali mentem dicere,
erit et rursus multo magis decantata.

57. ANONYMI.

Vides simulacrum, quomodo circa dorsum suscep- [tum
arietem augentem-cornua spirantem, onus susti-
Patron Nei *filius.* [neat.

58. ALIUD.

In Demosthenis statuam.

Si par robur menti, Demosthenes, habuisses,

---

53. ANONYMI.

In Alexandri effigiem.

Æreus inspiciens divosque hominesque regentem
velle mihi est visus talia verba loqui:
« Magne, tene, Jupiter, neque enim prohibemus, [Olympum,
dum tellus toto pareat orbe mihi. »

PLUT. ED. DID.

56. ARCESILAI.

In Attalum.

Non armis tantum, sed equis quoque nomen adepta est
Pergamos: hoc Pisa teste probare licet.
Quod si fas homini Jovis almi prodere sensus,
illius posthac gloria major erit.

H. GROTIUS.

57. ANONYMI.

Cernis ut hic aries, crescunt cui cornua, vivum
spiret, et hunc humeris portet imago suis.

H. GROTIUS.

58. ALIUD.

In Demosthenis statuam.

Hic si quam recta tam forti mente fuisset,

οὔποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών.

59. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ.

Πάνθ' Ἡγησιάναξ τε καὶ Ἕρμιππος τὰ κατ' αἴθρην
τείρεα, καὶ πολλοὶ ταῦτα τὰ φαινόμενα
βίβλοις ἐγκατέθεντο· ἀποσκόπιοι δ' ἀφάμαρτον·
ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἄρητος ἔχει.

60. ΑΝΤΑΓΟΡΑ.

Εἰς Ἔρωτα.

Ἐν δοιῇ μοι θυμός, ὅ τοι γένος ἀμφίσβητον,
ἤ σε θεῶν τὸν πρῶτον ἀειγενέων, Ἔρος, εἴπω,
τῶν ὅσσους Ἔρεβός τε πάλαι βασιλειά τε παῖδας
γείνατο Νὺξ πελάγεσσιν ὑπ' εὐρέος Ὠκεανοῖο·
ἤ σέ γε Κύπριδος υἷα περίφρονος, ἠέ σε Γαίης,
ἢ Ἀνέμων· τοῖος σὺ κακὰ φρονέων ἀλάλησαι
ἀνθρώποις ἠδ' ἐσθλά, τὸ καὶ σέο σῶμα δίφυιον.

61. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Θεῖος Ὅμηρος ὅδ' ἐστίν, ὃς Ἑλλάδα τὴν μεγάλαυχον
πᾶσαν ἐκόσμησεν καλλιεπεῖ σοφίῃ,
ἔξοχα δ' Ἀργείους, οἳ τὴν θεοτείχεα Τροίην
ἤρειψαν, ποινὴν ἠυκόμου Ἑλένης·
οὗ χάριν ἔστησεν δῆμος μεγαλόπτολις αὐτὸν
ἐνθάδε, καὶ τιμαῖς ἀμφέπει ἀθανάτων.

62. ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ ΤΟΥ ΧΙΟΥ (?)

Ἐπὶ Ἀρκεσιλάου.

Πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν Πύρρων, μέσσος Διόδωρος.

63. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Κρεωφύλου πόνος εἰμί, δόμῳ ποτὲ θεῖον ἀοιδὸν
δεξαμένου· κλαίω δ' Εὔρυτον, ὅσσ' ἔπαθε,

nunquam Græcis imperasset Mars Macedo.

59. PTOLEMÆI.

Omnia Hegesianaxque et Hermippus per æthera
astra et multi hæc ipsa phænomena
in libris posuere; sed procul a meta aberraverunt:
verum argutæ-orationis sceptrum Aratus habet.

60. ANTAGORÆ.

In Amorem.

In dubio mihi animus *est* quodnam tibi genus am- [biguum,
utrum te deorum primum (*i. e* antiquissimum) æter- [norum, Amor, dicam,
eorum quotcunque Erebusque olim reginaque natos
peperit Nox sub pelago lati Oceani :
an te Cypridis filium prudentis, an te Telluris,
aut Ventorum : talis tu mala cogitans incertus es
hominibus aut bona, et tuum corpus biforme.

61. ANONYMI.

Divinus Homerus hicce est, qui Græciam fastosam
omnem ornavit pulcro-loquenti sapientia,
præcipue autem Argivos, qui muros-a-deo-exstru- [ctos habentem Trojam
everterunt, *in* ultionem pulcricomæ Helenæ :
cujus rei gratia statuit populus magnæ-civitatis eum
ibi, et honoribus prosequitur immortalium.

62. ARISTONIS CHII (?)

In Arcesilaum.

Ante Plato, pone Pyrrho, medius Diodorus.

63. CALLIMACHI.

Creophyli opus sum, qui domi olim divinum canto- [rem
accepit : defleo Eurytum, quotcunque passus est,

---

haud tibi, Mars Macedo, Græcia capta foret.

LEON. ARETIN.

59. PTOLEMÆI REGIS.

Quæ tempestatum rata signa Hegesianaxque
Hermippusque; alii, quæ rotat astra polus,
Inseruere libris : decepit sed labor omnes,
sceptrum deducto carmine Aratus habet.

H. GROTIUS.

60. ANTAGORÆ.

In Amorem.

In dubio est animus, fertur tibi quod genus anceps,
te divum in numero primumne, Cupido, reponam,
quos Erebusque senex et Nox regina profundis
Oceani, ut memorant, quondam genuere sub undis.
an Venere, an Ventis, an Terra te esse creatum
dicam : namque vagus mala tot mortalibus affers
totque bona : hinc corpus tribuit natura biforme.

HENR. STEPH

61. ANONYMI.

Argivorum de Homero.

Magnus Homerus hic est, cujus sapiente camœna
splendida perpetuum Græcia nomen habet;
Argi præcipue, quorum vi diruta propter
Tyndarin, illa deis condita, Troja jacet.
Atque ob id æquantes illum cœlestibus urbis
eximiæ cives hoc posuere loco. H. GROTIUS.

63. CALLIMACHI.

Illius Samii, cujus fuit hospes Homerus,
sum labor; ærumnas, Euryte, ploro tuas,

καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν. Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

et flavam Ioliam. Homereum autem vocor
scriptum : Creophylo, o bone Jupiter, id sane [magnum.

64. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὔπω Σκέλμιος ἔργον ἐύξοον, ἀλλ' ἐπὶ τεθμὸν
δηναιὸν γλυφάνων ἄξοος ἦσθα σανίς.
Ὧδε γὰρ ἱδρύοντο θεοὺς τότε· καὶ γὰρ Ἀθήνης
ἐν Λίνδῳ Δαναὸς λᾶαν ἔθηκεν ἕδος.

64. EJUSDEM.

Nondum Scelmidis opus bene politum, sed more
antiquo scalpis non-politus eras asser.
Sic enim tunc deos statuebant : quippe et Minervæ
Lindi Danaus lapidem posuit pro statua.

65. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τίμων μισάνθρωπος ἐσοικέω· ἀλλὰ πάρελθε. —
Οἰμώζειν εἶπας πολλά; — Πάρελθε μόνον.

65. EJUSDEM.

Timon osor-hominum hîc habito : sed præterito. —
Lamentari eum precatus multa? — Præteri modo.

66. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

. . . .
Ἄρνες τοι, φίλε κοῦρε, συνήλικες, ἄρνες ἑταῖροι
ἔσκον· ἐνήριθμοι δ' αὔλια καὶ βοτάναι.

66. EJUSDEM.

. . . .
Agni tibi, dilecte puer, æquales, agni socii
erant : in-numeroque caulæ et herbæ.

67. ΗΔΥΛΟΥ.

Ζωροπόται, καὶ τοῦτο φιλοζεφύρου κατὰ νηὸν
τὸ ῥυτὸν αἰδοίης δεῦτ' ἴδετ' Ἀρσινόης,
ὀρχηστὴν βήσαν Αἰγύπτιον, ὃς λιγὺν ἦχον
σαλπίζει, κρουνοῦ πρὸς ῥύσιν οἰγομένου,
οὐ πολέμου σύνθημα, διὰ χρυσέου δὲ γεγωνεῖ
κώδωνος κώμου σύνθεμα καὶ θαλίης,
Νεῖλος ὁποῖον ἄναξ μύσταις φίλον ἱεραγωγοῖς
εὗρε μέλος θείων πάτριον ἐξ ὑδάτων.
Ἀλλ' εἰ Κτησιβίου σοφὸν εὕρεμα τίετε τοῦτο,
δεῦτε, νέοι, νηῷ τῷδε παρ' Ἀρσινόης.

67. HEDYLI.

Meri-bibaces, et hoc in templo *deæ* quæ amat Ze- [phyrum,
poculum venerandæ huc-adeste visuri Arsinoæ,
saltatorem besam Ægyptium, qui arguto sono
buccinat, scatebra ad fluxum se se aperiente,
non belli signum, per aureum autem clamat
orificium lasciviæ signum et convivii,
quale Nilus rex mystis amicum sacrorum-interpre- [tibus
reperit melos patrium divinis ex aquis.
Sed si Ctesibii callidum inventum æstimatis hocce,
huc-adeste, juvenes, templum in hocce Arsinoæ.

68. ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ.

Οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρα
ἔλθῃ· κυμαίνει δ' οἷα Λίβυσσαν ἅλα
βορρᾶς ἠὲ νότος· τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει
βυσσόθεν, ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον.

68. ERATOSTHENIS.

Vinum igni æqualem vim habet; ubi hominem
subierit, conturbat quidem ceu Libycum mare
CXCVIII. Bandin. *Catal.* t. II, p. 46, Cod. XIV s. in fine Æschyli *Electræ;* et est etiam idem epigr. apud eundem, *ibid.* col. 201, cum hoc lemmate : Στίχοι εἰς τὴν ἔννοιαν τοῦ [τὰ] τῆς Ἠλέκτρας δράματος ἐμπεριέχοντος.—Vs. 5. libentius legerem ἐθάμβει, *stupuit,* sive ἔπαλλεν, *intremuit.* Cf. Æsch. *Choeph.* 1516 sq. et 1523 sqq. Φέρουσι γὰρ νικώμενον κ. τ. λ. — Ὡς ὀνείροις κ. τ. λ. pertinet ad vs. ejusdem fab. 929 : Ἦ κάρτα μάντις οὐξ ὀνειράτων φόβος. — Vs. 7. Legendum ἀστεργὲς et vertendum : omisit tristem luctum, *inamabiles* lacrimas.

CXCIX. Bandin. *Catal.* T. II, col. 202, cod. XL : quarti decimi sec. Edidit etiam Piccolus in *Supplém. à l'Anthol.*, p. 139, ex Krameri *Anecd. Paris.* p. 309, qui ex suo cod. scripserat vs. 2 : χιρνᾷ Σοφόκλεις. Veram lectionem quam Bandinius exhibuerat ex conjectura proposuit Boissonadius. — Vs. 2. Notissima hæc similitudo ex Lucret. I, 935 sqq., et IV, 11 sqq. quem imitatus est Torq. Tassus, *Hierosol. liber.* I, st. 3. Cf. Quintil. III, 1. — In usu fuisse hoc remedium constat ex Plin. XXVII, 7, 28.

CC. Piccol. ex Flor. cod. 9, p. 117 b. *ibid.* p. 198. Vs. 1. Ludit poeta in nomine Sophoclis, ἐν σοφοῖς κλέος.

CCI. Bandin. *ib.* p. 85, in fin. ms. tres Sophoclis tragœdias continentis, xv s.— Vs. 3. Ludit poeta in similitudinem vocabulorum αἰαγμάτων et Αἴας.

CCII. Cramer. *ibid.* p. 284. — Vs. 6. Scripsit δεκὰς τελεία τῶν κ.τ. λ. sine interpunctione.

CCIII. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 472, e cod. 1630, p. 134, 2. Dedit et Cramer. *Anecd. Paris.* p. 282, cum lemmate Εἰς τοὺς φιλοσόφους, unde Piccolus, *Suppl. à l'Anthol.*, p. 131. — Vs. 1. Cod. οἶοι et οἶοι; conjic. Piccol. οἷα. — Vss. 3 et 4, alluditur nominibus propriis trium philosophorum; quod ludi genus non transferri potuit. Cf. infr. n. 205. Πλάτων ὁ κλεινὸς κ. τ. λ. — Vs. 3, πᾶσι Cramer.

CCIV. Cramer. *Anecd. Paris.* p. 281, t. IV, et Piccol. *Suppl. à l'Anthol.*, p. 130.

CCV. Cramer. et Piccol. loc. citt. Alludit poeta nomini Platonis quod derivatum est e verbo πλατὺς, *latus;* frigidum, insulsumque facetiarum genus quæsitum fuisse vel meliori ætate videtur, quum apud Plin. *Epist.* I, 10, legatur de Euphrate philosopho, Platonicam illam sublimitatem et *latitudinem,* etc. — Cf. supr. n. 203.

CCVI. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 326, Piccol. *Suppl. à l'Anthol.*, p. 149; hic commata posuit post γλῶσσα et νοῦς; illius textum restituimus.

CCVII. Ex Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 325, Piccol., *Suppl. à l'Anthol.*, p. 147 sq. E Xenoph. *De re equest.* cap. 1 sumptum. Ad bellatorem equum modo spectat Xenophontis descriptio. — Vss. 2-3. Xenoph. : Πόδας δ' ἂν τις δοκιμάζοι, πρῶτον μὲν τοὺς ὄνυχας σκοπῶν. Οἱ γὰρ παχεῖς πολὺ τῶν λεπτῶν διαφέρουσιν εἰς εὐποδίαν... Id. pro ἠρμένην habet ὑψηλαί, et pro ψοφουμένην, magis poetice locutus quam qui poetam agit ille noster, ὥσπερ γὰρ κύμβαλον, dixit, ψοφεῖ πρὸς τῷ δαπέδῳ ἡ κοίλη ὁπλή.— Cf. Polluc. I,2,et Molièr., *Fâcheux,* III, 1 : Des pieds, morbleu, des pieds!... Satis notum equos dici *sonipedes.* — Vss. 4-6. Xenoph. *ib. :* Δεῖ τοίνυν καὶ τὰ ἀνωτέρω μὲν τῶν ὁπλῶν, κατωτέρω δὲ τῶν κυνηπόδων, ὀστᾶ μήτε ἄγαν ὀρθὰ εἶναι..... οὐδὲ μὴν ἄγαν ταπεινὰ κ. τ. λ. — Vss. 7 sqq. Xenoph. *ib.* : Τῶν γε μὴν κνημῶν τὰ ὀστᾶ παχέα χρὴ εἶναι..... οὐ μέντοι φλεψί γε οὐδὲ σαρξὶ παχείαις. (Cf. Polluc. *ib.* κνήμας ἀσάρκους). — Vs. 10. Xenoph. : Καὶ μὴν στέρνα, πλατύτερα ὄντα..... καὶ πρὸς τὸ μὴ ἐπαλλὰξ, ἀλλὰ διὰ πολλοῦ τὰ σκέλη φέρειν εὐφυέστερα. — Vss. 11-12, Xenoph. : Ἀπό γε μὴν τοῦ στέρνου ὁ μὲν αὐχὴν αὐτοῦ μὴ ὥσπερ κάπρου προπετὴς πεφύκοι, ἀλλ' ὥσπερ ἀλεκτρυόνος ὀρθὸς πρὸς τὴν κορυφὴν ἥκοι. Cf. Polluc. *ibid.* Molièr. *ibid. :* L'encolure d'un cygne, effilée et bien droite. — Vs. 13, Xenoph. ἡ δὲ κεφαλὴ ὀστώδης οὖσα μικρὰν (non μακρὰν, ut est vitiose ap. Athen. *Deipnos.* III, p. 94, F.) σιαγόνα ἔχοι. — Vs. 14. ὑγροκαμπὴς verbum quod lexicis et ipsi *Thesauro* deest, finxit, ut verisimile est, poeta noster e duobus verbis quæ bis Xenophon l. c. simul et apte usurpavit : ὁ πῶλος ὑγρῶς κάμπτῃ..... Πάντες..... ὑγροτέρως κάμπτουσιν.— Vs. 15. Idem l. c. Τὸ ἐξόφθαλμον εἶναι ἐγρηγορὸς μᾶλλον φαίνεται τοῦ κοιλοφθάλμου, καὶ ἐπὶ πλεῖον δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ὁρῴη. — Vs. 16. Xenoph. : μυκτῆρες... ἀναπεπταμένοι. — Vss. 16-17 : Xenoph. *ibid.*; Molièr. l. c. :

> Une croupe en largeur à nulle autre pareille,
> et des gigots, Dieu sait!

— Vs. 18. Xenoph. *ibid.* : ... οὕτω καὶ τὰ ὄπισθεν σκέλη διὰ πολλοῦ ὑποθήσει. Cf. Polluc. l. c. qui equum describit ex Simone quodam, viro equestris rei perito, quem Xenophon ipse secutus est. — Particulam δὲ inseruit Piccolus, quam postulabat metrum.

CCVIII. Ex Cramer. *Anecd. Paris.* t. IV, p. 281, et Piccol. *Supplém. à l'Anthol.*, p. 130. — Cf. infr. n. 213 β', Ἔγνωμεν ὄντως, vss. 7 et 8.

CCIX. Bandin. *Catal. etc.* T. III, p. 4. Ex codice XIII sec. inter alia, *Ammonii Philosophi in Decem Aristotelis prædicamenta Commentarium* continente, ubi « in fine Aristotelis textus hoc legitur in ipsius *Prædicamentorum* laudem tetrastichon elegiacum. » *Bandin.*, cujus latina versio est.

CCX. Bandin. *Catal.*, t. II, col. 386 sq. Sequuntur hi versus tractatum Ἀριστοτέλους Περὶ παντὸς κόσμου πρὸς Ἀλέξανδρον βασιλέα, cod. XVI sec.

CCXI. Edidit Ald. Manutius in fronte *Organi* Aristotelis, edit. princ. 1495; repetiit v. doctiss. et litterarum optime meritus Ambr. Firm. Didot, in egregio libro *Alde Manuce et l'Hellénisme à Venise,* p. 69, not. 1 : « En tête du vol. (l'*Organon* de 1495), sont trois épigrammes en vers grecs sur l'*Organon* d'Aristote. La première, qui est ancienne, est d'un *anonyme.* Elle dit que « ce livre est celui de l'esprit et de la raison humaine; comparable au feu, il illumine la vérité et consume l'erreur. »

CCXII. Eustratii Metropolitæ Nicæni *Commentario in secund. posterior. Analyt.* præfixum hoc epigramma edidit Fabric. *Bibl. gr.*, t. III, ed. Harles, p. 493 (Cf. *ibid.* p. 264 sq. not.). — Vid. Th. Buhle, *De Interpr. gr. Aristot.* p. 299. — Vs. 2 edidit Fabr.-Harl. ἀσταφείης.

CCXIII. Bandin. *Catal. etc.* T. III, p. 29, in cod. XII sec. varia Aristotelis opera quæ *Organon* dicuntur et schol. habente. « Clauditur volumen duobus carminibus in laudem *Organi* Aristotelici. »

CCXIV. Post exegesin Pediasimi in Theocriti Syringem, a Gail. editam, *Philol.* 1828, T. II, p. 441. — Sequitur ejusdem Holoboli in Theocriti Syringem metrorum synopsis.

De Holobolo vid. supra dictæ synopseos titulum, atque Hasii *Notice des mss.* t. IX.

CCXV. Bandin. *Catal. etc.* T. III, p. 17. cod. 32, sec. XIV. In fine ms. *Enarrationis Ammonii in quinque voces.*

CCXVI. Bandin. *Catal. etc.* T. III, p. 12 in cod. sec. XV S. Joann. Damasceni opera dialectica continente. — Vss. 4 sqq. Vide Porphyr. *Isagog.* c. 2. — Vs. 7. Vid. Aristot. *Categ.* c. 1. init.; Cf. *ibid.* c. 3, § 15.

CCXVII. Bandin. *Catalog. etc.* T. III, p. 2. Ex codic. XIV sec. Simplicii Commentaria in decem Prædicamenta Aristotelis habente. In calce libri hoc epigramma est, quod transtulit ipse Bandinius.

CCXVIII. Bandin. *Cod. gr. catal.* T. II, p. 44, in codice XIV s. Dionysii *Terræ habitabilis Descript.* et Æschyli ac Sophoclis Tragœdias continente, sub *Prometh. relig.* finem. Dedimus e cod. Bibl. publ. Paris. n. 2793, schol. in *Prometh.* Æschyli habente. Affertur hoc epigramma in vs. 1080 : Καὶ μὴν ἔργων κοὐκέτι. — Hic paucissimis verbis repetuntur quæ apud veteres vulgata sunt de causis Ætnæ eruptionum. Vid. imprimis Corn. Sever. *Ætna,* 175 sqq..

Justin. IV, I, 5-11, etc. — Vs. 4. Cod. Flor. ἐκρέων. — Vs. 5. Cod. Par. ἐκπεσεῖν. — Vs. 6. Codd. Fl. et Par. πεπληρωμένης. — Vs. 7. Flor. βίᾳ. — Vs. 8. Bandin. σίραγξι quod verisimile est librarii ἰωταχίζοντος culpa esse factum; cod. Paris. σήγαγξιν.

CCXIX. Bandin. *Catal.* T. II, p. 642 sq. ex cod. sec. XIV, Josephi *Antiquit. Judaic.* XX libr. habente; in fine libri. Bandinii versionem dedimus. — Vs. 1. Band. τοῖς φιλιστόροις,

CCXX. Versio est Bandinii qui hoc epigrammation exhibuit in *Catalog. etc.* T. II, p. 627. — Cf. infr. Michaelis cujusdam epigr. 275 Ὦ φρὴν μία πόσων...

CCXXI. Bandin. *Catal. etc.* T. II, p. 612. ex cod. XIV sec., in calce libri primi Hermogenis *De formis oratoriis*. Transtulit Bandinius.

CCXXII. Bandin. *Catal. etc.* T. II, p. 469, cum hoc titulo prorsus falso nequaquam ad rem quadrante : Πολυδεύκους ἔπη εἰς Κόμοδον (sic) τὸν βασιλέα. Codex Ὀνομαστικὸν continens XV sec. est; operis fronti præpositum est epigramma. Pollucem alloquitur poeta. — Vs. 3. ηὔλησα non ab αὐλέω, sed ab αὐλάω quod a vocabulo αὐλή, *area*, deductum pro comperto habeo. (Cf. Hor. *Od.* I, quidquid Libycis verritur *areis*); αὐλᾶν, omnibus lexicis omissum, idem valet ac nostrum verbum *engranger;* quod suspicabatur Bandinius vertens « lætus *collegi.* » — Vs. 5. Bandin. εὕρημα, quod vix intelligitur.

CCXXIII. Bandin. *Catal. etc.* T. II, p. 470, in fine cod. XV sec. Pollucis *Onomasticon* continentis. Ipsius editoris versio est, duobus tribusve locis emendata.

CCXXIV. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 472, e cod. Bibl. Publ. Paris. 1310, p. 216, 2. cum hoc lemmate : Ὅτι τοῦ Λουκιανοῦ μαΐστωρ ἦν ὁ Ἀριστοφάνης. Lemma quod dedimus Boissonadii esse videtur.

CCXXV. E Crameri *Anecd. Paris.* t. IV, p. 312, Piccolus repetiit in *Supplém. à l'Anthol.*, p. 140. — Vs. 3. Conjiciebat Piccolus ὡς πρὸς τά. Nihil mutavi nisi interpunctiones : scriptum erat ᾠδαῖς ἐμφύτοις, ὡς πρὶν τὰ καινὰ κ. τ. λ. — Vs. 4. Pro verbis σὰ τὰ ubi geminatum τὰ vix tolerari potest, scripsi τοῦ : quidquid id est, poeta misera verborum μέλη et μέλιτος cavillatione indigne corrupit Homeri versum, *Iliad.* A, 249 : τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. — Cf. infr. epigr. n. 227 : Εἰς τὸν Λιβάνιον.

CCXXVI. E Crameri *Anecd. Paris.* t. IV, p. 312, Piccolus, *Supplém. à l'Anthol.*, p. 140, uterque sine lemmate. — Vs. 1. Meminit fortasse poeta Vulcanum cecidisse in insulam Lemnum (Hom. *Iliad.* A, 593) unde mirum, ut sibi finxit, peteret antitheton.

CCXXVII. E Crameri *Anecd. Paris.* t. IV, p. 312, Piccolus, *Supplém. à l'Anthol.*, p. 140. — Vs. 2. Cf. supr. n. 225. Εἰς Φιλόστρατον Λήμνιον. — In similitudine vocabulorum Λιβάνιε, λιβάς lusus est, ut moris ea ætate est, frigidior.

CCXXVIII. E Crameri *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 315, Piccol. *Suppl. à l'Anthol.*, p. 143. — Vs. 3. Cramerus sic interpunxit, quod mutare velit Piccolus posito inter κάλλος et γῆς commate.

CCXXIX. E Crameri *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 315, Piccol. *Suppl. à l'Anthol.*, p. 144. — Hæc Bithyniæ Nicæa est de qua vid. Strab. XII, 4, 7. — Vs. 3. λίμνη, Ascanius lacus, Strab. *ibid.*; Plin. V, XLIII. — Vs. 4. Nicææ prius nomen fuerat Olbia. Plin. *ibid.* — Νίκαια — νικῶσα verborum lusus.

CCXXX. E Crameri *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 315, Piccol., *Supplém. à l'Anthol.*, p. 144. — Vs. 2. Πραινεστός, sic cod.; sic Græce dicitur (Strab. V, 3, 10, 11), latine Præneste. — Parum apud veteres celebrantur Prænestinæ oleæ. Lemma addidi ex præced. epigr.

CCXXXI-CCXXXII. Bandin. *Catal. etc.* in cod. XV sec. ante Galeni *De medicam. composit. secundum loca* libr. X, « prævio capitum singulorum librorum indice satis accurato ac duplici hocce exscriptoris epigrammate in Galeni simul, ac præmissi indicis commendationem. » Hæc Bandinius, cujus versio est.

CCXXXIII. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 473, ex cod. 1630, p. 134, 2; Cramer, *Anecd. Paris.* p. 284, et inde Piccolus, *Supplém. à l'Anthol.*, p. 132, cum sex versibus huic disticho subjectis, quos haud absurde, ut ex Boissonadii editione apparet, arbitratus est Piccolus ad alterum *in Iamblichum* epigramma pertinere. Vide sub n. 235. — Vs. 2. Πορφύρεον, πορφυροῦν, μέλαν, Hesych. — Πορφύριος, πορφυροῦν, simili superioribus epigrammatibus verborum lusu.

CCXXXIV. Bandinii *Catal.* t. II, p. 117, in fine codicis habentis « Ammonii philos. *In quinque Porphyrii voces Comment.*, et aliquot tabulas divisionem substantiæ et alia exhibentes. »

CCXXXV. Cramer. *Anecd. Paris.* p. 284, et inde Piccolus, *Suppl. à l'Anthol.* p. 132. In cod. Crameri hoc epigr. subjectum fuit disticho cuidam de Porphyrio, quod supra dedimus, n. 233 : Ὁ Πορφύριος... Recte vidit Piccol. duo diversa esse epigrammata, quæ librarii negligentia in unum coacta erant. — Vs. 5. Cramer. Ἐλ. τὸν ἄνδρα ὁ μήπω λέγων. Quod sensu carebat; correxit Piccolus. — Vid. sequens epigramma.

CCXXXVI. Ex Crameri *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 318, Piccol. *Supplém. à l'Anthol.* p. 146. — Vss. 3-4, Innuit hunc, ut opinor, Iamblichi locum in *Protreptico*, XIV : ἡ δὲ (τοῦ φιλοσόφου) διάνοια... πανταχῇ φέρεται κατὰ Πίνδαρον, τά τε γᾶς ὕπερθε καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὑπὲρ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶσαν παντᾶ φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἰς τι τῶν ἐγγὺς οὐδὲν ἑαυτὴν συγκαθιεῖσα. — Vid. supr. epigr. 235.

CCXXXVII E cod. Bibl. publ. Paris. 1810, p. 93, ad calcem Commentarii Hermiæ in Platonis *Phædrum* edidit Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 471 sq.; addidit lemma. — Vs. 1 et 2. cod. μνημονεύσας, τρίτον, reposui μνημονευτὸς (conjiciebam et μνημονευθεὶς) et τρίτος ut constaret sensus.

CCXXXVIII E Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 319, Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 146.

CCXXXIX. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 477 sq., ex codic. 1630, p. 76, 2. Jam dederat Bandinius *Catal. etc.*, p. 338 sqq. in XV seculi cod. XIV astronomica et geomantica varia continente, post opus cui titulus est : Ἀρχὴ τῶν τοῦ Λαξευτηρίου κρίσεων

ἐν ὀνόματι Κυρίου. Vs. 1. Bandin., ἀρχὴ τοῦ χρόνου; χρόνος hic est annus. — Vs. 2. Bandin., Ὁ δέ γε Ταῦρος ὁ οἶστρος Ἀφροδίτης. — Vs. 3, Id. ζώων δὲ ζεῦξίς ἐστιν.—Vs. 4. Id. Καρκ. δ' ἐστὶ φωσφ. δ' ὀπ.— Cf. *Anth. lat.* lib. V, epigr. XL : Æstifer est pandens ferventia sidera Cancer (Burm. Cancri). — Vs. 5. Id. Λέων δὲ θερμὸς ἐκπ. Q. Cicer. in *Anth. lat.* ib. XLI : Languificusque Leo proflat ferus ore calores. — Vs. 7. Id. *ibid.*, æquatque diurna — tempora nocturnis dispenso sidere Libra. — Vs. 8. ὁ Σκορπίος σκορπισμός, verborum lusus. — Vs. 10. Significare videtur poeta hiemali tempore agricolam secure ac quiete vivere, — Vs. 11. Germanicus ex Arat. *Prognost.* II, 159, sq.: Frigidus at rapidis horrebit Aquarius Euris — brumalesque dabit pluvias. Q. Cicer. loc. citat. ... nebulas rotans liquor altus Aquari.

CCXL E cod. reg. 1630, p. 114, 2. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 456 sq. — Vs. 6, cod. « συμπαρατεταμένην. Permutari participia τεταγμένος et τεταμένος ostendi *ad Marinum* et *in Notit. mss.* t. XI, II, p. 63. » — Vs. 9. Cod. νεάνις τριάκοντα ἐπτ. Correxit Boisson. — Vs. 16, θάνοι. « Relinquam poetastro suum vel librarii solœcismum. » *Boiss.* — Cf. Solonis de re eadem carmen supr. n. 5, et infr. n. 254. Pisidis versiculos.

CCXLI Edid. Millerus in *Catal. cod. mss. Scorial.* p. 47. — Intexti sunt versus in quibus ridiculo quodam nisu et lusu sic digesta atque implicata sunt res et verba ut unius quodque ad alterius sensu referatur verbum, ut in hocce nostro disticho voci θάρσος respondet sequentis versus δειλῶν, etc., hac ratione : Σὺ θάρσος δειλῶν, ἥβη γερόντων, δύναμις ἀσθενῶν, κ. τ. λ. — Cf. Pentadii *in Virgilium* epigr. in *Anthol. lat.* II, CCIII :

Pastor, arator, eques, pavi, colui, superavi
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

Quod rarius apud nos tentatum est, lingua tales nugas non patiente; exemplum tamen habemus in epigrammate Marollii quod Ovidii imagini adscripsit :

A Sulmone, à la cour, au rivage Pontin,
Je naquis, je vequis, je finis mon destin.....

CCLXII. E Crameri *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 328, Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 149. — Vs. 2. addidit καὶ Piccolus.

CCXLIII. E Crameri *Anecd. etc.*, *ib.* p. 329. Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p, 150. — Vs. 4. Animadvertit Piccolus ὡς ἄν infimæ esse Græcitatis pro ὡς εἰ ou ὡσεί. Alludit poeta duplici verbi Θέων sensui, quod et philosophi nomen est, et, ut participium verbi θέειν, « currens » significat.

CCXLIV. Ex Meibomio emendatum hoc epigramma dedit Fabricius (edit. Harl. t. III, p. 643 sq.) — Vs. 1. Bacchius, Βακχεῖος, musicus Aristoxenius dicitur ante Aristidem Quinctilianum vixisse. — Vs. 2. Dionysius ille musicus est qui Constantino Magno imperante floruit.

CCXLV. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 285, Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 132, — Vs. 1. Cramer. ποθέων; emendavit Piccolus. — Vs. 2. latiore quam quo solet sensu accipi hic videtur Οὐρανίη, et eadem esse hæc musa quam invocat (*Parad. lost.* b. VII init.) egregius poeta Milton. : The meaning, not the name, I call : for thou — nor of the Muses nine..... but, heavenly-born..... — thou with eternal wisdom didst converse, — wisdom thy sister, etc.

CCLXVI. Ex Cramer. *Anecd. Paris.* t. IV, p. 296, Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 136.

CCLXVII. Cramer. *Anecd. Paris.* t. IV, p. 296; Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 135 sq. — Vs. 1. ἀρθῇ elliptice pro ἀρθῇ ἐκ μέσου, ut apud Plutarch. *De san. tuend.* 127, ἀρθεῖσα τράπεζα, *sublata mensa.* — Vs. 2. Vid. supr. epigr. 246, vs. 4.

CCXLVIII. Cramer. l. c. p. 326 et Piccol. l. c. p. 148. — Vs. 2. Cod. habet ἀπίν^ς, unde eruit Cramerus ἀπινης (*sic*); ἀπινὴς ne, id est *sordibus purgatus?* quod quid velit non satis patet. Sed probabilius, ut conjecit Boissonadius (*Thesaur. ling. gr.* s. v.), ἀπινης (ita enim scribendum) est pro ἐξαπίνης, et audacius id mutavit Piccolus in ἀφανής.

CCXLIX. Cram. *Anecd. Paris.* t. IV, p. 282; inde Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 131. — Vs. 4. Cramer. ἐδήλου μακέτις γῆ, τί Σκύθαις. — Vss. 5 et 6. Idem ὁππότ' ἄν — — βλέπεις; Piccoli sunt emendationes.

CCL. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 297; inde Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 136. Vs. 1. παντταίνετος, nom. commune lexicis deest. — Vss. 2-3, Cramer. ὦ νέκταρ, οὐχ ὅ τ. θ. Γανν. | κιρνᾷ νέος τις, ὧδ... Correxit Piccol. qui se novum scribendi modum Γαννυμίδης et γάννυνται poetæ imputare prædicat, versumque quartum pessimo exemplo a Christiano dictum arbitratur. Ceterum frigidis facetiis scatet hocce poemation : Πραϊνεστοῦ, παντταινέτου, Γαννυμίδης, γάννυνται; Κυρίου, Κυριώτου, etc.

CCLI. E. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 332, Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 151. — Vs. 2. Fortasse legendum λαμπάδ' οὐ κρινῶ. *Piccol.* Qua ratione? — Vs. 4. Cramer μὴ βλέπω (?). — Simili fere sed naturæ propiore affectu cecinit J.-J. Rousseau :

Hélas! si je passe
un jour sans te voir,
je cherche ta trace
dans mon désespoir.
Quand je t'ai perdue,
je reste à pleurer;
mon âme éperdue
est près d'expirer.

CCLII. Cramer et Piccol. locc. cit. ille vs. 1. Τί κόσμος, εἰπέ, δ. ἡ σφενδόνη; hic, Τί κόσμος, εἰπέ· δακτ. ἡ σφενδόνη, — ἢ μᾶλλον κ. τ. λ.

CCLIII. Cramer. et Piccol. locc. cit. eadem scriptura usi sunt.

CCLIV. E cod. 1310 p. 63, 2, Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 457. — Vs. 4. Cod. πέλοι. — Cf. supr. n. 5 egregiam Solonis descriptionem : Παῖς μὲν, ἄνηβος... Cf. et Hippocrat. inter Philonis Judæi *fragm.* p. 1199 : Ἐν ἀνθρώπου φύσει ἑπτά εἰσιν ὧραι, ἃς ἡλικίας καλέουσι, παιδίον, παῖς, μειράκιον, νεανίσκος, ἀνὴρ, πρεσβύτης, γέρων. Καὶ παιδίον μέν ἐστιν ἄχρις ἑπτὰ ἐτῶν, ὀδόντων ἐκβολῆς· παῖς δ' ἄχρι γονῆς ἐκ φύσιος, εἰς τὰ δὶς ἑπτά· μειράκιον δ' ἄχρι γενείου λαχνώσιος, εἰς τὰ τρὶς ἑπτά· νεανίσκος δ' ἄχρις αὐξήσιος ὅλου σώματος, εἰς τὰ τετράκις ἑπτά· ἀνὴρ δ' ἄχρις ἑνὸς δέοντος πεντήκοντα, εἰς τὰ ἑπτάκις ἑπτά· πρεσβύτης δ' ἄχρι πεντήκοντα ἕξ, εἰς τὰ ἑπτάκις ὀκτώ· τὸ δ' ἐντεῦθεν, γέρων. — Cf. et Anonymi jejunam descriptionem supr. n. 240.

CCLV. Edidit Matranga, *Anecd. gr.* p. 559, unde repetiit Piccolus, *Supplém. à l'Anthol.* p. 203 sqq. Interpunctiones mutavi. Scripserat editor vs. 2, ἔραμαι·, scripserat et ἄπο νῦν, quasi finxisset poeta ver-

bum ἀπέραμαι. — Vs. 4. Matrang. ὅς με γάλακτι ἔθρεψεν θείων ναμάτων. « Sic omnino habet codex et quidem valde mendose, nam frustra his verbis pentametrum effinges. » Correxi ἔτρεφεν, θειοτέρων (conjeceram et δαιμονίων et θεσπεσίων) μαθέων. Piccolus, τρέφει θειοτελῶν, qui subjicit : « Il reste toujours la faute de prosodie pour la première syllabe de ναμάτων, mais c'est là une peccadille qu'il est convenu de passer aux poëtes byzantins ». Nos autem, ni fallimur, mendum inesse et verbo ναμάτων credimus, quod cum verbo γάλακτι fere sensu caret. Quid est enim *lac fontium* aut *laticum*?

CCLVI. Ediderunt e codd. Bibl. Publ. Paris. 2720 Boissonnad., (*Anecd. gr.* t. II, p. 410 β'). Laurent. Florent. 29, plut. 53, p. 160 *b*. Piccolus (*Suppl. à l'Anthol.* p. 211), repetimus nos ex cod. Paris. ejusd. Bibl. n. 1773, f° 265, r°. — Cod. Boissonad. hoc et sequens fragm. Leoni philosopho tribuit, sed in Florentino et in nostro nulla ejus generis mentio est. — Vs. 3. « Homerum imitatur, qui dixit Il. I, 447 : Οἷον ὅτε πρῶτον Ἑλλάδα καλλιγύναικα. Ex hoc versu et sequente discimus Leonem philosophum, qui vulgo Byzantius dicitur, sic fuisse dictum ex commemoratione ac diuturna apud Byzantios habitatione, non ex nascendi conditione. » *Boiss.* — vs. 7. Cod. nost. βασιλεῦσι.

CCLVII. Boissonad. e cod. Paris. Bibl. Publ. 2720, p. 11. (*Anecd. gr.* t. II, p. 470 γ'), Piccol. e cod. Flor., Bibl. Laur. 29, plut. 53, p. 161 (*Suppl. à l'Anthol. ib.*). Damus ex cod. Paris. ejusd. Bibl. n. 1773. f° 265 r°. — Vs. 1. Omnes codd. ἀπηνθησάμην, emendavit Boissonad. ἀπηνθίσαμεν; Piccol. ἀπηνθισάμην. — Vs. 2. Lilia, λείρια, hîc sunt pro quolibet genere florum. — In nostro cod. sicut in Florentino his versibus subscriptum est distichon Luciani Τοῖσι μὲν εὖ πράττουσι κ. τ. λ., quod in *Anthol. pal.* est (X,28).

CCLVIII. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 285 sq. Cum tenuissimis his versibus confer nobilem Lucan. II, 272 locum...

Nubes excedit Olympus
lege Deum : minimas rerum discordia turbat;
pacem summa tenent.

CCLIX. Repertam in *Eubœa* atque e lapide transcriptam in cod. ms. Chrysanthis Notaræ Hierosolymorum patriarchæ, qui exstat Constantinopoli in bibl. Metochii sancti Sepulcri, hanc inscriptionem edidit *Pandora*, a. 1864-5, n. 340, p. 92. Pertinet ad viam arte summa factam per locos et montibus et paludibus difficiles. — Vs. 1. Simile aliquid habet Theophyl. *Epist.* 4, p. 30 : Ὁ δημιουργός..... αἰγιαλοῖς τὸ πελάγιον κεχαλίνωκε ῥεῖθρον *i.e* et littoribus pelagius *frenatur* fluctus. — Vs. 2. τὸ τὴν ἄστατον σάλον, absque sensu; legendum τοῦ τῆδε ἀστάτου σάλου. — Vs. 5. Πρωτοσπαθάριος, primus σωματοφυλάκων, abest lexicis, etiam *Thesauro*. Satis apparet legendum Ἑλλαδοκλέης, pro Ἑλλαδοκλέους quod editum est; nomen nusquam alibi repertum. — Dedit et hunc titulum Kirchhoff. *Corp. Insc. gr.* T. IV, p. 367, n. 8801, ex Rossii apographo. — Vs. 2. τρίβων. — Vs. 3-4. Ordine mutato, χερσῶν τὸ ῥεῖθρον καὶ [π] ε... ῶν, τέχνης βίᾳ ‖ τὸ κῦμα ῥευστὸν καὶ τὸν ἄστατον σάλον ‖ Vs 5. κλεινὸς Θεοφύλακτος οἰκείοις πόνοις. ‖ Vs. 6. : ὁ πρωτοσπαθάριος Ἑλλάδος κλέος.

CCLX. Bandin. *Catal.* t. II, p. 116. in fine pag. 167 ms. continentis, post multa alia, Anonymi *Dissertationem de Psalmorum ordine etc.* — Vs. 5. proprie simia, hîc nanus, pumilio, cæterum hæc omnia quasi ænigmatice dicta sunt, utpote ad quem vel ad quid pertineant haud facile videas.

CCLXI. *Heliopoli* Syriæ (Balbek). *Corp. Insc. gr.* T. IV, p. 315, n. 8667. — Vs. 5 dedimus ex lapide ne una quidem mutata littera; ut Θεοδό... sic ὁσίου secunda et quarta sede tribrachyn exhibet pro iambo, ut fieri solet in infimæ ætatis titulis.

CCLXII. *Mistræ* (Spartæ novæ) in lapide fontis. Edita est e Trezelii apographo in *Expédit. scientif. de Morée.* II, p. 79 sq. Repetiit Lebas *Inscript. gr. et lat.* 1837, p. 152 sq. Ex utroque dedit Kirchhoff. *Corp. Inscr. gr.* T. IV, p. 349, sq. n. 8762. — Vs. 1. κυρὰ χορῶν. Cf. Hom. *Od.* N. 412 : Σπάρτην ἐς καλλιγύναικα; ἀνδράριστος hoc sensu lexicis abest. « Il est à présumer que la ville privée d'eau par suite de la perte de ces sources qui entretenaient ses fontaines, avait eu à souffrir de quelque épidémie, et qu'un magistrat, προστάτης, lui avait rendu sa salubrité première en réparant l'aqueduc ou les canaux qui y amenaient l'eau. Cela expliquerait l'emphase du début.» *Lebas*. Vs. 2. Id. legebat Ἄνθας propr. nomen. Vs. 3. Kirchhoff. maluit προστατεῖ, claudicante versu. Pro πόλεως Lebas. conjiciebat χώρας : verbi quodcunque fuit, una superest littera in Trezelii apographo A vel Λ. — Vs. 4. Lebas. ἀνεγείρων. — Vs. 5. Idem ἐς ὄρη τάδ' ἐπήλασε θεσπεσίαν τε, quæ sensu omni carere notat Kirchhoff. — Secundum quem Lebasio adversantem numeralis nota quæ titulo subscripta est (ΤΞ ∦ ΑΥΓΟΥϹΤΟΥΚΞΗ) sic legenda est [Ἔτει α] τ [ῷ] Αὐγούστου ⲕ̄ η̄, id est ex æra Dionysiana post Christ. 1300. Placebat Lebasio, ex epocha Constantinopolitana, annus mundi 6300 sive 6362, post Christ. 808 ou 854, Augusti mensis vicesima die.

CCLXIII. *Constantinopoli*. Titulos duo iisdem verbis conceptos edidit post alios Kirchhoff. *Corp. Inscr. gr.* T. IV, p. 313. n. 8672. « Theophilus qui regnavit ab a. 842, quam bene meruerit de munimentis urbis maritimis instaurandis, præter scriptores testantur alii tituli. » *Kirch.* — Vide *Corp.* nn. 8673-8681.

CCLXIV. *Constantinopoli* in turri ad portam quæ dicitur Tchatlady Kapu. Transcripsit Spon. *Voyage d'Italie, de Dalmatie, etc.*, in-12, 1724. T. I, p. 305-6. Edidit post alios Kirchhoff. *Corp. Inscr. gr.* T. IV, p. 317, n° 8687. Imperator ille Basilius Macedo est (867-886).

CCLXV. « *Constantinopoli*, in basi obelisci in medio hippodromi positi, quem æreis tabulis aliquando tectum fuisse narrant. »

Edidit Gruter. *Inscriptt.* p. CLXXXVI, 1, Georg. Dousa, *De Itinere suo Constant.* p. 39, Cangius. *Constantin. Christ.*, t. II, p. 105, Hier. Bosch. *Flor. gr. mantiss. tert.* p. 396-7, cum versione Grotii, Jacobs. *Append.* n. 357, Kirchhoff. *Corp.* t. IV, p. 327, n. 8703. — Vs. 2. Imperator iste Byzantinus, Romani Lecapeni filius, est Constantinus nomine octavus qui regnavit ab an. 928 ad an. 945, sive ut Kirchhoffio placet Romani II filius qui regnavit solus, ann. 1025-1028.

CCLXVI, *Antiochiæ* Syriæ in turri mœnium. — *Corp. Inscr. gr.* t. IV, p. 331, n. 8711, ubi demonstratur hunc titulum terminis includi posse anni p. Christ. 1071 et temporum Nicephori Phocæ imperatoris a quo anno 968 Antiochiam receptam fuisse constat. Sub titulo versibus conscripto legitur : δὲ

θεοῦ, σῶσον. — Vs. 4. Cf. supr. n. 263, vs. 4.

CCLXVII. « Edidit Cangius in additamentis ad *Constantinopolin Christ.*, ad calcem Zonaræ p. 151. » *Jacobs.* — Inde duxit Brunck. *Anal.* III, p, 128. — Vs. 4. Brunck. *ib.* ἦν παρέλθῃς, malebat tamen εἰ παρέλθοις. — Vs. 6. « Τὸ τοῦ λόγου..., ne ut, quod hi versus timendum tibi esse dicunt, vere experiaris.» *Jac.*

CCLXVIII. E codice monast. S. Justinæ Patav. edidit Montefalcon. in *Diario Italic.* p. 78. Codicis hujus membranacei XII. sec. Theophylacti *in Evangelia*, in fronte hi quatuor versus exstant. — Hæc Maria Augusta esse videtur uxor Nicephori Botoniatæ imperatoris.

CCLXIX. Ex sua plumbearum bullarum collectione edidit Mordtmannus in Constantinopolis Ἑλληνικῷ φιλολογικῷ Συλλόγῳ, παραρτ. τοῦ ΙΓ' τόμου, 1881. 4° p. 45. — Ubi v. d. Mordtmannus ipse : Ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀνταρσίας Νικηφόρου τοῦ Βρυεννίου ὁ αὐτοκράτωρ Νικηφόρος Γ' ὁ Βοτανειάτης ἔστειλεν Ἀλέξιον τὸν Κομνηνὸν κατὰ τοῦ ἀντάρτου, τιμηθέντα τῇ ἀξίᾳ τοῦ δομεστικοῦ τῶν σχολῶν τῆς δύσεως. Μετὰ δὲ τὴν καταπολέμησιν τοῦ Βασιλακίου ὁ Ἀλέξιος ἀνηγορεύθη Σεβαστός, κατὰ μὲν Ἄνναν τὴν Κομνηνήν. (*Alexiad.* p. 48). Igitur Alexius nomine primus est ad quem referenda est hæc bulla. In anteriore sigilli parte legitur ΟΑΓΙΟϹ... ΔΗΜΗΤΡ..

CCLXX. Ex sua eadem collectione Mordtmannus, op. cit. *ibid*, qui fatetur se non affirmare posse utrum Alexii Comneni nomine primi sigillum sit an alterius cujusdam Alexii ducis imperatoria gente oriundi, notatque virum quemdam doctum hoc sigillum tribuisse Alexio Cæsari Στρατηγοπούλῳ, qui ex urbe Latinos expulit; nequaquam autem referendum esse ad Alexium cognomine Comnenum qui Annæ Comnenæ et Nicephori Bryennii filius erat, missusque fuit ab imperatore Manuele Comneno, ut exercitus dux præcipuus et classis ad evertendam Brindisii arcem. De quo vid. Cinnam. p. 164-5, sub ann. 1156, et Muralt. *Chronol. Byzant.* — Supra distichon legitur Μ(ήτη)ρ θ(εο)ῦ ἡ ἁγιοορίτισα, atque in antica sigilli parte repræsentatur sanctissima Virgo apprecans. Dextra autem manus obsignans Παναγίαν.

CCLXXI. Ex collectione Sabbæ Cugiumtzogli Mordtmannus, l. c. p. 46.

CCLXXII. In fine Alexiadis. — Vs. 2. Etsi, ut apparet, καλὴ hic significet probam, honestam, fortasse in animo habuit doctissima mulier Homericam dictionem *Od.* θ, 320, καλὴ θυγάτηρ, quæ sane est *pulcra* filia, ut quæ de Venere ipsa usurpatur. Ejusdem sententiæ est Ronsardi tetrastichon quod Franciadi imperfectæ subdidit :

Si le Roy Charles eust vescu,
I'eusse acheué ce long ouurage :
Sitost que la Mort l'eust veincu,
Sa mort me veinquit le courage.

CCLXXIII. Ex collectione Chatzæ Agop. Mordtmann. *ibid.* Manuelis Comneni sigillum est. Inter utramque sigilli partem dividitur distichon.

CCLXXIV. Ex sua Mordtmannus collectione, l. c. p. 48. Mariæ Comnenæ sigillum est.

CCLXXV. Bandin. *Catal. etc.*, t. II, p. 627 sq. ex cod. XIV seculi, quatuordecim Plutarchi Vitas exhibente, quas cum aliis nonnullis sequitur hocce epigrammation. Editoris versionem damus. Quinam sit Michael iste plane ignotum.

CCLXXVI. Bandin. *Catal. etc.*, t. II, p. 627. Vid. præc. epigr. Editoris ipsius versio est.

CCLXXVII. *Hadrianopoli* in mœnibus. Edidit ex Sponio (*Misc. erud. ant.* X, 32, p. 332) Kirchhoff. *Corp. Insc. gr.* t. IV, p. 332, n. 8713. — « Imperator est Michael VII, Constantini VII Ducæ et Eudoxiæ filius, quem regnasse constat ab an. 1071, ad 1078 post Christum. »

CCLXXVIII. In marmoreo vase. Vid. *Corp. Insc. gr.* n. 8727. — Vss. 4-5. Annus est post Christ. 1137.

CCLXXIX. *Constantinopoli* in columna porphyretica. Edidit Spon. *Voyage d'Italie etc.* t. I, p. 306. Unde multi repetierunt, inter quos Kirchhoff. *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 363, n. 8790.

CCLXXX. *Dyrrachii* (Durazzo). — *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 344, n. 8750. Annus ad epocham Constantinopolitanam exactus prodit p. Christ. 1225. « Theodorus autem ille Ducas Comnenus, qui turrim exstruxisse dicitur, filius est Angeli Sebastocratoris, qui, interempto fratre Michaele, Epirum tenuit cum Dyrrachio a Latinorum vindicatam dominatione, regisque sibi nomen arrogavit. » *Kirchh.* — Vs. 10. Supplementum est Kirchhoffii.

CCLXXXI. Edidit hanc inscriptionem supra portam arcis *Smyrnæ* positam, Pocock. *in Inscriptt. antiqq.* p. 26; Chandlerus p. 5, n. 13; Jacobs. *Paralip. ad Anthol.* p. 810, n. 60. Ed. Lips. n. 336. Repetiit Kirchhoff. *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 343, sq. n. 8749. — Vs. 2. Ed. Lips. et Buttmann. ἐϋστεφάνοισί τε. — Vs. 3. Videtur habere lapis ΕΞΖ. Lips. probante Chandlero, mutavit in ἄεξον quod post Kirchoff. accepimus. Buttmanno placebat πτολίεθρα νέμουσιν. « In re incerta depravatam lectionem in textu servavi. Mihi in mentem venerat, ὅσαι πτολίεθρ' ὀνέουσιν, *quæ urbes juvant*, i.e, *ornant.* » *Jacobs.* — Vs. 4. Jacobsii (ed. Lips.) emendationes accepimus. — Vs. 5. Valde corruptum sic emendamus : ἁλσὶ pro ἄλΥ, initio, πε̄ρῑσσο̆μᾰχητον *nimiis contentionibus petitam*, pro πε̄ρΥμᾰχη̄τον; ἁλσὶ, *salibus*, plurali numero quod rarissimum esse fateor, ex Lucano qui *æquoreas sales* dixit, X, 257, conjeci, περισσομάχητον, ut dicitur περισσοτρύφητος, *nimis luxuriosus*, περισσοφρονέω, *valde prudens sum*, etc. — Vs. truncatum : ἀγρία· βάλε δέ μιν κ.τ.λ. supplevit Jacobs; Chandlero et Buttmanno post ἀγρία placebat θυμόν. — Vs. 8. γρηί et ἰσχνοπαρείῳ Chandlero debentur. — Vs. 10. Pocock. apogr. et omnes editiones habent ἀλλὰ Ῥώμης, emendavit Jacobs. ἀλλ' ἄρα Ῥώμης, quamvis confessus in ἀλλὰ posteriorem syllabam produci posse sequente ρ̄, « cujus licentiæ exempla quædam etiam in cultissimis Anthologiæ epigrammatis reperiuntur.» Ῥώμη ὁπλοτέρη, *Roma junior*, est Constantinopolis. — « Laudat hoc carmen Joannem Vatatzem de gente Ducarum, imperatorem, arcis Smyrnæ urbisque instauratorem; qui, exstincto socero Theodoro Lascari, anno 1222 hereditatis jure Nicææ imperium obtinuit, ad annum usque 1251. Regina enim quæ commemoratur, vs. 16, uxor ejus est Irene, Theodori Lascaris filia. » *Jacobs* et *Kirchh.* — Vs. 11 ut succurreret Chandler. παῖς μὲν Δ et καὶ βασιλ.

scribebat. — Vs. 13. Apograph. habet τεύξατο, (ΑΤΕΥΞΑΤΟ) claudicante versu, τετεύξατο scripsit Chandler. probante Buttmanno; legimus, ἀνετεύξατο, *refecit* ita ut integra essent. — Vs. 14. Πυκνώσας Buttmanni emendatio est pro πυκνά τε παρήϊα.— Vs. 18. Marmor, si credimus apographo, habet : ΟΨΙΝΕΠΙΙΚΕΛΟΝ, Chandler. : ὄψιν ἐπίκελον ἦν, *vultu similem suo Gratiis*. Jacobs. retinet apographi lectionem, in qua sibi fingit secundam vocis ἐπίκελον per poetæ licentiam, longam esse; verisimilius nobis videtur legendum esse ἐπεικέλιον ab εἰκέλιος quod apud Manethon. III, 237, invenitur. Vide *Thes. Ling. gr.* v. εἰκέλιος.

CCLXXXII. Heracleæ Ponti (h. *Erekli*). Edidit v. d. G. Perrot. *Explor. arch. de la Galatie et de la Bithynie,* t. I, p. 18, n. 12. — Vs. 1 auxilio v. doctiss. Brunet de Presle restitutum profitetur editor. Subjectum iambis est ἔτ. ,ϛ [ωλγ'], 6833, p. Chr. 1325.

CCLXXXIII. Ex libro nonnullas div. Gregor. Nysseni oratt. continente, in ædibus hæredum Aldi et Andr. Asulani soceri edito, Venet. MDXXXVI, sine ulla originis hujus epigramm. indicatione. — Vs. 1. μελιττόγλωττος deest in *Thesauro*. — Vs. 4. Ludit poeta verbo γρήγορος, unde factum est propr. nom. Γρηγόριος; divi autem Basilii frater est et quasi eloquentiæ heres divus Gregorius. Vide infra epigr. 285.

CCLXXXIV. Edid. Miller, *Catal. cod. mss. Bibl. scorial.* p. 47.

CCLXXXV. Præpositum Gregorii Nysseni libro *De Homine,* edit. Aldin. 1536 et repetitum in *Oper. S. Greg. Nyss.* vol. I, p. 44. — Vs. 2. Fortasse legendum τέρματος εὐφυΐης seu εὐφυΐας. — Vs. 6. Melius, opinor, legeretur ἀναπληροῖ, *impleret,* et pro εὐφραδέως, εὐφραδίης. — Vs. 10. Pro προχέον quod sine complemento non usitatum est, reponendum προρέον, et fortasse in ἡδύπνοον mutandum est ἡδύπλεον, quod nusquam alibi reperitur.

«... Ceterum quod adjectum erat distichon, omisi prorsus. Quanquam haud dubie auctor ejus se præclaram operam in genere novo carminis inveniendo posuisse putaverit, qui de mei quidem judicii sententia multo facturus erat melius, si ad pristinas pangendi carminis leges accommodatum aliquod epigramma condidisset. Hoc vero hujusmodi est:

Νυσσαέων ἀγακλειτοῖο τόδε πρῆγμα,
ἀτρεκέως ἀγορεῦον τὴν μερόπων τετρακτύν.

Voluit significare confectum librum hunc esse ab Gregorio inter Nyssenos illustrissimo, qui præclare quaternionem hominis enarret. Versus ipsos appellavit ἐλεγειοηρώους ἐκ τοῦ ἐναντίου. Itaque sic eos legi voluit, inchoatos a voce postrema, duabus tamen primis in collatione præcedente dictionibus transpositis :

Τετρακτὺν μερόπων τὴν ἀτρεκέως ἀγορεῦον
πρῆγμα τόδε τοῖο Νυσσαέων ἀγακλει. »
Lewncl.

CCLXXXVI. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 281, unde Piccolus, *Suppl. à l'Anthol.* p. 130. — Vs. 2. Cramer. ἀμφοτέρως, correxit Piccolus.

CCLXXXVII. Ex Augustano cod. Theodoreti (Vid. J. Hardt. *Catal. mss. Reg. Bavar.* t. V, p. 63) edidit Sylburgius in præfat. Theodoreti quam repetiit Th. Gaisford in edit. sua, Oxford. MDCCCXXXIX, p. XV, cum hoc lemmate : *In Theodoreti Disputationes has Epigramma ex August. cod.* — Vs. 2. Cod. πάλην, emendavit Sylburg.

CCLXXXVIII. Bandin. *Catal. etc.,* t. II, p. 641 sq. ex cod. sec. X, Josephi *De Antiq. Judaica* libros exhibente. « Clauditur opus epigrammate quodam heroico, cui titulus : Ἡρωϊκοὶ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ γραφέως πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας τῇ βίβλῳ. Epigramma vero glossis aliquot aspersum est. » *Bandin.* V. 6. περιώσια τέρματα, ἀπλήρωτα ὑπερβολικά. Vs. 9. συννεχέως, νωλεμέως. Vs. 10. φιλοτίμως, δαψιλῶς, λαμπρῶς, πλουσίως. — Vs. 5. Bandin. κατέδαψα, restitui καὶ ἔδαψα quod postulat τε quod præit. — Pro εὐφρονέως, scripsi εὐφρονέων, cum jam adesset alterum adverbium. — Vs. 11. ὁμοεργός lexicis, vel *Thesauro* abest, qui dat tamen ὁμοεργής et ὁμοεργία.

CCLXXXIX. Bandin. *Catal. etc.* t. III, p. 399 sqq. in cod. XV, sec. inter alia multa continente (XVIII, p. 229 b.) « hoc anonymi carmen iambicum *De septem Synodis œcumenicis ac de hæresibus per ipsas sublatis*. Carmen hoc male innuit Montifalconius, dum ait : Versus senarii de Arii dogimate. » *Band.* — Vs. 2. συνάναρχον. Cf. *Anth. Pal.* I, 24, 1 et Greg. Nyss. t. II, p. 31, B. — Vs. 5. Band. νομίσας, forsitan νόμισε s. νόμιζε, — ἀπαλλοτρίου. cum puncto. — Vs. 7. ἄνακτος ἴσαπ. Constantin, Magni. — Vss. 43-44 sic exhibuit corruptissimos Bandinius : μόνα τὰ σύμφρονες μήτηρ, γόνος, ἀντίφρονες καί... — Vs. 48. Bandin. ἔνθεν εἰς θεὸν πλοῦτον...

CCXC. Cramer. *Anecd. gr. Par.* p. 295.—Vs. 6 Jepravatus; cod. habet ἐγγρομ (*sic*); scripsit Cramer. ἐγγρομένους quod quid sit parum video; quasi esset ἐγρομένους *adortos, insurgentes in eum,* transtuli. Libentius tamen legerim ἀγρομένους, *coram eo congregatos*. Procul enim dubio meminit poeta lib. *Judic.* cap. XVI, 25-30 : Καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν ἀλλοφύλων συνήχθησαν θυσιάσαι θυσίασμα μέγα... καὶ εἶπαν· Καλέσατε τὸν Σαμψὼν ἐξ οἴκου φυλακῆς, καὶ παιξάτω ἐνώπιον ἡμῶν· καὶ ἐκάλεσαν τὸν Σαμψὼν... καὶ ἔπαιζεν ἐνώπιον αὐτῶν... Καὶ εἶπε Σαμψών· Ἀποθανέτω ψυχή μου μετὰ τῶν ἀλλοφύλων. Vertit vulgata ἀλλοφύλους Philisthiim et Philisthinos.

CCXCI. Ex Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 333, Piccol. in *Supplém. etc.* p. 152. Vs. Hic inseruit θ', ut rerum junctura postulabat. — Vs. 3. Male comma posuit idem post μέ.

CCXCII. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 293 sq, non sine multis mendis.— Vs. 2. εὐκραδίως deest lexicis quæ tamen habent εὐκράδιος. — Cramer. εὖτε θέλον. — Vs. 5. supplevi καὶ quod postulat metrum. — Vs. 6. Cod. περαστὸς, correxit Cramer. Vs. 7. Πάχος corpus crassum, χοὸς εὖτέ περ ἰός, *sicuti terræ aggestæ jactus,* i. e. sepulcri moles. Cf. Virg. *Æn.* VI, 732 sqq. — Vs. 8. Cramer. ὅς τε βάρος σιδάρῳ ὅ π. α. quod nequaquam intellexisse fateor. — Vs. 9. Cramer. μέριμναι. Conjicit Piccol. τηκεδόνες, quod nihil remedii affert. — Vs. 10. ἡδυμόρου lexicis deest.

CCXCIII. Ediderunt Boissonad. e cod. Bibl. Publ. Par. 1630. p. 63, *a.* in *Anecd. gr.* t. II, p. 471, Cramer. *Anecd. gr. Paris.* p. 285, cum lemmate Εἰς τὴν Ἀκαδημίαν, unde Piccolus, *Supplém. à l'Anthol.* p. 132 sq. — Vs. 5. Cramer. Piccol. ἀλλά τ' ἔμ' ἐκ β., nulla alia lect. varietate.

CCXCIV. E Crameri *Anecd. gr. Paris.* t. IV,

p. 329, Piccolus rursus edidit in *Suppl. à l'Anthol.* p. 149. — Vs. 3. Cramer. τὰ θρεπτά σοι, correxit Piccolus, qui fortasse tantum immutare debebat in θρέπτα accentum, siquidem, ut videtur, in usum venit ea istius vocabuli forma. Vid. Eustath. p. 101 et Hesych. exponentem τροφεῖα, τροφῶν ἀμοιβά, θρεπτήρια. Cf. Quint. Smyrn. xi, 89. — Vs. 11. Virgilium Byzantinus poeta meminisse videtur, Æn. xi. 63 : solatia luctus — exigua ingentis.

CCXCV. Ex Grut. *Inscriptt. Append.* CLXXIII, 6, repetiit Hier. Bosch. in *Floril. gr. Mantiss. tert.* p. 397, cum Grotii versione. — Vs. 7, Bosch. et Grot. θεοφανοῦς; nomen prop. esse videtur. — Vs. 8. Bosch. πρὸς εὐχτικόν. — Vs. 9. Grot. etc. Ἐπισκόπου.

CCXCVI. *Bostræ.* Ex apogr. Wetzstein. n. 88, ediderunt Kirchhoff., cujus sunt supplementa, et v. cl. Waddington. *Inscriptt. recueil. etc.* Syrie. n. 1959 a. Dositheum in Catalogo Bostræ episcoporum omisit Lequien. (*Orient. Christ.* p. 854, sqq.)

CCXCVII. *Aziaz* Syriæ. Edidit Burton. *Unexplored Syria* II, 381, tab. II, 25. Unde G. Kaibel. n. 1069. Sub hoc titulo legitur ἰνδικ. α τοῦ... ἔτους. Fuit etiam in eodem lapide altera inscriptio ex decem versibus composita, cujus e reliquiis nihil fere certum erui potuit. — Vs. 1. Marmor habet ΕΠΗΗΝΗϹ, pro ΑΙΠΕΙΝΗϹ, heteroclita, ut Kaibelio videtur, forma pro αἰπεινός.

CCXCVIII. In parietinis *Assi* Mysiæ super porta « moscheæ » in epistylio marmoreo litteris rubro colore inductis. Edidit inter alios Texier. *Descript. de l'Asie Min.* II, p. 204 (Cf. tab. 115 *bis*). Repetiit Kirchhoff. in *Corp. Insc. gr.* t. IV, p. 368 sq. n. 8804, et nuper v. cl. Waddington., *Voyage etc.*, *Inscriptt. etc.* n. 1730. — Vs. 1. κῆρυξ Κορνήλιος Cornelius intelligendus est centurio qui per Troadis oras Christi sacra fertur propagasse et Scepsi mortuus ac sepulcro conditus esse. Cf. Lequien, *Orient. Christ.* I, p. 784. Scamandri, civitatis Troadis, quam sedem episcopalem fuisse e titulo nostro discimus, mentio apud Hieroclem in *Synecd.* p. 394 et alios. — Vs. 4. Lapis habere videtur CKΑΜΑΝΔοθυποθω, in quo aliquid corrupti suspicor et legere malim πόλεως; si retinueris πόθῳ, jungendum erit cum αἰτῶν.

CCXCIX. Cramer. *ibid.* p. 306. De Studio « qui monasterium et ecclesiam in honorem S. Joannis Baptistæ exstruxit Constantinopoli, » vid. *Anthol. Palat.* ed. Didot. c. I, IV, et notam. Hoc *Studitarum* monasterium ædificatum est anno 463. De quo in Crameri *Anecd.* t. II, p. 103 legitur : Ἐπὶ Γενναδίου Στούδιος ἔκτισε τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου καὶ μοναχοὺς ἐκ τῶν ἀκοιμήτων (cod. ἀκοινήτων) ἐνεκατέστησε. (Ἐκλογ. ἀπὸ Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας.). Vide seq. epigr. — Vs. 2. λύχνον solitum Joannis Præcursorem cognomen. Vid. inter alia epigr. infr. nn. 402, 403, 404, 405, *etc.*

CCC. Cramer. *ibid.* p. 306. et inde Piccolus, *Suppl. à l'Anthol.* p. 139. Lemma addidi, quum satis appareat idem Studii templum spectari, quod in priore epigr. laudatur. — Vs. 3. « Melius scriberet μὴ κάμῃς. *Piccol.* Sed fortasse habuit in animo poeta : « Utinam tot et tanta miracula spectando non fatigeris et labores. » — De hoc templo vid. præcedens epigr.

CCCI. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 289. — Hoc poematio laudatur tabula picta vel statua qua *Domini* Christi expressa fuerat fulgido et *crucifero*, ut dicunt, *nimbo* cincta figura.

CCCII. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 329. Litteris quæ versus 2-5 præcedunt, significari credam annum quo epigramma scriptum sive annum quo exstructum dicatumque fuit Deo Servatori Christo templum quod laudat poeta, id est annum 1324. — Vid. seq. epigr. et cf. præcipue vs. 2 utriusque carminis. — Vs. 1 et 4 (Cf. sqq. epigr. 303-307 ; 323-326) in animo ut in oculis habet poeta miraculum illud artis byzantinæ, concameratum ædis fastigium, (Vitr. VII, 3) quod vocabant tholum, θόλον, nos autem dicimus *dôme* seu *coupole*, quodque tessellato opere variis ac splendidis imaginibus ornatum, ex cælestis fornicis figura descriptum diceres.

CCCIII Cramer. *ibid.* t. IV, p. 329. Supra scriptum est ἄλλα, id est alii de eodem templo Redemptoris versus. — Vss. 1-2. fere iidem ac versus 2 et 5 prioris epigrammatis. — Vs. 3. Nicephorus, ut videtur, hujus sacræ ædis fuit aut architectus aut pictor. Cramerus scripsit νικῶσα, nullo sensu, correxi ; male idem post Φωσφόρῳ interpunxit. — Vs. 5. Cf. *infra* epigr. n. 304 Κάλλεος κ. τ. λ., vs. 2.

CCCIV. E Cramer. *ibid.* p. 330, Piccol. *ibid.* p. 150. — Vs. 2. Cod. et Cramer. πρὸς τὰ γέρα. — Vs. 3. item προὐβάλλεται, — Vs. 4. item ἔσβετο : hæc omnia correxit Piccolus ; pro ἐσβεσθ' aut ἔσβεσο legi possit ἐσβήθ', *exstincta estis.*

CCCV. Cramer. *ibid.* p. 330. Ad eamdem sacram ædem pertinet ac priora duo et duo posteriora epigrammata hoc tetrastichon.

CCCVI. Cramer. *ibid.* Et de eadem æde divo Servatori consecrata, hoc ut priora et sequens, epigramma est. — Vs. 2, jam occurrit in primo de hac re epigrammate. Vid. supr. n. 302, vs. 4. — Cf. etiam cum vss. 1 et 3 hujusce epigr., 302 vs. 2 et 303, vs. 2.

CCCVII. E Cramer. *ibid.* t. IV, p. 330, Piccol. *ibid.* p. 150. Pertinet et hoc epigr. ad quamdam ædem sacram cujus et fornicis et adyti ubi chori fiunt et motus et cantus, splendorem, qualis esse solet in Byzantinis templis, plurimo auro abundantem miratur poeta.

CCCVIII. Apud Zonar. II, p. 146 et Cedren. *Hist. Compend.* part. II, 258, p. 521. In Theophanem et Theodorum imaginum cultores. Quos cum Theophilus imperator ferulis usque ad ducentos ictus gravissime concidi jusserat, καὶ τοῖς μετώποις αὐτῶν ἐπιγραφῆναι βαρβαρικῶς ἐκκεντηθέντας οὓς συντέθεικε λήρους ἰάμβους· εἰσὶ δὲ οὗτοι. Πάντων κ. τ. λ., Theophanes et ejus frater Theodorus ex hoc supplicio cognominati sunt Γραπτοί. (Vide Cedr. *ibid.* 258, p. 522 et 267 p. 539, et in hac nostra sylloge, infr. n. 309, Τῷ ζῶντι). Dedit decem tantum versibus hanc inscriptionem Bandinius in *Catalog.* t. II, col. 280 sq. cod. XVII, 3, XIII sec., cum hoc lemmate latine scripto : « Versus Iambi x a Theophilo Imp. Iconomacho scripti, seu potius inusti in frontibus SS. Theophanis poetæ et Theodori Graptæ. » Hæc bene exposuit v. doct. Chardon de la Rochette ex Zonara t. II, p. 146, (*Mélanges de critique etc.*, t. I, p. 403 sq. — Vs. 6. vulgo ἐκεῖσε. Bandin. : κἀκεῖθεν ἠλάθησαν κ. τ. λ. apud quem desunt vss. 6-7.

— Vs. 11. θέαν id est ὄψιν, Gallice « visage. »

CCCIX. Apud Zonar. t. II, p. 150 et Cedren. *Hist. compend.* part. II. 258, p. 521 sq.: Πρὸ τούτων (Θεοφάνους καὶ Θεοδώρου) καὶ ὁ ἅγιος Μεθόδιος εἴς τινα νῆσον ἐν τάφῳ καθείρχθη ζῶν, ἅμα δυσὶν ἀνδροφόνοις, ἐν ᾧ τάφῳ διά τινος ἐτρέφετο ἁλιέως· ὃν δὴ ἁλιέα εὑρόντες, οἱ ἅγιοι Θεοφανης καὶ Θεόδωρος καὶ τὰ κατ' αὐτὸν πυθόμενοι διὰ τοῦ τοιούτου ἁλιέως γράφουσι τῷ μεγάλῳ Μεθοδίῳ τάδε· Τῷ ζῶντι κ. τ. λ. — Vid. Cangium in Γραπτός.

CCCX. Apud Zonar. t. II, p. 150 et Cedren. *Hist. compend.* Part, II, 258, p. 522 (vide supr. n. 309). Πρὸς οὓς καὶ αὐτὸς ἀντέγραψε διὰ τοῦ αὐτοῦ ἁλιέως. Est et apud Constant. Manass. *Chron.* p. 100, C. et ap. Mich. Glyc. *Ann.* p. 290, A.

CCCXI. *Thebis* in parietinis parvæ ecclesiæ S· Basilii cui exstruendæ rudera templi S. Gregorii usui fuere. Edid. post. Lebas. *Voy. arch. inscr.* II, p. 119, n. 570. Kirchoff. *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 317, n. 8686. Præit hos versus prorsa oratione titulus quo indicantur anni a mundo creato 6834 et 6835 (post Christ. 876-877), operi perficiendo insumpti. Vs. 1. Not. τέρεμνον masc. gener. quod apud antiquos neutro esse solet. Masc. formam bis dedit Hesychius.— Vs. 4. « Ludit poetaster in nomine Gregorii cujus casum vocativum eo versu per ambages expressit. » *Kirchh.*

CCCXII-CCCXIV. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 331; quam maxime depravatus est textus, quem hic illic, ut potuimus, restituimus. I. In lemmate cod. ἀκριδῆς, correxit Cramerus. — Vs. 2. ἐνθάδε μητέρος, hic in gremio matris. — Vs. 3. Cod. et Cramer. ὡς δὲ χορὸς νοερὸς περισταδὸν,.. claudicante versu. — II. vs. 1. Cramer. πλάσμα, nullo sensu. — III. Maxime corruptum est hoc epigramma.— Vs. 1. Cod. ἐφέψομαι, emendavit Cramerus. — Vs. 2. Cod. εἰς δόμον ἔστην χ. peccante metro; scripsi εἰμι, (sive ἦα) βροτῷ ex secundo prioris epigrammatis versu. — Vs. 3. et mutilum supplevi. — Vs. 4. fortasse legendum ὡς τὸ πρὶν φερόμην.— Cod. habet ἔχη, correxit Cramerus.

CCCXV. Cramer. *ibid.* Scriptum est epigramma quasi pictoris sive sculptoris nomine. — Vs. 1. τὸν Σωτῆρα alloquitur poeta.

CCCXVI. « Schema crucis æneæ quam ecclesiæ nostri monasterii Rosarnensis in Calabria, in honorem Deiparæ virginis Mariæ, quæ *Rubeti* dicitur, oblatam a pio quodam Constantino, ex duobus quibus inscribitur, iambis deprehendimus. » Edidit Placentinius in *Epitome græc. palæogr.* p. 29 sqq. Inde repetiit Kirchhoff. *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 362, n. 8787.

CCCXVII. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 334. — Vs. 3. « Leg. φωσφόρῳ » *Cr.* — Vs. 4. λελουμένος, mutavi, suadente Cramero, quanquam λελουμένος non discrepat a solitis hujus generis poetarum sententiis. Jordanes, ubi βαπτίζεται Dominus Christus, non lavat, lavatur.

CCCXVIII. E Cramer. *ibid.* p. 334, Piccol. *ibid.* p. 153. — Vs. 4. Cramer. et Piccolus ζητεῖ.— Vs. 5. Verborum similitudine ludit poeta, quum Καΰστρος sicut καυστικὸς, a καίω, καύσω, venire videri possit. — Cramer. ἀϊκσμάτων, (non autem ἀϊσμάτων, quod reprehendit Piccolus), hic, αἰασμάτων; fort. legendum αἰαγμάτων.

CCCXIX. Cramer. *ibid.* p. 340. — Vs. 2. Significat poeta Romanum, vel dum esset in terris, hymnos jam quales fiant in cælo cecinisse.

CCCXX. Cramer. *ibid.* p. 341. βλέπων *videns,* i.e *vivus* simili figura de imagine fideli dicimus : c'est un portrait *parlant,* i. e. *vivant.*

CCCXXI. Cramer. *ibid.*— Vs. 3. Fort. scribendum τῷ Νῷ, id est Deo Patri, Πνεύματι Spiritui Sancto.

CCCXXII. Cramer. *ibid.* p. 368. — Vs. 4. Verus ille amor, Dei amor, bonæ doctrinæ et sapientiæ principium, nullo alio nisi divino igne ardet. — Vs. 5. Quatuor hæ sunt virtutes quæ cardinales (αἱ κύριαι ἀρεταί) dicuntur, scilicet Justitia, Fortitudo, Prudentia et Temperantia (Δικαιοσύνη, Ἀνδρεία, Σωφροσύνη et Ἐγκράτεια), de quibus vid. Aristot. *passim;* ὧν ἀφ' ἑκάστης, *ab quaque harum quatuor virtutum.*—Vs. 6. Τούσδε, (στεφάνους; πρώτῳ τῷ σοφίης (στεφάνῳ) στέφομαι, *prima cingor sapientiæ corona.*

CCCXXIII-CCCXXV. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 319. Tertium tantummodo epigrammation repetiit Piccolus in *Suppl. à l'Anthol.* p. 146. Nicetas fuisse videtur ædis alicujus sacræ in urbe Constantinopoli architectus. — I, vs. 2. Cramer. κεράσας, correxit Piccolus, *ibid.* — II, vs. 1. Cód. δόμεν, in nota proposuit δόμων Cramerus non sine dubitationis signo, quod tamen recepimus. — III, vs. 2. Piccol. pro voce πόθος, quam scripsit Cramer., conjecit πόνος, quod in textum recepit, inutiliter mutatum. Nicetæ Dei amorem ingenii artisque loco fuisse canit poeta, unde omnium regnatori dignum opus perficere et quasi dono dare potuerit. Ceterum ex sequente epigrammate satis apparet (vs. 12) legendum esse πόθος.

CCCXXVI. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 319 sq. Ad eumdem artificem idemque opus ac tria priora pertinet hoc epigramma.— Vs. 3. Cf. epigr. præcedentis vss. 1-2. — Vs. 10. Cram. καὶ πν. μικροῦ, τοῦτο δ' οὐκ ἐχ. μόνον ‖ ὄρη κ.τ.λ.—Vs. 14. Divi Pauli (*ad Corinth.* I, 13, 2) verba exscribit ὥστε ὄρη μεθιστάνειν. — Vs. 12. Cf. prior. epigr. vs. 9. — Vs. 13. Forte legendum τόπους aut τύπους, ut *supra* vs. 8, τύπων.

CCCXXVII. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 320. In quoddam templum divæ Virgini dicatum. — Vs. 1. Cod. ἠδωνῶν, correxit Cramerus.

CCCXXVIII. *Gerasis* Syriæ. Est in *Corp. inscr. gr.* n. 8654; repetiit G. Kaibelius, *Epigr. gr. e lap. conl.* n. 1063, qui vs. 2 « quæ supplevi, ait, θεοῦ τε καὶ ἀνθρώποιο, adjecta sunt explicandis verbis μάρτυρος ἀθανάτοιο; nam, martyr homo est, immortalis deus. » — Vs. 4. traditur ΕΡΜΛΟΕΤΕΥ, unde Kirchhoff eruit ἕρμα λοέτρου de baptisterio sacelli intelligens, refertque ad ea quæ vs. 1 sunt dicta, reliquis παρενθέτως insertis. — Versibus subscriptum est ᾠκοδομήθη τὸ μαρτύριον (martyris templum) Μαΐῳ τῇ ε̄, ἰνδ. ᾱ, πόλεως ἔτει υπε. « Gerasenorum civitatis epocha etsi nesciamus a quo anno repetenda sit, tamen illarum urbium epochas plerumque sæculis post Chr. primis contineri [novimus], ideoque annum 485 Gerasenorum sæculi esse aut quinti aut sexti. *G. K.*

CCCXXIX. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 320. Spectare videtur ad sancti Theodori effigiem, quam fecerat pictor aut statuarius quidam nomine Joannes. — Vs. 3. πάντα τὰ ἐμὰ i. e. omnia quæ in me prout vivente insunt. — Vs. 5. Cramer.

Ἰωάν. δίδωσι, σοὶ δὲ κ. τ. λ. legendum credidi δίδωμι· σὺ δὲ...

CCCXXX. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 286. — In lemmate, βασιλικοὶ στέφανοι τῆς χειρὸς, regiæ coronæ manus sunt, ut opinor, annuli regii. — Vs. 3. προτροπαίων pro προστροπαίων; προστρόπαιος, ὁ ἱκέτης, τοῦτ' ἔστιν ὁ πρός τινα δεητικῶς τρεπόμενος, Eustath. p. 1807 : fort. leg. προτροπῶν. — Quis fuerit imperator hic Joannes non satis inde liquet.

CCCXXXI. Cramer. *ibid.* — Κόρη, Virgo sancta, cujus hoc cingulum, ut et vestium una (Vid. seq. epigramma), inter sacras reliquias Byzantii colebatur.

CCCXXXII. Cramer. *ibid.* — In hoc ut in priore epigrammate, ad sacras quasdam reliquias spectat poeta, quod in utroque epigrammate satis indicat articulus τήν, *la* précieuse Robe, ut alibi dictum fuit aut dicitur, *la* sainte Épine, *le* saint Sang.

CCCXXXIII. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 290, inde Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 133 sq. Imperator hic est Nicephorus II Phocas. — Vs. 1. Conjicit Piccolus θεόφρονος; nihil mutandum. — Vs. 7. Cramer. ὑπέτρεσαν, correxit Piccol. — Vs. 9. Cramer. καὶ γυναικὸς, ubi oportet scribas οὐδέ, cum Nicephori uxor Theophania caput esset conjurationis. Princeps enim ille « quam bellica re fortunatus, tam domi infelix, dum avaritiæ socordiæque sese emancipat; ex quo in odium civium incurrens, facile a Joanne Zimisce, adjuvante Theophania, Nicephori uxore, noctu intra cubile interficitur, cum rerum potitus esset annos sex, menses totidem. » *J. B. Egnat.* — Vs. 11. Cf. de Roderico, Gothorum rege, popularem cantilenam quam, inter alias, in gallicos versus transtulit egregius poeta Æmilius Deschamps :

. . . .

Hier, j'avais douze armées,
vingt forteresses fermées,
trente ports, trente arsenaux...
aujourd'hui, pas une obole,
pas une lance espagnole,
pas une tour à créneaux, etc.

Vs. 12. Meminit poeta Homer. *Odyss.* Σ, 130 :

Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.

CCCXXXIV. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 305. Piccolus *Suppl. à l'Anthol.* p. 137. De hoc Nicephoro imperatore vid. supra n. 333 et præcipue infr. n. 335 ex quo apparet Nicephorum illum sanctorum numero adscriptum fuisse. Credi etiam potest hocce epigrammation thecæ cuidam aureæ in manus figuram formatæ et, ut sanctas reliquias, ipsam Nicephori dextram continenti esse inscriptum.

CCCXXXV. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 295, unde Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 134 sq. In lemmate Κυροῦς, *Cramer.* — Vs. 1. ἐμὴν, ξίφος ἥρπασαν, *Id.* — Vs. 2. ἐκσκοτίεις, *Id.* Et legi possit ἐν σκοτίῃ, sed alterum majorem vim habet. *Piccol.* — Vs. 4. Μανίοις, *Cram.* Respicit ad Echetum, regem Epiri, ob crudelitatem immanem famosum, quem in *Odyss.* Σ, 85 vocat Homerus βροτῶν δηλήμονα πάντων. — Cf. *ib.* vs. 116.— Vs. 11. ἀνάσσετε; ἔρρετε τοιχ. *Cram.*, qui conjiciebat ἀράσσετε. — Vss. 5-9. Cf. præced. epigr. n. 333.

CCCXXXVI. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 290.—Vs. 4... ἐς ἀνέμους, ut gallice, *jeter, envoyer au vent.* Corneil. *Suite du Menteur,* II, 5 : Envoyer et la dame et les amours *au vent.* — Cf. Q. Mæcii epigr. *Anth. pal.* V, 133, 4 : Ὅρκους δ' εἰς ἀνέμους τίθεμαι.

CCCXXXVII. Cramer. *ibid.* p. 290. — Λάρνακα, gall. *châsse qui contient les reliques.*

CCCXXXVIII. Cramer. *ibid.* p. 293. Ad tabulam quamdam spectare videtur, qua depinxerat artifex Jesum in navicula dormientem et discipulos procella perterritos increpantem. Vid. Matthæi *Evang.* cap. XVIII, 23-27; Cf. Marc. IV, 35 sqq. et Luc. VIII, 22 sqq

CCCXXXIX. Cramer. *ibid.* p. 295. — Vs. 3. Cod. δικαιοτηρίων, mutavit Cramerus in δικαστηρίων, repugnante metro, ut monuit Piccolus *Suppl. à l'Anthol.* p. 240, qui proposuit δικαιωτηρίων i. e. κολαστηρίων, quod recepi : ejusdem est δοκεῖς pro δοκεῖν quod dederat Cramerus, quodque servavi.

CCCXL. Cramer. *ibid.* p. 296. — Vs. 1. Christi verba sunt apud Matthæum XXVI, 10 sqq, et Marcum XIV, 3, sqq, et Joann. XII, 3, sqq.— Meretrix est Maria, Marthæ soror.

CCCXLI. Cramer. *ibid.* — Ad eum qui vulgo *Bonus Latro* dicitur spectat. — Vs. 1. Cramer. λωποδύτης et in nota, cod. λωποδυτς. — Vs. 2. Ἐδέμ, vulgo Eden, id est voluptas, inde qui in terra est Paradisus et ipsum cælum. Vid. S. Luc. *Evang.* XXIII. 43 : καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν λέγω σοί· σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.

CCCXLII. Cramer. *ibid.* p. 296. Vs. 2-3. σελήνη hic est Maria virgo Dei mater, ut φωσφόρος Christus est novi luminis auctor.

CCCXLIII. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 296, Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 135. — Vs. 1. Quis fuerit Christophorus iste non comperi. — Vs. 2. Cramer. ἢ τίς χερσὶ τίνος, conjiciebat Piccol. ὁ τίς χερσὶ τίνος!

CCCXLIV. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 476, e cod. 1630, p. 195, 2. Inscriptio, ut videtur, adpicta tabulæ Christum a cruce pendentem repræsentanti.

CCCXLV. Ediderunt Boissonadius *Anecd. gr.* t. II, p. 477 et Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 297. Lemma addiderat ille hoc : ὡς ἀπὸ Χριστοῦ σταυρουμένου. Hoc tabulæ pictæ inscriptum fuisse suspicor, quæ Christi a cruce pendentis erat imago. Christus loquitur. — Vs. 3. πλάσμα μου, hominem significat quem « formavit, ἔπλασεν » Deus de limo terræ. — *Genes.* II, 7. Cf. epigr. seq. vs. 7.

CCCXLVI. Cramer. *ibid.* p. 297, in lemmate βάπτησιν per iotacismum. — Vs. 2. Cramer. συνῆξα, dubium quidem, pro quo scripsi συνῆξα a συνάγω, ut apud recentiores Græcos scriptores non raro occurrit hæc aor. 1 forma. — αἱμάτων manifeste mendosum mutaveram in ἀμμάτων; habebam quoque in animo ἐκ χασμάτων; sed restitui ὑδάτων ex epigr. 364 (*infr.*) vss. 1-2. — Vs. 3. Meminit poeta Davidis psalm. CIV, 2 : ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν.

CCCXLVII. Cramer. *ibid.* p. 298. Lemma factum ex psalm. XXII, 18 : Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. — Vs. 3. ἄφες, *dimitte*, scilicet *eorum debita.*

CCCXLVIII. Cramer. *ibid.* p. 298. Ad tabulam quamdam pictam pertinet, qua repræsentabatur propheta Joel cum in ἐκτάσει et horrore divino fixus futura prævideret.

CCCXLIX. Cramer. *ibid.* p. 299. Manifestum est

hîc describi tabulam qua depicta erat Annuntiatio, quæ omnium et præsertim poetæ admirationem habebat.

CCCL. Cramer. *ibid.* p. 299. Lemma addidi. — Vs. 4 in aliud epigrammation ad verbum defluxit. Vid. infr. n. 353.

CCCLI. Cramer. *ibid.* p. 299. Lemma addidi : per varios sensus vocis Λόγος ludit poeta : Λόγος Verbum est divinum quod « caro factum est, » σὺν τῷ λόγῳ, i. e. ubi « Ave » dixit Virgini angelus ; ὑπὲρ λόγον, *ultra rationem*, quod nequaquam ratione concipi potest.

CCCLII. Cramer. *ibid.* p. 299. Lemma addidi.

CCCLIII. Cramer. *ibid.* p. 299, qui vs. 1 : χαίροις τὸ ῥῆμα. κ. τ. λ. Lemma addidi. — Vs. 2 habes jam in epigr. superiore n. 350, vs. 4.

CCCLIV. Cramer. *ibid.* p. 299. Lemma addidi. — Vs. 3. Cf. Claudiano attributi *Carminis Paschal.* (epigr. XLV) vs. 10 sqq. : Mortalia corda | artificem texere poli, mundique repertor | pars fuit humani géneris, latuitque sub uno | pectore, qui totum late complectitur orbem ; | et, qui non spatiis terræ, non æquoris unda, | *non capitur cælo, parvos confluxit in artus,* etc.

CCCLV. Cramer. *ibid.* p. 300. Satis apparet hanc fuisse tabulam pictam, cui fortasse inscriptum fuit hoc carmen. — Vs. 2. Λυχνία Virgo Deipara est ; cf. *infr.* ep. 375, 1. — Vs. 4. Cramer. ἡ θάλασσα, quod cum re non congruit ; correxi. — Vs. 5. Verbo σαγηνεύειν frequenter a scriptoribus christianis (vid. *Thesaurum*) usurpato alluditur hominum piscationi quam apostolis suis promittit Jesus. Matth. IV, 19 ; Marc. I, 17 ; Luc. V, 10. Duplici verbi λόγων, λόγοις sensu facete utitur.

CCCLVI. Cramer. *ibid.* p. 300, Lemma addidi ex carmine præcedente, quod ad eumdem Chrysostomum pertinere videatur, cum Deo adducitur et commandatur, ut in cœlesti aula locum habeat.

CCCLVII. Cramer. *ibid.* p. 300. Cf. Aur. Prudent. *Diptych.* XLIII, v. 169 sqq :

Christum non tenuit saxum, non claustra sepulcri ;
mors illi devicta jacet, calcavit abyssum.

CCCLVIII. Cramer. *ibid.* p, 300. Pictorem, ut videtur, alloquitur poeta, qui Deum patrem et Christum et Spiritum sanctum tabula effinxerat.

CCCLIX. Cramer. *ibid.* p. 300. — Vs. 1. ἡ καρδία, *cor,* i. e. animus.

CCCLX. Cramer. *ibid.* p. 300. — Vs. 5. Τί καινὸν, quid novum ? *id est* quid est quod mireris ?...

CCCLXI. Cramer. *ibid.* p. 301.

CCCLXII. Ex Cramer. *ibid.* p. 301, Piccolus dedit in *Suppl. à l'Anthol.* p. 136. — V. 2. *id est* divina quaque mente, quasi speculo, reflectitur Dei splendor.

CCCLXIII. Cramer. *ibid.* p. 301.

CCCLXIV. Cramer. *ibid.* p. 301 ; ut verisimile est, id tabulæ cuidam pictæ inscriptum fuit.

CCCLXV. Cramer. *ibid.* p. 301. Νιπτὴρ est pedum lotio quam adhibuit discipulis suis Christus ante diem festum paschæ (Joan. XIII, 4), inque cujus memoriam fit cærimonia quæ etiam vocatur *Lotio pedum* in feria quinta hebdomadæ majoris. — Vss. 5-8. Sequitur poeta D. Joannem, *ibid.* : 4. Ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια, καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτόν. 5. Εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν διεζωσμένος, κ. τ. λ. — Vss. 8-5. Oratio vertitur ad Judam. — Cf. Joann. *ibid.* vs. 21 sqq.

CCCLXVI. Cramer. *ibid.* p. 302. In lemmate Πρόδρομος est Joannes Baptista, Θεολόγος, Joannes evangelista, et Χρυσόστομος, Joannes Chrysostomus. Hæc τριστιχία, ut videtur, inscripta legebatur in tabula tres sanctos Joannes repræsentante.

CCCLXVII. Cramer. *ibid.* p. 302. In lemmate, Θεολόγος Joannes evangelista est, liber ea quæ dicitur Ἀποκάλυψις, i. e. *Revelatio.*

CCCLXVIII. Cramer. *ibid.* p. 302. — Lemma addidi ex præcedente, cum hoc epigr. ad eumdem divi Joannis librum pertineat.

CCCLXIX. Cramer. *ibid.* p. 304. — Vs. 1. νύμφην Sacram Virginem. — Vs. 2. Meminit sacras preces, ubi dicitur Virgo mater *Janua cæli.* — Vs. 3. fort. legendum λείπει, cum puncto in fine seq. versus, *linquit nullum siderum, etc.* — Vs. 7. ἐξαυγάζειν lexicis et ipsi *Thesauro* deest.

CCCLXX. Cramer. *ibid.* p. 304. — Vs. 3. Optime sed alio sensu Seneca, *Epist.* IV, 31 : « Animus rectus, bonus, magnus, Deus in humano corpore hospitans, » et *ibid.* : « Quid aliud voces animum quam Deum in humano corpore hospitem ? » — Vs. 4. ineptæ argutiæ.

CCCLXXI. Cramer. *ibid.* p. 304, qui post vers. 3 sensum claudit. — Vs. 4. fortasse legendum καὶ πρὸ σοί.

CCCLXXII. Cramer. *ibid.* p. 305. — Vs. 2 quid velit omnino me fugit, me præcipue fugit qua ratione res inter se connectantur : libenter crediderim hæc esse duo fragmenta diversi sensus inepte conjuncta.

CCCLXXIII. Cramer. *ibid.* p. 306. Vs. 1, περιγράφει, *includit,* τύπος templi figura est, septum. — Vs. 4. Fides vel cælum assequitur. Ædes de qua hæc scripta sunt, archangelo Michaeli dedicata esse videtur. Vid. infr. n. 414, vs. 5.

CCCLXXIV. Cramer. *ibid.* p. 309.

CCCLXXV. Cramer. *ibid.* p. 309. Referri videtur ad tabulam pictam qua repræsentabatur D. Petrus, quem in cælum et in eam quam vocant *Gloriam* Christiani, reciperet Christus, adstantibus angelis et Matre et S. Joanne Baptista. Τὸ φῶς Christus est, verum *lumen,* λύχνος Præcursor, οἱ νόες Angeli et λυχνία Dei mater.

CCCLXXVI. Cramer. *ibid.* p. 309 sq. Κοίμησις hic significat mortem, quam de suis et præsertim de virgine Dei matre dici nolebant Christiani, utpote quibus videbatur mors esse somnus ex quo Resurrectionis die excitabuntur ; eadem ratione cœmeterium, κοιμητήριον, quasi *dormitorium* appellabant communem sepulturæ suorum locum. In quamdam

picturam procul dubio hæc et sequentia duo lusit poeta.

CCCLXXVII. Cramer. *ibid.* p. 310, sicut prius et posterius epigr. hocce in picturam qua repræsentata erat S. Virginis dormitio, *id est* mors, scriptum est.

CCLXXVIII. Cramer. *ibid.* p. 310. Lemma ut præcedenti addidi, quod videsis. — Vs. 1. Cramer. σε pro γε quod reposui. — Vs. 2. Cramer. δρᾷν, correxi.

CCCLXXIX. E Crameri *Anecd. Paris.* t. IV, p. 310, Piccolus, *Supplém. à l'Anthol.* p. 140. Lemma restituit Piccolus.

CCCLXXX. Cramer. *ibid.* p. 310. Vs. 2. Nisi sit legendum ὄσφρησιν, notanda est vocis αἴσθησις significatio eadem hic atque qua accepimus verbum gallicum *sentir*, odorari. — Lemma addidimus.

CCCLXXXI. Cramer. *ibid.* p. 310. Lemma addidi. Cramer. Αἰσθήσεων τρεῖς, ἔργον ἕν, τ. π., Τριάς σε κ. τ. λ. — Vs. 2. fortasse leg. πρώτη.

CCCLXXXII. Cramer. *ibid.* p. 310. Nequaquam id epigr. intellexisse videtur Cramerus, qui ita interpunxit ut nullus inde emineret sensus.— Vs. 4. Pro τύποι scripsi τύπους quod postulat sententia.

CCCLXXXIII. Cramer. *ibid.* p. 310.— Vs. 2. Ternarius numerus nobis datur utpote Christianis, qui Deum unum et trinum colimus; binarium numerum s. dyadem Epicuro attribuit poeta, quia huic philosopho placuit omnia duobus contineri, inani et atomis, Platoni quinarium, s. pentadem, quia, ut ait Plutarchus (*Mor.*, p. 374, A), τὰ πάντα τῶν πέντε παρώνυμα γέγονε κατὰ λόγον, ἅτε δὴ τῆς πεντάδος ἐκ τῶν πρώτων ἀριθμῶν συνεστώσης. (Vid. et eumd. initio *Probl. Rom.*); quaternionem autem Pythagoræ, quia fontem (Χρυσ. ἔπ. 48) tetrada s. tetractyn dicebat esse semper fluentis naturæ, παγὰν ἀενάου φύσεως, aut, teste Hierocle (*Comment. in Aur. vers.* 62 sqq), ab illis qui primi nomina rebus indiderunt, acceptus fuit numerus quaternarius ut qui hunc mundum condiderit. Denarii quoque notandum est vim cerni posse in quaternario sic $1+2+3+4=10$; ergo ex animi numero, qui quaternarius est, fit denarius qui numeri est perfectio. — Cf. Pythagoræ attributos versus ap. Proclum *In Timæum* II et III :

Τετράδ' ἐπὶ ζαθέην, ἣ δὴ τέκε μητέρα πάντων
ἄτροπον, ἀκαμάτην, δεκάδα κλείουσί μιν ἁγνήν.

CCCLXXXIV. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 477, e cod. 1630, p. 63, 2; Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 298 e cod. 352. — « Lemma foret aptius sic refictum : Εἰς τὸν Χριστὸν ὑπὸ τῆς Θεοτόκου φερόμενον. — Vs. 3. Cod. βλέπεις. — Id tabulæ pictæ seu anaglyptæ adscriptum crediderim referenti quam vocant Itali *una pietà,* id est Divæ Virginis Christum mortuum in genibus et brachiis jacentem, aut, quod verisimilius est, Virginis-matris in gremio puellulum infantem Christum gestatum.

CCCLXXXV. Cramer. *ibid.* p. 310 sq. Pictor alloquitur, opinor, Deiparam Virginem, et precatur ut artem suam adjuvet. — Vs. 2. Cramer. Παρθένου. — Vs. 4. Cramer. κεράσεις. — Vs. 6. Cramer. κόρη.

CCCLXXXVI. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 311. — Vs. 2. ἀρχὴ κτλ., *id est* « fuit enim et martyrum primus, tormenta passus per quæ lex nova suum ad finem adduceretur, quod caritatis regnum est. » — Cf. hymn. in fest. S. Stephani : Miris probat sese modis — suos in hostes caritas : — et blandiens et increpans, — amica semper caritas. — Qui stans perorabat sibi,cadens et exspirans humi,— lingua diserti sanguinis — suis perorat hostibus, etc.

CCCLXXXVII. Cramer. *ibid.* p. 311, ut in præcedente epigr. et in seqq. alludit poeta græci nominis στεφάνου sensui, quod coronam significat. Jam eamdem occupaverat similitudinem, quam latine minus percipi potest,Christianus poeta Prudentius, *Diptych.* 174 sqq. : Christum tamen ille cruentus — inter saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi — hostibus : o primæ pietas miranda *coronæ!*

CCCLXXXVIII. Cramer. *ibid.* Inter graves illas facetias haud clare apparet sensus. — Vs. 2. Cram. τὸν μάργαρον. — Vs. 4. ἄνθεσι.

CCCLXXXIX. Cramer. *ibid.* — Vs. 2 sq. Conf. hymn. in Sanct. Stephanum : Ad lucis æternæ jubar exutus artus evolat.

CCCXC. Cramer. *ibid.* Semper eumdem de duplici vocis στεφάνου sensu lusum repetit sibi placens poeta.

CCCXCI. Cramer. *ibid.* p. 312. Ut in præcedente epigr. ὁ πρὶν διώκτης κτλ. significat Paulum. — Vs. 4. fort. leg. τοῦτο « et hanc Stephani accepit coronam. »

CCCXCII. Cramer. *ibid.* p. 312. — Vs. 1 sqq. Ὁ συμφονευτὴς κτλ. Significatur Paulus qui Saulus nomine, ut aitPrudentius, « lupus ante rapax vestitur vellere molli. »

CCCXCIII-CCCXCV. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 318. Vs. 1. S. Joan. XI, 35-36 : Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς· ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι· Ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν. — Vss. 3-5. Ἄπνους φωνῇ μόνῃ.. S. Joan. *ib.* Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις. Vss. 6-7. Cf. Massil. *Homil. in Evangel. de Lazaro :* « O mon Dieu!... ordonnez encore une fois à ces ossements arides (hominem in peccati morte jacentem) de se ranimer, et de recouvrer la lumière et la vie de la grâce qu'ils ont perdue. »

CCCXCVI. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 320. Vid. cap. IV. *Epigr. exhort.* : Λυσσᾷ μὲν ἡ σάρξ.

CCCXCVII. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 326 sq.

CCCXCVIII. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 327.

CCCXCIX. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 327 sq. Hic tumulus ita, ut videtur, factus erat, ut superne similitudinem haberet throni in quo pictus erat sedens Deus, atque, ut Deum in cælo circumdant cum Virgine Matre, discipuli ceterique Sancti,sic eorum simulacra hunc thronum, supplicibus sublatis manibus, circumdantia.Precatur poeta huic qui sub tumulo jacet similis ille fiat qui sacras imagines istas perfecit.

CD. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 328.

CDI. Cramer. *ibid.* t. IV, p. 328.— Ἀρχιστράτηγος est divus Michael archangelus. Pertinet epigramma ad tabulam quamdam in qua depictus erat hic sacræ militiæ princeps.

CDII. In thesauro monasterii *Cisterciensis* (*Citeaux*), in theca inaurata, in qua inclusum esse dicitur brachium S. Joannis Baptistæ. Editus legitur in libro, qui inscriptus est *Voyage littéraire de deux religieux Bénédictins de la Congrégation de Saint-Maur*. T. I, p. 223. Thecam hanc Benedictini ab Ottone Cycons Carysti principe, cui muneri data fuerat a Balduino imperatore, monasterio Cisterciensium donatam esse tradunt. Constantinus ille qui in hoc tituli memoratur, quis fuerit, nos fugit. *Corp. Insc. gr.* t. IV, p. 362, n. 8786.

CDIII. Cramer. *ibid.* p. 328. Cf. infr. nn. 404-406.

CDIV. Cramer. *ibid.* p. 292. — Vs. 1. Lychnum vocat Div. Joannem præcursorem ex Joanne evangelista, cap. V, 33, ubi Christus : ἐκεῖνος, inquit, ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων. Cf. seqq. epigram. et Nonnum in *Joann.* V, 135 sq. :

Κεῖνος Ἰωάννης νοεροὺς σπινθῆρας ἰάλλων
εὐσεβίης πέλε λύχνος ἐτήτυμος ἀνδράσι φαίνων...

— Vs. 2. ἐλέγχων πηγήν idem metaphorice exprimit quod Joannes Evangelista verbo μαρτυρεῖ de Joanne Præcursore, *ibid.* 33, 36 et cap. I, 7, 8, 15, etc.

CDV. Cramer. *ibid.* Ut præcedens epigr., ad Divi Præcursoris caput pertinet. Vid. et seq. epigrammation.

CDVI. Cramer. *ibid.* Ut priora tria epigr. ad Divi Joannis præcursoris caput pertinet. Cf. Joann. Evang. I, 7, 8.

CDVII. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 475. Cramer. *Anecd. gr. Par.* t. IV, p. 333. Vs. 1. ἀρχαῖον pro ἀρχαιότατον, ut vers. seq. χάρις pro μεγίστη χάρ. sive χαριέστατον. — « Adumbratum hoc epigr. ex responsis Æthiopum regis et Thaletis in Plutarchi *Convivio*, 8-9. » *Boiss.* Ἐκέλευσεν (ὁ Ἄμασις) αὐτὸν (τὸν Αἰθίοπα) εἰπεῖν τὸ πρεσβύτατον, καὶ τὸ κάλλιστον, καὶ τὸ μέγιστον κτλ.... Ἀναγνώσομαι δὲ ὑμῖν ὥσπερ ἀπεκρίνατο· τί πρεσβύτατον; χρόνος· τί μέγιστον; κόσμος· τί σοφώτατον; ἀλήθεια· τί κάλλιστον; φῶς· τί κοινότατον; θάνατος· τί ὠφελιμώτατον; θεὸς κτλ..... Κἀγὼ νῦν διηγήσομαι τὰς ἀποκρίσεις καὶ τὰς ἐρωτήσεις. τί πρεσβύτατον; θεὸς, ἔφη Θάλης, ἀγέννητον γάρ ἐστι· τί μέγιστον; τόπος· τἆλλα μὲν γὰρ ὁ κόσμος, τὸν δὲ κόσμον οὗτος περιέχει· τί κάλλιστον; κόσμος· κ. τ. λ.

CDVIII. « *Weilburgi* in gaza ducis Nassoviensis, in lipsanotheca perampla opere ornata tessellato quam ann. 1205 Constantinopoli in patriam attulit Henricus de Ulmena, eques Trevirensis, cui inclusa est præter decem reliquiarum cistulas crux parva auro inducta. » Inscriptiones omnes cum soluta oratione tum versibus comprehensas edidit Kirchhoff. *Corp.* t. IV, p. 324 sqq. n. 8695. « Basilius, a quo theca illa amplior cum operimento est adornata, Romani Lecapeni filius fuit nothus. Is quum a Constantino Porphyrogenito, recuperato imperio, dignitatum complurium honoribus esset ornatus, a Nicephoro Phoca (963-969) πρόεδρος est factus. Idem gratia multum valuit etiam Joanne Zimisce regnante (970-976) superstes. Itaque thecæ inscriptiones ad annos 963-976 referendas esse apparet. Paulo antiquior, qui cruci inscriptus legitur titulus; qui cum a Constantino et Romano eam adornatam esse testetur, intelligendi necessario sunt Constantinus VII Porphyrogenitus et Romanus Lecapenus qui una imperavere 920-944. » *Kirchh.* — Theca loquitur.

CDIX. Vid. de hoc epigrammate annotat. ad n. 408 : Οὐ κάλλος εἶχεν...

CDX. *Gerasis* Syriæ. *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 306, n. 8655. Supplementa sunt Boeckhii. « Titulus positus olim fuisse videtur in fronte templi alicujus pagani, quod ab omni ethnicorum sacrorum fœditate expurgatum cum sua pecunia in ecclesiæ Christianæ usum conformandum curasset Æneas sacerdos, ejus benefacti quod prætereuntes memores esse juberet, posuit elogium supra perscriptum, in quo loquens opus ipsum inducitur. » — Kirchhoff. *Corp.* l. c. — Vs. 5. Lapis habere videtur ΑΙΕϹΡΕΙΡΕΤΟ, ubi non cum Boeckhio διεσπείρετο legimus, sed διεγείρετο; cf. *excitatissimus* odor, Plin. XX, xvii, 71. — Vs. 8. Ἀμβροσίοιο, *ambrosiæ* odorem diffundens. Cf. Virg. *Æn.* I, 403 sq. : *Ambrosiæ* que comæ divinum, vertice odorem | spiravere (ἀμβρόσιαι χαῖται, Hom. *Il.* I, 529.

CDXI. Ex cod. Palatino edidit Sylburgius in Præfat. edit. suæ Theodoreti, p. xv, cum nota sequente : « Hoc epigr. alludit ad acta concilii Ephesini, quæ a Zonara (t. III, 35, 9) [XIII, 22] his verbis attinguntur : Πρὸς τρανοτέραν δὲ τῆς πίστεως ὁμολογίαν, καὶ τῆς δυσσεβείας τοῦ Νεστορίου σαφέστερον ἔλεγχον, καὶ δώδεκα συντάξας κεφάλαια ὁ ἱερώτατος Κύριλλος τῆς ὀρθῆς δόξης ὑπομνήματα τῇ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν. Ὁ δὲ Νεστόριος ἀπεβλήθη καὶ τοῦ τῶν ὀρθὰ φρονούντων ἀρχιερέων ἀπεκινήθη χοροῦ. Μετὰ τρίτην δὲ τῆς συνόδου ἡμέραν ἐφίστανται τῇ Ἐφέσῳ ὅ τε Ἀντιοχείας Ἰωάννης (Chrysostomus videlicet) καὶ ὁ Κύρου ἐπίσκοπος Θεοδώρητος καὶ ὁ Ἐδέσης Ἴβας καὶ ἕτεροι· καὶ ὅτι μὴ καὶ τὴν αὐτῶν παρουσίαν οἱ τῆς συνόδου ἀνέμειναν ὀργισθέντες κατὰ τοῦ μεγάλου Κυρίλλου, ὡς τῶν ἄλλων ἐξάρχοντος, τήν τε τοῦ Νεστορίου καθαίρεσιν ᾐτιάσαντο, καὶ ἐκείνῳ θέμενοι, τοῦ τε θείου Κυρίλλου καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφέσου καθαίρεσιν ἐψηφίσαντο. Ὁ Θεοδώρητος δὲ καὶ κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τῶν τοῦ Κυρίλλου ἐχώρησε, καὶ ἐς ἀνατροπὴν αὐτῶν κεφάλαια συνέταξεν ἕτερα· πρὸς ἃ πάλιν ὁ μέγας ἀντηγωνίσατο Κύριλλος, οὐκ ὀρθῶς δογματίζειν ἐλέγχων τὸν Θεοδώρητον κτλ. — De Joanne metropol. Euchait. vid. Pselli ἐγκώμ. εἰς Ἰωάννην in v. doct. Sathæ *Biblioth. gr. med. ævi* t. V, p. 142 sqq.

CDXII. *Venetiis*, in æde S. Marci. Edidit post alios (quos vide ap. eum) Kirchhoff. in *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 329, n. 8706. — Imperatoris istius « quum dicatur vs. 4. uxoris Irenes nomen fuisse, persuasum est eum esse Michaelem Calaphatem, quem, flagitante ejus patruo Michaele Paphlagone post mariti mortem anno 1041 imperatorem dixerat Zoe Augusta, oculis privatum abdicare se imperio coegit eadem anno insequente. » *Kirchh.*

CDXIII. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, 475 sq. ex cod. Bibl. Publ. Paris. 1630, p. 195, 2. Satis apparet epigramma hoc esse de tabula picta qua repræsentabatur arch. Michael figura et coloribus quibus depingi solebat. — Vs. 5. Cf. supr. n. 373.4.

CDXIV. Boissonad. *ibid.* t. II, p. 476, ex cod. eod. Lemma addidit « duce sententia », quæ eadem est ac præcedentis epigrammatii. Edidit et Cramerus (*Anecd. gr. Paris.* ex codice 352, t. IV, p. 301) sub hoc lemnate Εἰς τὸν Ἀρχιστράτηγον, pessima interpunctione. Vs. 1. Cramer. σύ. — Ex seq. epigr. facile conjicias induci pictorem loquentem, sibique omnia bona, inimicis mala optantem.

CDXV. Boissonad. *ibid.* t. II, p. 476, ex codic.

1630, p. 63, 2 : « Michaelem archangelum nomine peculiari archistrategi nuncupant Græci. » Pictor loquitur. — Cf. prius epigr. Edidit et Cramer e cod. Parisiensi 352, *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 297.

CDXVI. *Constantinopoli* « in hisce divo Præcursori (Joanni Baptistæ) ædibus sacratis varias ejusdem asservatas olim reliquias par est credere, quæ, capta a nostris urbe, in Galliam potissimum allatæ sunt. Has inter exstitit haud dubie ossiculum ex manus vola seu carpo in manu ærea deaurata inclusum, quod in monasterio sanctæ Magdalenæ Castellodunensi ordinis canonicorum regularium sancti Augustini religiose colitur, ex cujus inscriptione in qua manus et brachii commissura insignem hanc reliquiarum thecam fuisse olim doctissimæ ac nobilissimæ Annæ Comnenæ Porphyrogenitæ, Alexii imperatoris filiæ, colligimus. » Du Cange, *Constant. Christ.* lib. III, p. 104. — Diverbium finxit poeta spectatoris opus mira arte factum mirantis et caussas quærentis cum theca ipsa respondente et operis auctorem prædicante. Luditur præterea in similitudine vocum Παλαιστίνη et παλαιστή (vss. 2 et 3) et varia vocis καρπὸς notione (vss. 1, 2, 4).

CDXVII. Prope *Athenas*, ἐπὶ τῆς στήλης τῆς κατὰ τῆς ὁδοῦ τῶν μεσογείων κειμένης πλησίον τοῦ Ὑμηττοῦ. Habet Pittaces, Ἐφημ. ἀρχαιολογ. p. 401-92, n. 778. — Vid. *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 345, n. 8752. Annus subscriptus, ,ςψμς est mundi 6746, qui est post Christ. 2138.

CDXVIII. E codice reg. 1630 p. 147 edidit Boissonad. *Anecd.* t. I, p. 399 sq. « Exstitit enim Andronici senioris ætate protosecretarius nomine Βαρδαλῆς, quod ex ineditis Nicephori Chumni epistolis didici. » *Boiss.* Lemma autem eumdem officii titulum habet : τοῦ σοφωτάτου πρωτασηκρήτις κτλ. « Describit ornamenta vel picta vel sculpta portæ templi cujusdam, quibus ultimi judicii (hic enim est verborum ἡ δευτέρα παρουσία sensus) imago exhibebatur. » *Id.*

CDXIX. Edidit Montefalcon. *Diar. Ital.* p. 363 sq. ex codic. membranac. Florent. VIII sect., in fronte Dionys. Areopag. operum.

CDXX. Vs. 1. Montefalc. ἱεράρχια cum nota (*sic*); male transtulit μέλψας *demulseris*; ceteram ejusdem versionem retinuimus.

CDXXI. Miller. *Catal. cod. mss. gr. Bibl. scorial.* p. 45. — Fabric. *Bibl. gr.* IX, p. 2. — Vs. 3. « L'auteur joue sur les mots Ἐμμελία et ἐμμελής. » *Miller.* — Hoc epigrammation Man. Philæ esse videtur.

CDXXII. Boisson. *Anecd. gr.* t. III, p. 462. — In lemmate ἐγκόλπιον est reliquiarum theca, Gall. *une châsse*. Vid. *Thesaurum* s. v.

CAPUT IV.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΑ ΚΑΙ ΙΚΕΤΕΥΤΙΚΑ.

1. ΣΟΛΩΝΟΣ.

Σχολιόν.

Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον,
ὅρα μὴ κρυπτὸν ἔγχος ἔχων
κραδίῃ, φαιδρῷ
προσεννέπῃ προσώπῳ,
γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος
ἐκ μελαίνης φρενὸς γεγωνῇ.

2. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Ἦν ἄρ' ἔπος τόδ' ἀληθὲς, ὅτ' οὐ μόνον ὕδατος αἶσαν,
ἀλλά τι καὶ λέσχης οἶνον ἔχειν ἐθέλει.
Οὐ γὰρ ἀπόβλητον Διονύσῳ, οὐδὲ γίγαρτον.

3. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί.
Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ·
« Οἵα περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. »
Παῦροί μιν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι
στέρνοις ἐγκατέθεντο. Πάρεστι γὰρ ἐλπὶς ἑκάστῳ,
ἀνδρῶν ἥ τε νέων στήθεσιν ἐμφύεται.
Θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης,
κοῦφον ἔχων θυμόν, πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ.
Οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασσέμεν οὔτε θανεῖσθαι,
οὐδ', ὑγιὴς ὅταν ᾖ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.
Νήπιοι, οἷς ταύτῃ κεῖται νόος, οὐδέ τ' ἴσασιν,

EPIGRAMMATA EXHORTATORIA ET SUPPLICATORIA.

SOLONIS.

Scolion.

Cavens virum unumquemque,
vide ne occultum gladium habens
corde, hilari
alloquatur vultu;
lingua autem ei duplex
ex nigra mente resonet.

2. SIMONIDIS.

Erat sane verum hocce verbum, quod non solum [aquæ partem-justam,
sed et aliquid colloquii vinum vult habere.
Non enim rejiciendum hoc Baccho, neque gra- [num acini.

3. EJUSDEM.

Nulla res inter homines perpetuo firma manet.
Unam hanc *sententiam* vir Chius pulcherrime [dixit :
« Qualis foliorum generatio, talis et hominum. »
Hanc pauci mortales auribus perceptam
pectoribus condunt. Adest enim spes cuique
quæ virorum adolescentium animis innascitur.
Mortalium vero quamdiu aliquis florem obtinet [amabilem juventutis,
levi præditus animo, multa irrita cogitat.
Neque enim opinionem habet senectutem-sibi- [affuturam, neque se moriturum,
neque, dum sanus est, curam habet morbi.
Stulti, quibus hoc modo sita mens, neque intelligunt

---

2. SIMONIDÆ.

Veridicum dictum vetus est, quod non aqua tantum,
fabula sed pariter vult comes ire mero.
Quippe nec invisum hoc inhonoratumque Lyæo.

H. GROTIUS.

3. EJUSDEM.

Rebus in humani generis durabile nil est.
Veridico Chius dixerat ore senex :
« Est similis plane foliis humana propago » ;
sed pauci ista suis auribus hausta, simul
mentibus inscripsere. Fovet spes credula cunctos,
quæque virûm et juvenum cordibus insinuat.
Nam dum multivoli vernat vaga temporis ætas,
multa homines volvunt irrita consilia.
Quin neque tunc leti mordet, neque cura senectæ
pectora, nec morbos florida membra timent.
Tantilla est miseris sapientia, nec videt ævi

ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότου ὀλίγος
θνητοῖς. Ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα
ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

4. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐκ ἔστιν μείζων βάσανος χρόνου οὐδενὸς ἔργου,
ὃς καὶ ὑπὸ στέρνοις ἀνδρὸς ἔδειξε νόον.

5. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τήν ῥά ποτ' Οὐλύμποιο περὶ πλευρὰς ἐκάλυψεν
ὠκὺς ἀπὸ Θρήκης ὀρνύμενος Βορέης,
ἀνδρῶν δ' ἀχλαίνων ἔδακε φρένας, αὐτὰρ ἐθάφθη
ζωή, Πιερίην γῆν ἐπιεσσαμένη,
ἔν τις ἐμοὶ καὶ τῆς χεέτω μέρος· οὐ γὰρ ἔοικε
θερμὴν βαστάζειν ἀνδρὶ φίλῳ πρόποσιν.

6. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ Η ΕΠΙΧΑΡΜΟΥ.

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ,
δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι,
τὸ δὲ τρίτον πλουτεῖν ἀδόλως,
τέταρτον δὲ ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων.

7. ΑΝΑΞΑΝΔΡΙΔΟΥ.

Πρὸς τοῦτο Ἀναξανδρίδης οὕτω παρῴδησεν.

Ὁ τὸ σκόλιον εὑρὼν ἐκεῖνος, ὅστις ἦν,
τὸ μὲν ὑγιαίνειν πρῶτον, ὡς ἄριστον ᾖ,
ὠνόμασεν ὀρθῶς, δεύτερον δ' εἶναι καλόν,
τρίτον δὲ πλουτεῖν. Τοῦθ', ὁρᾷς, ἐμαίνετο·
μετὰ τὴν ὑγίειαν γὰρ τὸ πλουτεῖν διαφέρει,
καλὸς δὲ πεινῶν αἰσχρόν ἐστι θηρίον.

8. ΚΛΕΟΒΟΥΛΙΝΗΣ.

Ἄνδρ' εἶδον κλέπτοντα καὶ ἐξαπατῶντα βιαίως·
καὶ τὸ βίᾳ ῥέξαι τοῦτο δικαιότατον.

9. ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ.

Οὐ φίλος, ὃς κρητῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων
νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει·

quam tempus sit juventutis et vitæ breve
mortalibus. Tu vero hæc doctus vitæ usque ad ter-
animo *tuo* bona persevera gratificans. [minum

4. EJUSDEM.

Non est melior index ullius rei quam tempus, [tem.
quod vel sub pectoribus hominis indicat men-

5. EJUSDEM.

Quam olim Olympi circa latera condidit *nivem*
citus a Thracia egressus Boreas,
hominum autem sine-læna pectora momordit; sed
viva, Pieriam terram induta, [sepulta est
quamdam aliquis mihi et hujus infundito partem :
[non enim decet
calidam ferre viro amico propinationem.

6. SIMONIDIS SIVE EPICHARMI.

Valere quidem optimum est homini mortali,
secundo autem forma pulcrum esse,
tertioque divitem esse sine-dolo,
quarto et juventute-florere cum amicis.

7. ANAXANDRIDIS.

Sententiam hanc in aliud sic detorsit Anaxandrides.

Ille, quisquis fuit, qui scolion excogitavit,
sanitatem quidem primam, quia optima sit,
nominavit recte, secundam autem venustatem,
tertiamque divitias. Hoc dicens, vides, insanie-
Nam post sanitatem opes præcellunt; [bat.
venustus autem esuriens turpis bellua est.

8. CLEOBULINÆ.

Hominem vidi furantem et fraudantem violenter :
sane hoc violentia fecisse justissimum.

9. ANACREONTIS.

[num-potans.
Non amicus *ille* qui cratera juxta plenum vi-
jurgia et bellum lacrimosum loquitur :

---

atque juventutis quam breve sit spatium.
Tu monitus meliora, datur dum vivere, vive :
vive, inquam, et genio comiter obsequere.

H. GROTIUS.

4. EJUSDEM.

Tempus cuncta docet, quo non est certior index :
namque imam mentem pectoris evoluit.

H. GROT.

5. DE NIVE.

Quam posuit quondam latus ad sublimis Olympi,
qui ferus Odrysio ventus ab axe venit,
immitis sine veste viris; quæ lumina vitæ
condita Pierio pulvere deseruit.
Pars aliqua ex illa veniat mihi; crimen, amico
namque homini calidi sit dare pocla meri.

H. GROT.

8. CLEOBULINÆ.

Cognovi quemdam fallentem et vi spoliantem :
vi facere hoc certe res magis æqua fuit.

BIBL. DID.

9. ANACREONTIS.

Non placet ille mihi, qui lites sævaque bella
dum spumant Bromio pocula rore, crepat :

ἀλλ' ὅστις Μουσέων τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης
συμμίσγων, ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης.

10. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἄμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι·
— Ἄμες δέ γ' ἐσμέν· αἰ δὲ λῇς, αὐγάσδεο.
— Ἄμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες.

11. ΑΛΛΟ.

Νῦν ἄμμες, πρόσθ' ἄλλοι ἐθάλλεον, αὐτίκα δ' ἄλλοι,
ὧν ἄμμες γενεὰν οὐκέτ' ἐποψόμεθα...
Οἳ θάνον, οὐ τὸ ζῆν θέμενοι καλόν, οὐδὲ τὸ θνήσκειν,
ἀλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερ' ἐκτελέσαι.

12. ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.

.... κούρα περιώνυμε μᾶτερ ἀλεξιπό[νου..
...ς ἀκειροκόμα[ς; ...] ναριθμι; ....
...ε... εὐεπ.....

13. ΕΥΗΝΟΥ.

Πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψε
κρυπτόμενον, μανίας πουλὺ χερειότερον.

14. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πολλοῖς ἀντιλέγειν μὲν ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως·
ὀρθῶς δ' ἀντιλέγειν οὐκέτι τοῦτ' ἐν ἔθει.
Καὶ πρὸς μὲν τούτους ἀρκεῖ λόγος εἷς ὁ παλαιός·
— Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστω, ἐμοὶ δὲ τάδε.
Τοὺς ξυνετοὺς δ' ἄν τις πείσειε τάχιστα λέγων εὖ,
οἵπερ καὶ ῥᾴστης εἰσὶ διδασκαλίης.

15. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρὸς σοφίᾳ μὲν ἔχειν τόλμαν μάλα σύμφορόν ἐστι,
χωρὶς δὲ, βλαβερὴ καὶ κακότητα φέρει.

16. ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ (?).

Αἴσωπός ποτ' ἔλεξε Κορίνθιον ἄστυ νέμουσι·

sed quisquis Musarumque et splendida dona Veneris
commiscens, amabilis memor est voluptatis.

10. ANONYMUM.

Nos olim fuimus strenui, juvenes.
— Nos sane sumus : si vis, explora.
— Nos sane erimus multo meliores.

11. ALIUD.

Nunc nos, antea alii florebant, moxque alii,
quorum nos generationem non jam videbimus...
Qui mortui sunt, sibi non vivere habuere pulcrum, [neque mori,
sed ea pulcre ambo efficere.

12. SOPHOCLIS.

..... filia nomine-celebrato mater illius-qui-arcet- [labores
..... intonsus..... numero adscript.....
..... bene-loq.....

13. EVENI.

Sæpe hominum ira mentem detexit
occultam, quæ longe pejor erat insania.

14. EJUSDEM.

Multis quidem mos est in omnibus ex æquo con- [tradicere
recte vero contradicere non jam in more *eorum* [*est*.
Et adversus illos satis est sermo unus antiquus :
— Tibi quidem hæc videntur, esto ; illa vero mihi.
Sed prudentes aliquis persuaderet celerrime di- [cens bene,
qui et facillimæ sunt disciplinæ.

15. EJUSDEM.

Cum sapientia quidem audaciam habere perutile [est ;
absque *illa* vero, noxia est et damnum affert.

16. SOCRATIS (?).

Æsopus quondam dixit Corinthiam urbem inco- [lentibus :

---

sed quis Pieridum Cythereæ munera miscens
muneribus, læto tempore læta canit.

H. GROT.

11. ALIUD.

Nunc nos, ante alii viguere, aliique vigebunt,
quorum nos ævum cernere fata vetant.
His neque defungi visum est, neque vivere pulcrum :
cura fuit recte vivere, sicque mori.

PLUT. DID.

13. EVENI.

Ira et quæ penitus cordis sub sede latebunt,
tormentum gravius quam furor, exterebrat.

H. GROTIUS.

14. EJUSDEM.

Sunt quibus is mos est, nullo ut discrimine contra-
dicere, non etiam dicere recta velint.
His ego censuerim vetus hoc debere reponi :
« Illa tibi placeant, dum magis ista mihi ».
Rem bene si dicas, prudentes flectere paucis
est tibi : sunt etenim ductilis ingenii.

H. GROTIUS.

15. EJUSDEM.

Audere egregium est atque utile, si sapere adsit ;
abjunctum clades et mala ferre solet. H. GROTIUS.

16. SOCRATIS (?).

Civibus Æsopus dixit queis culta Corinthus,

Μὴ κρίνειν ἀρετὴν λαοδίκῳ σοφίῃ.

Ne judicare *velitis* virtutem populari sapientia.

17. ΑΣΠΑΣΙΑΣ (?).

Σώκρατες, οὐκ ἔλαθές με πόθῳ δηχθεὶς φρένα τὴν [στὴν
παιδὸς Δεινομάχης καὶ Κλεινίου. Ἀλλ' ὑπάκουσον,
εἰ βούλει σοι ἔχειν εὖ παιδικά· μηδ' ἀπιθήσῃς
ἀγγέλῳ, ἀλλὰ πιθοῦ· καί σοι πολὺ βέλτιον ἔσται.
Κἀγὼ, ὅπως ἤκουσα, χαρᾶς ὕπο σῶμα λιπαίνω
ἱδρῶτι, βλεφάρων δὲ γόος πέσεν οὐκ ἀθελήτως.
Στέλλου, πλησάμενος θυμὸν Μούσης κατόχοιο,
ᾗ τόνδ' αἱρήσεις ᾠδῶν δεινοῖσι πόθοισιν.
Ἀμφοῖν γὰρ φιλίας ἥδ' ἀρχή· τῇδε καθέξεις
αὐτὸν προσβάλλων ἀκοαῖς ὀπτήρια θυμοῦ.

17. ASPASIÆ (?)

Socrates, me non fugit te amore depastum esse [præcordia
pueri Dinomaches et Cliniæ. Verum audi,
si vis tibi bene esse delicias; neque parere recuses
nuntianti, sed crede: et tibi multo melius erit.
Et ego ut audivi, præ gaudio corpus pinguefacio
sudore, palpebrisque gemitus excidit non sine-vo- [luntate.
Accingere, pleno animo Musæ numine afflatus
qua eum capies, cantuum valida cupidine.
Ambobus enim id amicitiæ principium: hac tene- [bis
eum, adhibens auribus sponsalia animi.

18. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ τοῦ ἐν Ἐπιδαύρῳ νεώ.

Ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα
ἔμμεναι· ἁγνείη δ' ἔστι φρονεῖν ὅσια.

18. ANONYMUM.

In vestibulo Epidaurii templi.

Castum oportet eum qui templum odorum introit,
esse; castitas autem est, si quis pia cogitet.

19. ΑΛΛΟ.

Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

19. ALIUD.

Multi calculorum-conjectores, pauci vero fatidici [viri.

20. ΑΛΛΟ.

Ἀγρότα, σὺν ποίμναις τὸ μεσαμβρινὸν ἤν σε βαρύνῃ
δίψος ἀν' ἐσχατιὰς Κλείτορος ἐρχόμενον,
τῆς μὲν ἀπὸ κρήνης ἄρυσαι πόμα, καὶ παρὰ Νύμφαις
Ὑδριάσι στῆσον πᾶν τὸ σὸν αἰπόλιον. [αὔρη
Ἀλλὰ σὺ μήτ' ἐπὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ, μή σε καὶ
πημήνῃ, τερπνῆς ἐντὸς ἐόντα μέθης.

Φεῦγε δ' ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον, ἔνθα Μελάμπους
ῥυσάμενος λύσσης Προιτίδας ἀρτεμέας
πάντα καθαρμὸν ἔβαψεν ἀπόκρυφον, εὖτ' ἄρ' ἀπ' [Ἄργους
οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν Ἀρκαδίης.

20. ALIUD.

Rustice, cum gregibus si meridiana te gravet
sitis agros Clitorios ingressum,
hoc de fonte hauri quod-bibas, et juxta Nymphas
Hydriadas siste omnem tuum caprinum-gregem.
Sed tu ne lavacra injicias corpori, *i. e.* ne corpus [hac aqua laveris, ne te vel aura
male afficiat, jucundam quando es intra ebrie- [tatem.
Fuge autem meum fontem qui-vites-odit, ubi Me- [lampus
postquam exsolverat rabie Prœtidas integras,
omnia purgamenta immersit occulta, cum ab Argis
in montes asperæ venit Arcadiæ.

21. ΑΛΛΟ.

Ἐν μέσσῳ γε Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἄνερ, ὅθ' Ἑρμῆς,

21. ALIUD.

In medio *spatio* Thriæque et urbis, vir, ubi Her- [mes *sum*

---

ne virtutem in jus judice plebe vocent.

DIOG. L. EDIT. DID.

18. ANONYMUM.

In vestibulo Epidaurii templi.

Turicremum visens templum, sit purus oportet:
at mens sancta agitans res mihi pura puta est.

IO. SCHEFF.

19. ALIUD.

Plures thriobolos, paucos est cernere vates.

ERASM.

20. ALIUD.

Si te, Clitoriis ubi cum grege finibus erras,
urat, iter medium sole tenente, sitis,
securus bibe fontis aquas, juxtaque puellas
Naiadas in molli gramine siste pecus.
Parce sed his corpus mundare liquoribus, et si
ebrius es, noceat ne qua vel aura, fuge.
Odit enim fons hic vites: hac ipse Melampus
Prœtidas exsolvit labe furoris aqua:
in lymphis hæsere piamina; triga sororum
ad juga namque Argis venerat Arcadiæ. H. GROT.

Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· στεῖχε δίκαια φρονῶν.

Monumentum hocce Hipparchi : vade justa co-[gitans.

22. ΑΛΛΟ.

Ἦν Λακεδαιμόνιος Χείλων σοφὸς, ὃς τάδ' ἔλεξε·
« Μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά. »

22. ALIUD.

Fuit Lacedæmonius Chilon sapiens, qui hæc dixit :
« Nihil nimis; opportunitati omnia adsunt bona. »

23. ΑΛΛΟ.

. . . .
Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὅς μ' ἀνέθηκεν·
« Μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά »:

23. ALIUD.

. . . . [dicavit :
Hæc dicebat Sodamus, Eperati *filius*, qui me de-
« Ne quid nimis; in tempore adsunt omnia pul-[cra. »

24. ΑΛΛΟ.

Τοιάδε τις δείξας παραδείγματα παισὶν ἑαυτοῦ,
μᾶλλον ὀρέξασθαι τῆς ἀρετῆς προτρέπει.

24. ALIUD.

Talia quicunque ostendit exempla liberis suis.
magis ad appetendam virtutem *eos* impellit.

25. ΗΔΥΛΟΥ.

Ἐξ ἠοῦς εἰς νύκτα, καὶ ἐκ νυκτῶν Πασισωκλῆς
εἰς ἠοῦν πίνει τετραχόοισι κάδοις·
εἶτ' ἐξαίφνης που τυχὸν οἴχεται· ἀλλὰ παρ' οἶνον
Σικελίδου παίζει πουλὺ μελιχρότερον.
Ἐστὶ δὲ δὴ πουλὺ στιβαρώτερος· ὡς δ' ἐπιλάμπει
ἡ χάρις! ὥστε φίλει καὶ γράφε καὶ μέθυε.

25. HEDYLI.

Ex aurora usque ad noctem et ex nocte Pasisocles
ad auroram bibit e quatuor-congiorum cadis :
inde subito sicubi contingit, abit : sed in vino
Sicelide ludit multo magis-melleo *cantu*.
Est et multo gravior : ut autem affulget
gratia ! itaque ama et scribe et ebrius-fias.

26. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πίνωμεν· καὶ γάρ τι νέον, καὶ γάρ τι παρ' οἶνον
εὕροιμεν λεπτὸν καί τι μελιχρὸν ἔπος.
Ἀλλὰ κάδοις Χίου με κατάβρεχε, καὶ λέγε· Παῖζε,
Ἡδύλε· μισῶ ζῆν εἰς κενὸν, οὐ μεθύων.

26. EJUSDEM.

[in vino
Bibamus : etenim aliquod novum, etenim aliquod
reperiemus *forsan* subtile, et aliquod melleum [carmen.
Sed cadis Chii *vini* me perfunde, et dic : « Lude
Hedyle : » odi vivere incassum, non inebriatus.

27. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Χαῖρέ μοι, ὦ Δ]ήλου μεδέων, φαεσίμ[βρ]οτε Τιτὰν,
ἄντροις ὀ]μφαίοισι Κλάρου Βράγχου τε ἱ[ε]ροῖ[σιν
τιόμεν', ὡρομέδων, μουσηγέτα, χρυσοέθειρε,
Δελφῶν] ὦνα πε[το]ῶν, πάτερ ἄφθ[ιτ]ε, δεῦρ' ἐ[πά-[ρηξον

27. ANONYMUM.

Salve mihi, o Deli regnator, mortalibus-lucem-[adferens Titan,
in antris fatidicis Clari Branchique sacris
honorate, horarum-regnator, musarum-dux, au-[ream-cæsariem *habens*,
Delphicarum ô rex petrarum, pater incorrupte *i. e.* immortalis, huc veni atque opitulare

---

22. ALIUD.

« Nil nimium; pulcrum, quod adest in tempore »,
cum dixit, sapuit, vir Lacedæmonius. [Chilon

H. GROTIUS.

23. ALIUD.

Inscriptio Tegeæ.

« Nil nimium; pulcrum, quod adest in tempore », [dixit.
Sodamus, dum me ponit, Eperatides.

H. GROTIUS.

25. HEDYLI.

Ipse cados quadruplatos siccat Pasisocles,
in noctem, ut visa est Memnonis alma parens.
Rursus in auroram cum Phœbus cessit in undas,
atque, ut contingit, jam temulentus abit.
Sed tamen hunc lætum fecerunt pocula, ludit
nam Siculo multo dulcius ille viro;
Fortior est multo quoque : ei quam plurima fulget
gratia! sic et ama, scribeque, tuque bibe.

NAT. DE COMITIB. EMENDAT

26. EJUSDEM.

Siccemus calices, aliquid lepidumque novumque
argutumque meri flos reperire dabit. H. GROT.

εὐχομένοις μερό[π]εσσιν τῆς Τήνου ν[αέταισιν, [τε,
καὶ κλῦ]ε θειοπρόποιο φίλου μακάρων [τε βροτῶν,
χει]ρῶν [δ]υσ[με]νέ[ων] τε τεὸν βρέτα[ς] εἴ[ρυσαι
[αὐτός.

. . . .

πη]κ[τί]δα δ' οὐρανίων ἑτάρην θαλίης τ[ε χορῶν τε.

precantibus mortalibus Tenum habitantibus,
et audi interpretem amicum beatorum *i. e.* deorum
[que hominumque,
et a manibus malevolis tuum simulacrum eripe ipse;

. . . .

tibiam autem cælestium sociam epularumque cho-
[rorumque...

28. ΑΛΛΟ.

Νουσολύτα, κλυτόμητι, φερέσ[βιε, δέσποτα Παιάν,
σὴ δύναμις κακόεργον ἀνακρο[ύει τ' ἐπιπομπὴν
ἀνθρώπων, τρομέει τε πάλιν [Δέσποινά τ' ἐπαινὴ
Ἅδης τ' εὐρυθέμειλος, ὅταν ζωαλ[κέα χεῖρα
ἀντανύσῃς, βιοδῶτα, φερεσσιπό[νοις μερόπεσσιν.
Νῦν οὖν πάντα δόμον γενέτα[ς τε καὶ ἀγλαὰ τέκνα
σῶζε, μάκαρ Παιάν, ἀκεσώδυν[ε, δῶτορ ἐάων.

Πατρωίνου.

28. ALIUD.

Morbos-solvens, prudentia-inclite, adferens-vitam,
[domine Pæan,
tua potentia maleficamque avertit incantationem
hominum, timetque rursus *te* Domina, *i e.* Proser-
[pina, horrenda
Plutonque qui-ampli-soli *est*, cum manum qua vi-
[tam-adjuvas
intendis, ô vitæ-dator, laborum-patientibus mor-
[talibus.
Nunc igitur totam domum parentesque et pulcros
[liberos
serva, beate Pæan, qui-dolores-sanas, dator bono-
[rum.

Patroini.

29. ΑΔΗΛΟΝ.

α. Ἔγρεο, Παιήων Ἀσκληπιὲ, κοίρανε λαῶν,
Λητοίδου σεμνῆς τε Κορωνίδος ἠπιόφρων παῖ·
ὕπνον ἀπὸ βλεφάρων σκεδάσας εὐχῶν ἐπάκουε
σῶν μερόπων, οἳ πολλὰ γεγηθότες ἱλάσκονται
σὸν σθένος, ἠπιόφρον Ἀσκληπιέ, πρῶτον, Ὑγίειαν.
Ἔγρεο καὶ τεὸν ὕμνον, ἰήιε, κέκλυθι· χαῖρε.

29. INCERTI.

I. Expergiscere, Pæan Æsculapi, rex hominum,
Latoidæ, venerandæque Coronidis mitis fili:
somno ab oculis dissipato, preces exaudi
tuorum hominum, qui multa gaudentes propitiant
tuam potentiam, mitis Æsculapi, primum, Hy-
[gieam.
Expergiscere, et tuum hymnum, medice, ausculta;
[salve.

30. ΑΡΙΦΡΟΝΟΣ ΣΙΚΥΩΝΙΟΥ.

β. Ὑγίεια, πρεσβίστα μακάρων,
μετὰ σεῦ ναίοιμι
τὸ λειπόμενον βιοτᾶς,
σὺ δέ μοι πρόφρων σύνοικος εἴης.
Εἰ γάρ τις ἢ πλούτου χάρις, ἢ τεκέων,
τᾶς ἰσοδαίμονός τ' ἀνθρώποις
βασιληίδος ἀρχᾶς, ἢ πόθων,
οὓς κρυφίοις Ἀφροδίτας ἄρκυσιν θηρεύομεν,
ἢ εἴ τις ἄλλα θεόθεν ἀνθρώποισι τέρψις,
ἢ πόνων ἀμπνοὰ πέφανται,
μετὰ σεῖο, μάκαιρ' Ὑγίεια,
τέθαλε πάντα καὶ λάμπει Χαρίτων ἔαρ.
Σέθεν δὲ χωρὶς οὔ τις εὐδαίμων [ἔφυ].

30. ARIPHRONIS SICYONII.

II. Hygiea, augustissima inter beatos,
tecum *fac* habitem
in reliquum vitæ *tempus*,
tu autem mecum prona-mente habites.
Si qua enim divitiarum gratia *est*, aut liberorum,
et illius quæ homines diis exæquat,
regiæ potestatis, aut amorum,
quos furtivis Veneris retibus venamur,
aut si qua alia divinitus hominibus voluptas,
aut laborum relaxatio monstrata est,
tecum, beata Hygiea,
florent omnia et splendet Gratiarum ver.
Te sine nemo felix est.

31. ΑΔΗΛΟΝ.

γ. Ἤδη χαῖρέ μοι, ὦ ἰώμενε, ὦ πολύ[σεμν]ε,
φίλε Τελ]εσφόρε, παῖζε, ἐπεὶ σύ γε γηθοσύ[νοισι
σοῦ] περὶ φαιδρὰ πρόσωπα γέλωθ' [ἵ]εις ἱερε[ῦσι]ν·
ὑμνέωμέν σε, μάκαρ, φαεσίμβροτε, δῶτορ ἐάω[ν,
Παιᾶνος ἵδρυμα, Τελεσφόρε, κλεινὲ, δ[αῆμον·

31. INCERTI.

III. Jam salve mihi, o medice, o multum-vene-
[rande,
dilecte Telesphore; lude, quippe tu lætis
tuis, circum nitidos vultus, risum immittis sacer-
[dotibus:
canimus te, beate, ô lux-mortalium, dator bonorum,
Pæanis subsidium, Telesphore, inclite, docte:

καί σ' Ἐπιδαύρειοι μὲν ἀλεξιχόροισιν ἀοι[δ]αῖς
γηθόσυνοι μέλπουσιν, ἄναξ, Ἄκεσιν καλέοντες,
οὕνεκ' ἄκος θνητοῖσι φέρεις στυγερῶν ὀδυνάων·

Κεκροπίδαι δὲ σέβουσι Τελεσφόρον, ἐξότε [νηλ]ῆ
νοῦσον ἀπωσάμενος πυροφθόρον, εἰς τέλος αὐτοῖς
εὐτοκίην ταχέως σὺ θεουδέα, δαῖμον, ἔθηκας.
Οὐ μὰν τοῦδε χάριν σε, Τελεσφόρος, ᾄδομεν οἷον,
ἀλλ' ὅτι κ[αὶ] Παιᾶ[νο]ς ἀκειρεκόμου θεραπείαις
ζωοφόρον σε ἔθηκεν (ἰὼ μάκαρ), αὐτὸς ὁ Βάκχος.

et te Epidaurii choris-agendis-auxilium-parantibus [cantibus
gaudentes celebrant, o rex, Acesium vocantes,
quia remedium mortalibus affers gravium mor- [borum :
Cecropidæque venerantur Telesphorum, ex quo [sævo
depulso morbo fruges-corrumpente, denique iis
fecunditatem celeriter tu divinam, deus, dedisti.
Non tamen hujus rei gratia te, Telesphore, cani- [mus unum,
sed quod et Pæanis intonsi officiis
vitæ-auctorem te fecit (io beate) ipse Bacchus.

32. ΑΛΛΟ.

Αἰγύπτου βασίλεια λινόστολε, [τ]ᾶ γονοέσσας
αὔλακος ἀρχαία μέλεται πολύπυρος ἀγυιά,
σειστροφόρος Βούβαστος, ἀμαλλοτόκοισί τε Μέμφις
γαθομένα πεδίοισιν, ὅπᾳ στάλαν ἀσάλευτον
εἷσε φιλοθρήσκων ἱερὸς νόμος ἐκ βασιλήων,
σᾶμα τεᾶς, δέσποινα, μοναρχείας, ἱκέταισιν
λαοῖς ἀπύοισαν· Ἐγὼ χρυσόθρονος Ἶσις,
ῥωμαλέα σκάπτροισιν, ὅσαν πυριλαμπέος ἀκτίς
ἀελίω σελάγεσκε βολαῖς φορβάμονα γαῖαν.
Διφαλέω δ' Ἑρμᾶνος ἀπόκρυφα σύμβολα δέλτων
εὑρομένα γραφίδεσσι κατέξυσα, ταῖσι χάραξα
φρικαλέον μύσταις ἱερὸν λόγον, ὅσσα τε δᾶμος
ἀτραπὸν ἐς κοινὰν κατεθήκατο, πάντα βαθείας
ἐκ φρενὸς ὑφάνασα διακριδόν· ἅδε τυράννων
πρέσβα, Κρόνω θυγάτηρ, Ἶσις, δάμαρ εὐρυμ[έδοντος
ἔμμι πολυζάλωτος Ὀσείριδος, ᾧ ποτ' ὁ [παδὸς
τὰν αὐτὰν ἀνέλυσα γενέθλιον [ὀργάδα νηδύν,
βριθομένα σοβαροῖς ἑλινότροπος [ἐν πλοκάμοισιν,

αἰπυνόω βασιλῆος ὃν ὠ[ρα]νὸς ἐ[π]ρέσ[βευσεν,
θεσμοθέτις μερόπων, [τ]ὼς οὐκ ὀλέσει νόος ἀνδρῶν
οὐδ' ἀπαμαυρώσει πο[λιὸς χρόνος, οὐδέ ποτέ σφιν
ἐμπετάσει λά[θαν. . . . .
ἀστροφόροι. . . . .
θῆλύ τε γάρ. . . . .
ἐξέκαμον. . . . .
Ἶσις ἐγὼ πολύβουλος. . . . .
καὶ χθόνα μυδαλέαν. . . . .
ἐς κρίσιν ὠ[ρ]ανίοισι κα. . . . .
ἀτραπιτὸν πλαγκτ[ῆρ. . . . .
λοξοπόρου σελάγεσ. . . . α καὶ πυροέντων
ἀέλιον πώλων ἀγήτορα φαίνο[π]α κύκλων
ἐς πόλον ἰθύνεσκον, [ἵ]ν' εὐκόσμοισι πορείαις
ἄξονες ἰλίγγοισι περικτυπέοντι διαύλῳ
νύκτα διακρίνωσιν ἀπ' ἤματος· ἅδε θαλάσσας
πρᾶτον ἐν ἀνθρώποισι περάσιμον ἤνεσα μόχθον,

32. ALIUD.

Ægypti regina lino-induta, cui fecundi
sulci antiqua curæ-est tritico-abundans regio,
sistriger Bubastus, manipulosque-parientibus Mem- [phis
gaudens campis, ubi columnam immotam
statuit religionis-amans sacra lex a regibus-*lata*,
monumentum tui, o domina, regni, supplicibus
populis clamantem : Ego aureo-throno-*sedens* Isis,
potens sceptris, quantam igne-micantis radius
solis illustrabat jactibus altricem terram.
Occulta autem signa litterarum quæ sagax Hermes
invenerat, reperta stylo incidi, quo insculpsi
horrendum mystis sacrum verbum, quæque vulgus
in viam communem deposuit, omnia profunda
ex mente diligenter commenta : illa *ego* regum *i. e.* [numinum
summa, Croni filia, Isis, conjux late-regnantis
sum multo-studio invidenda Osiridis, cujus olim [assecla
eumdem resolvi genitalem fertilem ventrem,
onerata magnificis viti-similis cincinnis, [ravit,
altam-mentem-habentis regis quem cœlum hono-
legumlatrix hominum, quas non perdet mens vi- [rorum
neque excæcabit canum, *i. e.* longævum, tempus, [neque unquam ipsis
intendet oblivionem. . . . .
astriferi. . . . .
femineum enim . . . .
elaboravi . . . .
Isis ego consiliosa. . . . .
et tellurem humidam. . . . .
in discrimen cœlestibus. . . . .
iter errabundum. . . . .
per obliquam viam splend... et igneorum
solem equorum rectorem in lucentem circulorum
rotationem direxi, ubi bene-ordinatis meatibus
axes vertiginibus circumsonante curriculo
noctem discriminent ab die : illa *ego* maris
primum apud homines, quo transmearentur, suasi [laborem,

ἅδε δικασπολίᾳ ῥώμαν πόρον, ἅδε γενέθλας
ἀρχὰν ἀνδρὶ γυναῖκα συνάγαγον, εὖ τε σε[λάν]ας
ἐς δεκάταν ἀψῖδα, τεθαλότος ἄρτιον ἔργου
φέγγος, ἐπ' ἀρτιγόνον βρέφος ἄγαγον, ἅδε γονήων
ἁζομένως τιμὰν ἔτι νηπιάχως ὑπὸ μαζῷ
χωρισμοῖς ἐδίδαξα μελίφροσι· φοιτάδι δ' ὀργᾷ
μᾶνιν ἐρεισαμένα μυκάμονος ἄχρις ἐπ' εὐνάς

illa *ego* judiciis vim præbui, illa *ego*, generationis
initium, viro mulierem conjunxi, beneque ad lunæ
decimum remeatum, florentis operis aptam
lucem, ad infantem modo-generatum eduxi; illa [*ego* parentum
cultos honorare adhuc infantulos sub mamma,
curationibus edocui melle-mentem-oblectantibus : [lascivæ vero libidini
acriter-resistens iram *meam* mugientis usque ad [cubilia

. . .

Ἀΐδος ἠπείλησα, μελαμφα[έω]ν τε βερέθρων
ἀστόργοις φυλακὰν βαρυπάμοσιν· ἔμμι δ' ἀρούρας
πυρνοτόκω μεδέοισα, δαιξάνδρων ἀπὸ [χ]ειρῶν
ἐχθομένα βρῶμαν, ἂν φωλάδες ἔστυ[γ]ον ἄρκτοι,
τὰν λύκος ὠρυκτάς, λιμῷ τεθυωμένος ἀλκάν.

Plutonis minata sum, atratarumque voraginum
custodiam amoris-expertibus gravia-perpessuris ; [sum autem arvi
panem-parientis regina, dilaniantibus-viros mani- [bus *oblatum*
perosa cibum, quem speluncas-habitantes horrent [ursi,
quem lupus ululans, fame stimulatus robur.

. . .

Ἀελίω βασιλῆον ὁμᾷ συν. . . . .
XIV. Apud Athen. IX, p. 367 E; quatuor priores versus sunt apud Suidam et Stobæum in *Florileg.* LXXXII, 3. Omnes dedit et transtulit Grotius in suis e *Florilegio* Stobæano excerptis, p. 344. — Vs. 2. Canter. οὐκ ἔτι τοῦτ' ἐθέλει. — Vs. 3. « τούτοις Athen. apud quem in fine versus recte legitur εἷς ὁ παλαιός. quod inde assumpsit Grotius pro vitioso ὡς ὁ παλ. — Vs. 4. Σοὶ μὲν... proverbialis locutio, qua usus est Euripides in *Supplic.* v. 466 : σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ τἀναντία, » *Jac.* Apud Stob. δοκοῦντ' ἐστίν.

XV. Ex Stob. *Floril.* tit. LI, 17, Grot. p. 197. Cf. Cicer. *De Offic.* I, 19. — Vs. 1. Vulg. πρὸς σοφίαν, *ad sapientiam quærendam adhibere, etc.*

XVI. Diog. Laert. II, 5, 42, in *Socrate* : Ἐποίησε δὲ καὶ μῦθον Αἰσώπειον, οὐ πάνυ ἐπιτετευγμένως. — Cf. Plat. *Phæd.* 4 : ἐντείνας τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους. Pertinet huc præcipue Plutarchi locus *De audiend. Poet.* II, ubi Socrates τοὺς Αἰσώπου τοῖς ἔπεσι μύθους ἐνόμιζεν, i. e. *versibus expressit.*

XVII. Apud Athen. V, sect. 61, p. 219 : « Sapiens Aspasia quæ Socratem rhetoricas rationes docuit, in carminibus quæ, ut ipsius, circumferuntur, quæ Herodicus Crateteus apposuit, ita loquitur : Σώκρατες, οὐκ ἔλαθες κτλ. »

XVIII. Ex Porphyr. *De Abstin.* III. Dedit et Clem. Alex. *Strom.* IV, p. 531 et V. p. 551, ubi de hominum sanctitate agitur : Καὶ τοῦτο ἦν ὃ ἠνίξατο, ὅστις ἄρα ἦν ἐκεῖνος ὁ ἐπιγράψας τῇ εἰσόδῳ τοῦ ἐν Ἐπιδαύρῳ νεώ· Ἁγνὸν χρή... Inde repetiit Brunck. *Anal.* III, *Lection.* p. 311, n. 238 b, et Jacobs. *Append.* n. 99, cujus vid. *Animadv.* vol. III, P. II, p. 9. — Vs. 1. θυώδης satis frequens epitheton de templis. Cf. inter alia, Theocr. XVII, 123 : θυώδεας... ναώς.

XIX. Ap. Steph. Byz. v. θρία (de quo vide Lobeck. *Aglaoph.* p. 814); dedit et Suidas vv. θρίαι et πολλοί. Apud eum autem « scribitur θριοβόροι quasi calculivori, fortasse, qui calculos et sortes in urnas conjiciunt, et inde victum quæritant » *Gall.*; ut κυαμοτρώξ in Aristoph. *Equitibus,* 41. — Hic versus cessit in proverbium. Cf. ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, Βάκχοι δέ τε παῦροι (Plat. *Phæd.* 13, p. 69 C.D., Clem. Alex. *Stromat.* I, 19), quod sic legitur recto versu in *Anthol. pal.* X, 106 : Πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι.

XX. Ex Sotione in *Mirab.* p. 69 edit. Westerm. Legitur quoque ap. Vitruv, VIII, 3, qui epigramma sic explicat : « In Arcadia vero civitas est non ignota Clitori, in cujus agris est spelunca profluens aquæ; quam qui biberint fiunt abstemii. Ad eum autem fontem epigramma est in lapide, inscriptum hac sententia versibus Græcis : *eam non esse idoneam ad lavandum, sed etiam inimicam vitibus, quod apud eum fontem Melampus sacrificiis purgavisset rabiem Prœti filiarum, restituissetque earum virginum mentes in pristinam sanitatem.* » Dedit Jacobs. in *Append. Epigr.* n. 100. De fonte Clitorio vid. Ovid. *Metam.* XV, 322 sqq. — Adi etiam de hac re Pausan. VIII, 18 et 19. — Vs. 2. ἐσχατιαί, agri, præsertim qui jacent montibus proximi. — Vs. 5. Conf. Jacobs. Eurip. *Orest.* 305 : λουτρά τ' ἐπὶ χροὸς βάλλε. — Vs. 6. Vitr. edit. Bipont. θερμῆς pro τερπνῆς. Cod. Franeq. Vitruv. ex correctione G. Wakefield. μή σε παραυτὰ πημήνῃ, θερμῆς ἀντιόοντα μέθης. — Vs. 7. Cf. Hesych. in ἀκρουχεῖ. Ἄκρον δὲ ὄρος τῆς Ἀργείας, ἐφ' οὗ Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο Μελάμπους, καθάρας τὰς Προιτίδας, ἤγουν ταῖς Χάρισιν.

XXI. Ex Furmonti schedis edidit Bœckh. *Corp. insc. gr.* t. I, n. 12. « Est versus ab Hipparcho Pisistrati filio Hermæ inscriptus, quo significatur, eo, ubi Herma positus erat, loco mediam viam esse inter Thriam pagum et Athenas urbem. Verba sunt dialogi *De lucri cupidine*, quem Simoni Socratico tribui, p. 228, c (Cf. Ælian, V. H. VIII, 2), de Hipparcho Pisistratide : Ἐπειδὴ δὲ αὐτῷ οἱ περὶ τὸ ἄστυ τῶν πολιτῶν πεπαιδευμένων ἦσαν καὶ ἐθαύμασαν αὐτὸν ἐπὶ σοφίᾳ, ἐπιβουλεύων αὖ τοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς παιδεῦσαι, ἔστησεν αὐτοῖς Ἑρμᾶς κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τῶν δήμων ἑκάστων... Ἐστὸν δὲ δύο τὠπιγράμματε· ἐν μὲν τοῖς ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ Ἑρμοῦ ἑκάστου ἐπιγέγραπται λέγων ὁ Ἑρμῆς ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τοῦ δήμου ἕστηκεν... » *Bckh.* — Vs. 2 alius et exhibetur in dial. Socratico sic : Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· μὴ φίλον ἐξαπάτα. Unde colligi potest singulis Hermis inscriptam fuisse, qua agrestes docerentur, brevissimam aliquam sententiam.

XXII. Apud Diog. Laert. I, 41. Cf. schol. Euripid. ad *Hippol.* v. 265 : Καὶ μάρτυρες ἔσονται οἱ σοφοί, εἴ που ἑνὸς τῶν Ζ σοφῶν ἐστιν ἀπόφθεγμα Τὸ Μηδὲν ἄγαν, ὅπερ Χίλωνι ἀνατιθέασιν, ὡς Κριτίας καὶ Πίνδαρος, οἱ δὲ Σωδάμῳ, ὡς τὸ ἐν Τεγέᾳ ἐπίγραμμα δηλοῖ. Ταῦτ' ἔλεγεν... Vid. infr. n. 23. Dedit H. Grotius in *Floril. gr. Mantiss. sec.* p. 330, et multi alii repetierunt.

XXIII. Ex schol. Eurip. *ad Hippol.* 265. Eurip. :

Οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ
τοῦ Μηδὲν ἄγαν·
καὶ συμφήσουσι σοφοί μοι.

Schol. : Καὶ μάρτυρες ἔσονται οἱ σοφοὶ et cet. quæ vide supra, XXII; addit idem : Ὁ δὲ Θεόφραστος ὡς τὰ Σισύφου λεγόμενα καὶ Πιτθέως· οἷον Μηδὲν ἄγαν· Μηδὲ δίκαν δικάσῃς. — Cf. Pind. ap. Plutarch. *Cons. ad Apoll.* XXVIII. Σοφοὶ δὲ καὶ τὸ Μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνεσαν περισσῶς, et supr. epigr. 22 : Ἦν Λακεδαιμόνιος..., Aristot. *Rhet.* II, 12 et 21, Auson. *Lud. Sap.*, Terent. *Andr.* 61 et præcipue Clement. Alex. *Stromat.* I : Χείλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀναφέρουσι τὸ Μηδὲν ἄγαν. Στράτων δὲ ἐν τῷ Περὶ Εὑρημάτων Στρατοδήμῳ τῷ Τεγεάτῃ προσάπτει τὸ ἀπόφθεγμα. Δίδυμος δὲ Σόλωνι αὐτὸ ἀνατίθησι.

XXIV. *Athenis* in arce. Edidit v. cl. Rhangabes, *Antt. Hell.* t. II, p. 708, n. 989. Disticho præscripta erant quædam, ex quibus ea supersunt... δι καὶ Ε.... Παναθήναια καὶ Θαργήλια. His in reliquiis facile

agnoscas aliquot victoriarum athleticarum mentionem, quas quidam reportaverat. Bonam ætatem litterarum forma indicat.

XXV. Ex Athen. XI p. 473. A. « In Pasisoclem quemdam et strenuum potatorem et suavem poetam. » *Jac.* — Vs. 4. Σικελίδου. Theocritum intelligit Natalis de Comitibus; Sicelides est Siceli filius, Asclepiades.

XXVI. Ex Athen. XI, p. 472, F. Ad bibendum amicos invitat Hedylus : Ἡδύλος ἐπιγράμμασι· Πίνωμεν· κτλ.

XXVII. *Teni* in oppido. Est in *Corp. inscr. gr.* 2342; II vel III sæculi judicat esse G. Kaibelius qui etiam edidit n. 1025. — Vs. 1. supplevit Bœckh. Ab initio conjiciebat Φοῖβε ἄναξ Wilamowitz. — Vs. 2 initium Kaibelii est, collato Nonno (IX, 283), ὀμφαίῃ παρὰ πέτρῃ i. e. *Delphis*, pro νυμφαίοισι quod invenerat Bœckh. — Vss. 3-4 χρυσοέθειρε, ἄφθιτε. Bœckhius, qui etiam vss. 5, 6 et 7 restituit. — Vs. 9. πηκτίδα scripsit Buechelerus pro ΚΠΔΑ quod habet lapis.

XXVIII. *Romæ. Corp. insc. gr.* 5973 c, Kaibel. 1026. — Supplementa sunt vs. 1. Welckeri (*Syllog.* 135). — vss. 2, 3, 4, Wilamowitzii. — Vs. 4. lapis ΖΩΑΛΙ//. Nonnus XXXV, 75 : δεῖξον ἐμοὶ βοτάνην ζωαρκέα. — Vs. 5. Pro φερεσσιπόνοισι βροτοῖσι quod scripserat Franzius, prætulit Kaibel. quod dedimus, « quod suavius ad aures acciderет. » — Vs. 6. Franz. γενέταν τε καὶ ἀγλαὰ τέκνα; Bergk. (*Poet. lyr.* II, 574) qui supplevit vs. 7, scripsit γενέτας.

XXIX-XXXI. « De vicinia Athenarum a. 1688 deportatum hoc marmor Cassellis servatur. Non posse ante Antoninos exaratum esse ex Telesphori historia annotat Gesnerus; posse autem vel tertio aut quarto post Christum seculo tribui. » Hæc fere Bœckhius qui hos titulos edidit in *Corp.* n. 511. Supra scriptum est Ἀγαθῇ τύχῃ. — Rursus edidit, suisque et aliorum notis illustravit G. Kaibel. n. 1027.

a. « Invocatur Æsculapius ut somno expergiscatur: quippe qui somnum mittit incubantibus, est ipse quoque somniculosus deus... » — Vs. 1. Quadratarius dedit ἔγραι ὦ, quod defendit Gesnerus his verbis : ἔγραι p. ἔγειραι, syncope cui auctoritatem præstat *Iliad.* B, 41 ἔγρετο p. ἐγείρετο et *Hymn. Orph.* in Ἀμφιετῆ Bacchum, p. 148, v. 2, ἐγρόμενον p. ἐγειρόμενον. Ἔγραι ὦ per synizesin coalescit inter pronunciandum, ut multa quæ dare potest Clarkius ad *Il.* E, 349 et ad I, 533 et ad O, 18. » G. Kaib. hîc et vs. 6 ἔγραιω. — Vs. 4. « Mira est dictio σῶν μερόπων. Gesner. de Cois cogitavit Æsculapii cultoribus, apud quos fortasse primum hic hymnus cantatus est, (illi enim Meropes dicuntur)... Mihi verisimile fit poetam de Cois cogitasse, sed deinde, quum hoc hymno promiscue uterentur Græci, μερόπων pro appellativo habitum esse. »

b. « Secundo loco tenemus Pæanem Ariphronis, quod nos docet Athenæus, Sicyonii, cujus priora verba usque ad βιοτᾶς præbent Lucianus, *De Lapsu inter salt.* c. 6., Maxim. Tyr. XIII, p. 229 et integrum carmen Athenæus XV, p. 702, A. Dedit post alios Brunck. *Anal.* t. I, p. 159. » et Boissonad. *Lyric. græc.* p. 25. « Pæanem diserte dicit Athenæus; quod confirmat marmor, in quo non nisi talia carmina, quæ deorum cultui inservirent, perscripta esse liquet : mirumque quod inter scolia hoc poema retulerunt docti. Carminis maxima pars Doriis numeris decurrit, a quibus introitus strophæ (ut ap. Pind. *Nem.* X) et initium ultimæ partis declinat impetu anapæstico, item unus et alter ordo logaœdicus et maxime primæ et secundæ partis exitus ithyphallicus, hoc prorsus ut in Doriis strophis *Medeæ* Euripideæ, Tres enim numeri partes sunt, quarum prima terminatur verbis σύνοικος εἴης, altera voce πέφανται. » Hæc Bœckhius. Tamen Boissonadii textum repetere maluimus, addita tantum in ultimo versu voce ἔφυ quæ legitur in Lycimnii hymno ap. Sext. Empiricum, *Adv. Mathem.* p. 447, c. — Vs. 1. σεῦ solus Max. Tyr., ceteri σοῦ sicut marmor. — βροτοῖσι marmor habet post Ὑγίεια, quod deest apud ceteros omnes, et vs. 2. pro ναίοιμι scriptum erat νεοίην h. e. ναιοίην. G. Kaib. μετὰ σοῦ νέιν. — Vs. 3 (2). Id. βίου· σὺ δὲ μ. προφρ. ξυγείην· (*sic*). — Vs. 5 (3). Id. εἰ δ' αὖθις ἢ πλ. — Vs. 6. Marmor sicut vett. Athenæi edd. habet εὐδαίμονος. (G. Kaib. vs. 4, 10 totius hymni) : εἰ δ' αὖθις εὐδαίμονος ἀνθρώποις βασιληίδος ἀρχᾶς ηπιοφρον (*sic*). — Vs. 8. (5 s. 11 Kaibelii) : ζυγίης Ἀφροδίτας ἕλκεσι θ. Deinde : εἰ δέ τις... ακοα (*sic*). — Vs. 12 nost. Idem pro ἔαρ, φάος. — Bœckh. ex Athen. ἢ τᾶς ἰσ., omisso τ' post ἰσοδαίμονος. — Vs. 13. Athen. ed. Lips. recepit quoque ἔφυ.

c. Tertio loco hymnus exaratus est in Telesphorum, qui tunc temporis idem erat atque Acesius quem celebrant Epidaurii. In *Addendis et Corrigendis* t. I, p. 915, n. 511 *bis*, Bœckh. ex apographo meliore quod miserat Völkelius quoquo modo, quantum potuit, hujusce tituli versus restituit. Jam idem tentatum fuerat in *Dissertatione de Epigramm. quibusdam græcis*, Lips. 1833, p. 9, in-4°. — Vs. 1. marmor ΙΔΗ; Bœckh. πολύλιστε, Lipsian. πολύυμνε; Völkel. πολύσεμνε. — Vs. 2. Bœckh. Παῖ δῖε. — Vs. 3. Lips. σοῖς..... γέλωτι λύεις ἱεροῖσιν. — Vs. 4. Völkel. notat ΥΜΝΑΙΟΜΕΝ quod in lapide est, esse ὑμνέομεν. — Vs. 5. Lips. παῖανος δ'; pro δαῆμον scribit διοικεῖ. — Vs. 7. Vidit Völkelius Ἄκεσιν esse Ἀκέσιον. — Vs. 8. Bœckh. σοῦ δέ τ' ἄκος... φέρει. — Vs. 9, Id. Κεκροπίδαισι λύσιν..... τύνῃ. — Vs. 10. Id. τὴν πυρφόρον. — Vs. 11. lapis Ι.CΙ.ΙΑЄΑ vel ΔЄΑ, quod restituebat Bœckh. νεοθηλέα. — Vs. 12. Id. Οὐ μὰν, χοῦρε, χάριν..... Τελεσφόρε..... Libenter legerim οἴου ut quod a τοῦδε pendeat, præparetque sequentia : « non *hujus rei* gratia *unius*, sed et quod, etc. » — Vs. 13. Marmor ΑΛΛΟΤΙ, Bœckh. Ἄλλοτε κἄν. — Vs. 14. Bœckh. σε θεόν pro ἔθηκεν. — G. Kaibel. l. l. mutilatorum versuum reliquias sic edidit :

νεωθαλος αφθιτον (*sic*) . . . . Τελεσφόρε, σὰς ἀρετὰς . . . . πάνσοφε
λυσιπόνοι[ς. . . . . ενε δὲ (*sic*)
μον. . . . . α θά
νατον λαθικηδέα. . . . . .
. . . . . . πάγ]γλωσσα γένη
μερόπων ἀνεγείρατε ἐκ (κ)αμάτων
βαρυαλγέα νοῦσον ἀπωσαμένω·
Παιὰν δὲ γέγηθεν ἀκειρεκόμης
νέον ἔρνος ἔχων σε, Τελεσφόρε, τὸν
περὶ κῆρ ἔσ[τη],
καὶ πολλάκι σεμνὰ θεοῦ Καμάτου
βροτὸν ἐς φ. . . . ., σὺ δὲ θν (*sic*) αὐτὸς ἄγων
μετὰ σοῦ βαρύ. . . . .

XXXII. *Andri* repertum, est in Rossii *Insc. ined.* II, 96, cujus « apographum passim correxit novaque tituli fragmenta adstruxit Welckerus, *Kleine Schriften* III, 271 sqq. » Inde repetiit G. Kaibel. *Epigr. gr. e lapid. conlect.* 1028, qui nonnulla ex E. Curtio adjecit in operis præfatione, p. XXI. Hymnus hic Isiacus quatuor columnis inscriptus est, quarum

secunda tertiaque fere interierunt; quartæ autem desunt extremi octo versus. « Mihi quarto sæculo medio non antiquior videtur hymnus esse in Isidis honorem ab Andriis lapidi mandatus. Ægyptium poetam fuisse conjecit Bergkius neque hoc improbabiliter. » *G. K.* « Feliciter factum est ut ex Diodori loco (I, 27), quo et Bergk. et Sauppeus usi sunt, alterius Isiaci hymni notitiam acciperemus, a cujus exemplo prope abest Andriorum poeta. Ille enim οὐκ ἀγνοῶ δέ, inquit, διότι τινὲς τῶν συγγραφέων ἀποφαίνονται τοὺς τάφους τῶν θεῶν τούτων ὑπάρχειν ἐν Νύσῃ τῆς Ἀραβίας... εἶναι δὲ καὶ στήλην ἑκατέρου τῶν θεῶν ἐπιγεγραμμένην τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν. Ἐπὶ μὲν οὖν τῆς Ἴσιδος ἐπιγεγράφθαι· Ἐγὼ Ἶσίς εἰμι ἡ βασίλισσα πάσης χώρας, ἡ παιδευθεῖσα ὑπὸ Ἑρμοῦ, καὶ ὅσα ἐγὼ ἐνομοθέτησα, οὐδεὶς αὐτὰ δύναται λῦσαι. Ἐγώ εἰμι ἡ τοῦ νεοτάτου Κρόνου θεοῦ θυγάτηρ πρεσβυτάτη· ἐγώ εἰμι γυνὴ καὶ ἀδελφὴ Ὀσίριδος βασιλέως· ἐγώ εἰμι ἡ πρώτη καρπὸν ἀνθρώποις εὑροῦσα· ἐγώ εἰμι μήτηρ Ὥρου τοῦ βασιλέως· ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα· ἐμοὶ Βούβαστος ἡ πόλις ᾠκοδομήθη. Χαῖρε, χαῖρε, Αἴγυπτε, ἡ θρέψασά με. Ἐπὶ δὲ τοῦ Ὀσίριδος κτλ. — Ceterum Isidem Andri cultam probat et titulus *Corp. inscr. gr.* 2348 et nomen Ἰσίδωρος in tit. Andr. *Corp. inscr. gr.* Add. II, 2349 d. » *Id.* — Vs. 2. ἀγυιά de *urbe* dixit Pind. *Nem.* VII, 92, *Ol.* IX, 34. — Vs. 11. lapis ΧΑΡΑΞΑΣ, unde Hermannus scripsit (vv. 10-11) :

> Ἀσφαλέων Ἑρμᾶνος ἀπόκρυφα σύμβολα δέλτων
> εὑρομένα γραφίδεσσιν ἅτ' ἔξυσε πᾶσι χαράξας
> μύσταις. . . . . ὅσσα τε δᾶμος

E. Curtius χαράξει. — Vs. 14. Herm. cum Sauppeo ἐκφάνασα; Bergk. τυράννῳ, quod ad Cronum refert Curtius: « fortasse scribendum τυράννῳ πρέσβα Κρόνῳ θυγάτηρ, quicum congruit et hymnus Nysæus (Vid. supr. Diodor. locum) et Homeri versus quem imitatus est poeta πρέσβα θυγάτηρ Ἄτη (*Il.* T. 91). » — Vs. 16 Bergkius ᾧ ποτε νηδύν — τὰν αὐτὰν ἀνέλυσα γενέθλιον; Sauppeus ᾧ ποτ' ὀπαδός — τὰν αὐτὰν ἀνέδυσα γενέθλιον κτλ., admisso errore, quod non eodem ac Osiris die nata est Isis, sed quarto post fratrem die. — Vs. 20. τῶς (lapis ΓΩΣ), scil. θεσμούς. Hermann, τῶς οὔτις ἀνὴρ καταλύσει. — Vs. 21. Id., cum litteras ΠΟ in lapide esse nesciret, δαμάτωρ χρόνος, οὐδὲ ποτέ σφιν ἐμπελάσει λάθα. — Vs. 23. Sauppeus Plutarchi verba confert, *Is. et Os.* 43 : διὸ καὶ μητέρα τὴν σελήνην τοῦ κόσμου καλοῦσι καὶ φύσιν ἔχειν ἀρσενόθηλυν οἴονται. Confert etiam Kaibelius *Hymn. Orphic.* XLII, 4, de Mise Isidis filia : ἁγνήν τ' εὐίερόν τε Μίσην, ἄρρητον ἄνασσαν — ἄρσενα καὶ θῆλυν, διφυῆ λύσειον Ἴακχον. — Vs. 28. Bergkius ὠρανίοισι καταχθονίοις τε. — Vs. 30 sqq. Cf. Apul. *Metam.* XI, 5 : tu rotas orbem, illuminas solem, regis mundum, calcas Tartarum; tibi respondent sidera, gaudent numina, etc. — Vs. 35. Kaib. ἤνεσα ab ἄνω, Bergk. ἤνυσα, cum Sauppeo ἤνεσα scripsimus. — Vs. 37. « Vocula εὖ ad τεθαλότος referenda. » *Kaib.* — 42. « μυκάμων Ἀίδης vocatur sive leoni comparatus, ut sæpius in sacris libris, sive ut Orci voragines mugienti sonitu concussæ atque disruptæ significentur. » *Id.* — Vs. 43. Lapis ΜΕΛΑΜΦΑΡΟΝ, unde Bergk. μελαμφαρῶν, sed potior videtur Hermanni correctio μελαμφαέων.

« Columnæ secundæ tertiæque tam exigua non dico versuum sed litterarum vestigia extricavit Welcker. (neque ea bene plerumque lecta) ut jure ea prætermisisse videar. » Reliquiis « apparet de pastorum et agricolarum operibus expositum fuisse. Tertiæ columnæ in rebus nuptialibus versabatur argumentum; leguntur extrema fere aliquot versuum...... » *G. Kaib.*, apud quem videsis.

Vs. 48. Incipit columna quarta. — Vss. 49-50 sic supplere tentavit Kaibelius : ἐλα[υνομένοισι δὲ πώλοις] συμφέρομ' ἀκτίνεσσι κατω[μαδόν], coll. *Il.* O, 352 : ὣς εἰπὼν μάστιγι κατωμαδὸν ἤλασεν ἵππους. — Vs. 52. ΥΠΕΙΡΟΧΟΠΑΝΚΑΙΣ, extremis sex litteris, teste Welkero, incertis. Restituit O. Schneiderus (*Philol.* IV, 563) τὰ δ' ὑπείροχ' ὀπανίκ' ἀϊστῶ; Bergkius et Welcker. τὰ δ' ὑπείροχα πάν [τα]. — Vs. 57. G. Kaib. μειδάμων, *subridens*, vocabulum quod Lexicis abest, pro quo fort. legendum μειδιάω. — Vs. 58. ΕΝΔΕΠΕΡΗΤΟΙΣ, ἐν δὲ περητοῖς Bergk., ἐν δ' ἀπεράτοις Sauppeus et Welker. — Vs. 66. Sauppeus εὐλογία, *Doridis pietas.* — Vs. 69. ΚΛΗΙΖΟΙΣΙ solus retinuit Bergkius, ceteri κλῄζοισα, Bergkium secutus est Kaibelius. — Vs. 74. Supplet Sauppeus μαλοκόμοις τε πρέπουσ]αν. Hermannus μαλοκόμοις πλήθοισαν. — Vss. 75-76. Sauppeus πλάζεν ὕδει παρέχων, Bergk. πλάζετ' ὄχῳ νήχων. Hermann. πλάσσει ὕδει τεύχων.

XXXIII. Apud Julian. Cæsar. *Orat.* VI, 13 et VII, 8, ubi occurrit bis idem hoc Cratetis fragmentum. — Vss. 1-2 e Solone ducti sunt (Vid. Brunck. *Gnomic. poet. græc.* p. 73, V), quos sic transtulit Grotius :

> Mnemosynæ magnique Jovis sanctissima proles,
> exaudite preces, quas fero, Pierides.

XXXIV. Apud Epictetum, in *Enchiridio*, c. 53, « aureum tetrastichon, » ut ait Boissonadius (*Præloq. ad Callim., Cleanth. et Procli* edit. p. x). — Vs. 3. « Vetus hoc præceptum, » ut loquitur Seneca, *De Vita beat.* XV), Deum sequere, » quod Pythagoræ Boetius asserit *De Consol.* I, prosa 4. — Cf. Arrian. *Dissert.* I 20 : Τί δὲ ἔχει μακρὸν εἰπεῖν ὅτι τέλος ἐστὶ τὸ ἕπεσθαι θεοῖς; Cleanthis verba ad Jovem illa « in versus dissertissimos » fuere a Seneca mutata (*Epist. ad Lucil.* CVIII).

> Duc me, parens, celsique dominator poli,
> quocunque placuit. Nulla parendi mora est;
> adsum impiger. Fac nolle : comitabor gemens;
> ducunt volentem fata; nolentem trahunt,
> malusque patiar quod pati licuit bono.

Eadem fere jam verterat soluta oratione, *De Vita beat.* ibid. : « Quisquis autem queritur, et plorat, et gemit, imperata facere vi cogitur, et invitus rapitur ad jussa nihilominus. Quæ autem dementia est, potius trahi quam sequi?... »

XXXV. Epict. *Enchirid.* 53, 2. Hæc in animo habuisse videtur Seneca cum scripsit *Vit. beat.*, ibid. «... Deo parere, et quidquid evenit bono animo excipere, nec de fato queri... quidquid evenerit, feret (virtus), non patiens tantum, sed etiam volens, omnemque temporum difficultatem sciet legem esse naturæ. »

XXXVI. Apud Stobæum, *Floril.* CXXIV, cum mentione ἐπιγραμμάτων. — Vs. 2. Vulgo νέμει et νέμοι. In margine Gesner ἔνειμε.

XXXVII. Ex Suida vv. Αἰπεινή et Αἴσυλα. — Cf. Babr. Fab. 64. — Vs. 3. Avian. *Fab.* XIX, v. 7 :

> Puppibus in mediis, mediaque in sede locamur,
> in me suspensos explicat aura sinus.

XXXVIII. « Duo hæc disticha servavit Athenæus II. s. 4, p. 36, F. et Stob. *Flor.* XVIII, p. 159. Tres priores autem versus habet etiam Clemens Alex. *Pædag.*

II, p. 183, 17. » *Jac.* — Vs. 1. Grot. οἶνος τῷ. Athen. τοι, quod præferendum; ἄνδρα Stob., ἄνδρας Athen. et Clem. — « Quum apud Athenæum hi versus τῷ Κυρηναίῳ tribuantur, nomine proprio non addito, fuit qui eos Callimacho vindicaret. Hanc opinionem refellit testimonium cum Stobæi, l. c. tum Hesychii, v. ναρθηκοπλήρωτον. — θερμός ἐστι φύσει ὁ οἶνος ἢ πυρώδης· οἶνος τῷ πυρὶ ἴσον ἔχει μένος. Ἐρατοσθένης. » *Jac.* — Vs. 3. τὰ δὲ καὶ κεκρυμμ. Cf. Hor. *Ep.* I, 16 : *operta recludit* (ebrietas).

XXXIX. Apud Stob. *Flor.* cxx, 9. — Vs. 3. Brunck. οὐδενὸς πλέως, A. Meinek., in Stob. οὐδ' ἐνίπλεως : conjiciebat Jacobs. οὔτ' ἔνεσθ' ἁπλῶς πλ., *neque ullus omnino in ea error est.*

XL. Apud Athen. XV, p. 673. — Μνημονεύειν δ' ἔοικεν ἐπὶ ποτόν τι τῆς κατὰ τὴν λύγον στεφανώσεως καὶ Νικαίνετος, ὁ ἐποποιὸς ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασι, ποιητὴς ὑπάρχων ἐπιχώριος καὶ τὴν ἐπιχώριον ἱστορίαν ἠγαπηκὼς ἐν πλείοσι. Λέγει δ' οὕτως· Οὐκ ἐθέλω... — Vs. 1. Grot. legebat ἀλλ' ἐπ' ἀρούρης : vertit *Rure dapes*, etc. Vs. 3. Athen. Lips. λιτὴ μὲν ὑπὸ πλ. χαμ. — Vs. 5. « Cares sese, oraculo morem gerentes, amerina salice solitos fuisse coronare Athenæus narrat, eamque consuetudinem usque ad Polycratis tempora durasse. » *Jac.* — Vs. 8. Samos, ubi antiquissimum Junonis templum fuit.

XLI. *Florentiæ.* Edidit Gorius *Inscriptt. Etrur.* t. I, p. 90, 20; habet et Fabric. *Bibl. gr.* t. XIII, p. 600. Post alios Franz. *Corp. inscr. gr.* III, p. 938, n. 6308. — Vs. 1 in lapide uno pede longior est, quod quadratarii culpa factum est inserentis οὗτος aut ἐστιν. — Vs. 2. Conf. fragm. apud Aristid. Ὑπὲρ τῶν Τεττάρων t. II, p. 192 ed. Dindorf : σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας, ὥς τις τῶν Κείων ἔφη ποιητής (ὁ Σιμωνίδης, schol. Aristid. ed. Dindorf. t. III, p. 501). Eamdem sententiam Athenodoro tribuit Stobæus (*Floril.* XXXIII, 5) eadem fere forma : ἔστι καὶ τὸ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας; Horat. *Od.* III, 2, 25 : Est et fideli tuta silentio merces. — Notandum autem Augustum, teste Plutarcho, *Apophtheg.* 8) hanc sententiam exprompsisse philosopho Athenodoro suadenti ne quid inconsulte faceret. — Vide et Julian. *Disc.* I, 2; Boileau *Ep.* I, 40 ubi laudat Conrarti « le silence prudent », et secundum vulgare adagium, « le silence est d'or. »

XLII. Edidit Maffeius in *Mus. Veron.* p. LXII; repetiit post alios Bœckh. n. 509, et nuperrime v. doct. Cumanudes in Ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. Ἀττικ. n. 131. additis quæ legi adhuc non potuerant duobus vs. 1 verbis. — Vs. 4. in lapide ΜΑϹΩΝ, μαθὼν correctio est Welckeri. — Vs. 5. Lapis habet ΖΗΘΟΙ. — Vs. 6. pro σώματα quod dederat Maffeius eleganter reposuit Osann. (*Syll.* p. 99), δώματα. — Iambicis versibus præscriptum legitur : Μ. Αὐρ. Εὔτυχος Ἀσκλάπωνος Αἰξωνεύς· Ποτάμιλλα Λευκίου ἐξ Ἀζηνι[έων.

XLIII. Ex Diog. Laert. X, 12. : Τοιοῦτος ἦν (Ἐπίκουρος) ὁ τὴν ἡδονὴν εἶναι τέλος δογματίζων, ὃν καὶ Ἀθηναῖος δι' ἐπιγράμματος οὕτως ὑμνεῖ; ad quod pertinent hi Petronii versus (*Sat.* 132) : « ex antiqua editione » a Gassendo emendati (*De vita et morib. Epicuri*, in-4; 1656, p. 10) :

Ipse pater veri doctis Epicurus in Hortis
jussit, et hoc vitam dixit habere τέλος.

— Vs. 1. Melius esse existimabat Menagius τί χείρονα, quemadmodum habet edit. Stephan. » — Cum toto hoc epigrammatio conf. quod redolere videtur, Lucret. lib. II, initium.

XLIV. Athen. VIII, sect. 14, p. 336 : Alius quidam (ac Sardanapalus), Sardanapalo proximus, suppositus et ille ab intemperantibus talia dixit : Πᾶσιν δὲ θνητοῖς κτλ.

XLV. Ex Ælian. *Hist. Animal.* XI, 4. Repetiere et commentati sunt multi, Meursius, *Græc. Fer.* in χθόνια, Gronov. *Thesaur. Antiq.* t. VII, p. 865 sq. Leopardus *Emendatt.* V. 18, Taylor. *Lectt. Lysiac.* p. 277, Brunck. *Anal.* t. II, p. 108 (cf. Jacobs. *Animadv.* t. II, P. I, p. 285 sq.) et Jacobs. *Append.* n. 7. De ea re Ælian. l. c. Τὴν Δήμητρα Ἑρμιονεῖς σέβουσι καὶ θύουσιν αὐτῇ μεγαλοπρεπῶς τε καὶ σοβαρῶς, καὶ τὴν ἑορτὴν χθονίαν καλοῦσιν· μεγίστας οὖν ἀκούω βοῦς ὑπὸ τῆς ἱερείας τῆς Δήμητρος ἄγεσθαί τε πρὸς τὸν βωμὸν ἐκ τῆς ἀγέλης, καὶ θύειν ἑαυτὰς παρέχειν, καὶ οἷς λέγω μάρτυς Ἀριστοκλῆς ὅπου φησί· Δάματερ. — Cf. Pausan. II, 35. — Vs. 2. Supplebat τοῦτο addens Gesnerus; θαῦμα debetur Gronovio. — Aliter legebat prius tetrastichon Cælius, sic :

Δάματερ πολύκαρπε, σύ κ' ἐν Σικελοῖσιν ἐναργής
καὶ παρ' Ἐρεχθείδαις· ἕν τι μέγα κρίνεται
Ἑρμιονεῦσι· τὸν ἐξ ἀγέλης γὰρ ἀειδῆ ταῦρον
ὄντ' οὐχ αἱροῦσιν ἀνέρες οὐδὲ δέκα, κτλ.

Vs. 3. Præferebat κραίνετ' Brunckius; ἀφειδῆ, « non parcentem viribus, indomitum », *Jac.*, perperam, quod significat ἀφειδής « sine parcimonia factus, abundans, immanis ». — Vs. 8. Vulgo κλῆρος, ex cod. Medic. κλᾶρος, quod idem valet ac Gallice *héritage.*

XLVI. Diog. Laert. Lib. I, 7, 97, in Periandro; Suidas, v. Περίανδρος.

XLVII. « Poema de terræ motuum significationibus in plerisque codd. Hermeti Trismegisto tribuitur; at Orpheo potius adscribendum esse monstrat Fabricius, *Bibl. gr.* t. I, p. 115. » *Br.* Hoc poemation edidit cum quibusdam aliis sub hoc titulo *Florilegium, cui nonnulla nuper inventa epigrammata in fine adjecta sunt*, Aldus, *Anthol. etc.* 1503, et inde ejus filii in editione ann. 1550, f° 287 v°. Dedere et in suis *Anthol.* editt. Grot. *Flor. Gr. Mantiss. vet.* p. 290 sqq., Brunck. *Anal.* t. III, p. 1, sqq. etc. — Vs. 3. Ald. et cett. ὅττε. — Vs. 4. in margine ἥλιος ἐν κριῷ, in Medic. cod. additum μὴν Ἀπρίλλιος. — Vs. 7. Omnes ἀλαπαδνή, correxit Brunck. « Signum hoc est, urbem aliquam ex insignioribus defecturam. » *Jac.* Vs. 11 sqq. Sub hoc lemmate in Aldin., Grotian. etc. editt. Ἥλιος ἐν Ταύρῳ, μηνὶ Μαΐῳ. marg. Medic. — Vs. 13. Ald. ἀνὰ ἄστη. — Vs. 16. Lemma : Ἥλιος ἐν Διδύμοις, μηνὶ Ἰουνίῳ, marg. Med. quod et apud Ald. Grot. et cett. est — Vs. 18. in omnibus codd. lacuna est; explevit Huetius; cod. Med. hoc versu caret. — Vs. 19. Ald., Grot. ἡμετέρην, — ὑπ' ἄλγεα; cod. med. corrupte ἡμέρην παλὰ σωσὴν ὑπαλγέα. — Vs. 21. Medic. διὰ μηνίας, « verbum διομηνίη an aliam, præter hunc locum, auctoritatem habeat, ignoro quidem. » *Jac.* — Vs. 22. Ald., Grot. et Medic. marg. Ἥλιος ἐν καρκίνῳ, μηνὶ Ἰουλίῳ. — Vs. 23. Vulg. et Medic. τότε δή, Brunck. ex versu 51, ὅθι. « Ut in hoc loco plurali numero poeta utitur, sic v. 23, etiam, præeunte Mediceo, θεριναὶ τροπαὶ legendum videtur. » *Jac.* — Vs. 26. ἀπόστασιν, Ald. et cett. — Vs. 27. Lemma in marg. Medic. et ap. Aldum, Grot. etc. Ἥλιος ἐν Λέοντι, Medic. marg. μηνὶ Αὐγούστῳ. — Vs. 30. Omnes ταῦτα pro ταὐτά. — Vs. 31. Med. et omnes editt. Ἥλιος ἐν Παρθένῳ, Medic. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, marg. — ἠελίοιο, Med. — Vs. 32. Vulg. λιμός, Medic. et Brunck. conject. λοιμός. — Vs. 33. Med. καρπόν. — Vs. 34. vulgo, Ἥλιος ἐν Ζυγῷ, Med. marg. μηνὶ Ὀκτοβρίῳ. — Ald., Grot. et Med. cod. Εἰ δ' ἂν ἐπὶ φθινόπωρον

ἰσημερινὴν ἀφ., conjiciebat Brunck. ἐπὶ φθινόπωρον ἰσημερίην τ' ἀφ. — Vs. 35. Medic. χηλὰς δ. — Vs. 39. Vulg. Ἥλιος ἐν Σκορπίῳ, Med. marg. μηνὶ Νοεμβρίῳ. — Vs. 44 in Medic. deest. — Vs. 45. Ald. Grot. Med. Ἥλιος ἐν τοξότῃ, Med. marg. Δεκέμβριος. Id. τοῦ τόξου. — Vs. 46, Id. κινήσει. — Vs. 50. Id. ἄλλην et φεύγοντα. — Vs. 51. Lemma omnes et Medic. Ἥλιος ἐν αἰγοκέρωτι; Med. Marg. Μηνὶ Ἰανουαρίῳ. — Vulg. εἰ δέ κεν αἰγοκέρ., scribi posset εἰ δέ κ' ἐν αἰγ. — Vs. 54. Med. πόλεμον δακρυτόν τε, unde suspicabatur Jacobs. πόλεμον πολυδάκρυτόν τε γεν. — Vs. 56. Omnes Ἥλιος ἐν ὑδροχόῳ, Med. marg. μηνὶ Φεβρουαρίῳ. — Vulg. Εἰ δέ κεν ὑδροχόῳ διανείσσεται. Medic. ὑδροχόῳ δ' εὖτ' ἂν διαν.; suspicabatur Jacobs. εἰ δ' κ' ἐν ὑδροχόῳ δινεύσῃ. — Vs. 57. Med. νυκτερινῇ. — Vs. 61. vulg. Ἥλιος ἐν ἰχθῦσι, Med. marg. μηνὶ Μαρτίῳ., id. τῶν ἰχθύων. — Vs. 62. Med. ἔνοσις προγένοιτο. In eodem omittitur τότ' ἔσται. — Vs. 63. Med. διάστασις.

XLVIII. E cod. reg. 1630, p. 189, 2, edidit Boissonad. *Anecd.* t. I, p. 143. « Conferri potest hoc epigramma cum alio de eodem argumento in *Anal.* t. III, 149 » (*Anthol. Palat.* ed. Didot. IX, 366). — Vs. 2. « Cod. hic et infra οἷς ἐνιθύνοις. Obvia erat emendatio. » *Boiss.*; ἐνιθύνειν tamen lexicis et *Thesauro* etiam abest. — Vs. 3. Cf. hic *supr.* n. 23 Ταῦτ' ἔλεγεν... et n. 22. Ἦν Λακεδαιμόνιος. — Vs. 9. Cf. Boisson. *ibid.* p. 141 : Μελέτη τὸ πᾶν, et p. 144, ubi prius distichon iteratur. Demetr. Phaler. ap. Stobæum, *Floril.* III, 79, 7 : Μελέτα τὸ πᾶν; Auson. *Lud. Sept. Sap.* :

> Ephyra creatus huc Periander prodeo,
> Μελέτη τὸ πᾶν qui dixi, et qui dictum probo,
> *Meditationem id esse totum, quod geras.*
> Is quippe solus rei gerendæ est efficax,
> meditatur omne qui prius negotium.

Vs. 10. Auson. l. c. :

> Bias Prieneus dixi, οἱ πλεῖστοι κακοί.
> latine dictum suspicor, *Plures mali.*
> Dixisse nollem : veritas odium parit;
> malos sed imperitos dixi et barbaros, etc.

Vs. 13. Auson. l. c. :

> Nos ἐγγύα, πάρεστι δ' ἄτη, dicimus :
> latinum est : *sponde, noxia est præsto tibi.*
> Per mille possum currere exempla, ut probem
> prædes vadesque pœnitudinis reos, etc.

« Deest versiculus. » *Boisson.*, v. 14, pentameter.

XLIX. Marmor Choiseulianum, *Catal. Dubois.* n. 189, asservatur in Museo Parisino, *Catal. Clarac.* n. 670; repertum in loco veteris *Cii*, hod. Ghemblick. Est in Pocockii *Inscriptt.* p. 30, n. 18, et Murator. *Thesaur.* p. LXXV, 1. Dedit Jacobs. ex Pocockio, *Animadvv.* vol. III, P. II, p. 298, ex eod. et Murat. in *Paralip.* II, p. 798 sq. et in *Append.* n. 281, Bœckh. *Corp.* n. 3724. — Nuper repetiit Froehner. ex lapide, *Catal. des Inscript. grecq. du musée du Louvre.* — Vs. 1. « Anubis in hoc epigr. Osiridis et Isidis filius est, cum alias Osiride et Nephthye natus feratur. Vid. Plut. *De Is. et Os.* c. XII-XIV, XXXVIII, XLIV, LIX. » *Bckh.* — Vs. 4. ediderat Jacobs. προτεημητίεσσι (*sic*) : marmor habet ΠΡΟΤΕΤΙΜΗΤΑΙΣΕ, quod retinuerat Gesner., accipit quoque Bœckh., præterquam quod δὲ pro σε scripsit, quod Osiris et Sarapis in unam commiscentur personam. — Vs. 6. εὐφρονίδης, *noctis proles.* Frœh. — Vs. 7. Jacobs. πᾶσα. — Vs. 10. Froehner. dedit ex lapide; restituerat Bœckh. : Πανδ. μεγάλων δ' ἀγ. σὺ δότειρα βρ. — Præscriptum est Ἀγαθῇ τύχῃ.

L. *Pselchi*, hodie Dakkeh. Edidd. Gau, *Antiq. Nub.* tabul XIII, n. 1; Letronn. *Journ. des sav.* 1825, p. 103, not. 3; et in Dissert. *Nouvel examen de l'inscript. de Silco*, p. 10. not. Welcker. ex Gavio, *Syll. epigr. gr.* n. 193, p. 244, ed. alt. Bœckh.-Franz. *Corp.* 5083, G. Kaib. *Epigr. græc. e lapid.*, etc., 974. — Vss. 3-4. Welckerus bene monet : « *precatur auctor, ut, quum tria adorandi causa itinera fecerit terna sibi bona deus quasi rependat.* » G. Kaib. qui legit ἀγανὸν pro ἀγαθῶν, intelligit « *pro tribus his itineribus fac ut quietum aliquando vitæ videam finem.* »

LI. « In septentrionem oppidi *Eski-Kasa-Hissar*, in tractu montium ubi Midæ quod dicitur monumentum exstat. » *Fr.* Edidit post Texier (*Desc. As. Min.* t. I, p. 156), Franz. *Corp. insc. gr.* t. III, p. 1102 sq. n. 3883 l. Addend. « Fragmentum est hymni in solem. » *Fr.* — Vs. 2. pro ἐῶν lapis habet πατρίς quod ex versu sequenti videtur irrepsisse. — Vs. 3. Ut male transcriptum vix probabiliter tractari posse existimabat Franzius, ex quo tamen litterarum tractus quam proxime sequutus, aliquid non sensu carens educere tentavi. In Texerii apographo perspicue exstat ΓΑΤΡΙΣΕΜΗΡΟΙΝΕΥΕΚΗΛΑΝΡΑΓΕΓΛΗΣΙΑΚΑΡΠΟΥΣ.

LII. *Athenis* circa Æsculapii templum. Edidit v. cl. Cumanudes in Ἀθηναίῳ, ann. 1877, p. 141 sq, n. 23. Ex literis ad tempora Romana referendum. Asteriscos (*) quibus dividuntur tres inscriptionis partes, laudes, preces, grates, habet lapis. Διοφάντου Σφηττίου verba non necessario significant carmen esse Diophanti istius, sed monumentum ejus curis exstructum fuisse quo gratum animum, ob sanitatem restitutam, testaretur. Vs. 1-20 sunt parœmiaci, anapæstici dimetri catalecti, 21-24 hexametri dactylici. — Vs. 8. Lapis habere videtur ΒΙΑΛΙΝ, correxit Cumanudes. — Vs. 19. φιλελήμονα pro φιλελεήμονα, notanda forma est, de qua confert Cumanudes Aristoph. *Pac.* v. 425 : οἴμ' ὡς ἐλεήμων κτλ., ubi poeta videtur pro una syllaba numerasse εη per synizesin. — Vs. 22. Lapis habet ΘΕΙΣ; supplevit Cumanudes ἴα. — Vs. 23. καρκινόπους nova vox, quæ lexicis deest, hic significat eum qui cancri pedibus incedit, scil. lento et obliquo gradu, ut Diophantus iste, qui podagra ita laborabat ut vix pedibus uti posset. Pro ἐσορώμενος legendum putat Cumanudes ἐσορώμενος ne desit tetrastichæ periodo verbum principale; sed addit se in dubio multo hærere.

LIII. Edidit v. cl. Cumanudes in Ἀθηναίῳ, 1877, p. 143, n. 24, *Athenis* repertum, circa Æsculapii templum. Litteræ sunt Romanæ ætatis post Chr. Non idem videtur hic Mecedonius esse qui, imperante Justiniano, vivebat, epigrammataque scripsit quæ in *Anthol. palat.* habes plurima. In medio fastigii tympano fuit olim figura quædam anaglypta, cujus particula tantum superest in qua serpentis caudam et vittæ extremitatem agnoscas. Monet editor versuum initia in lapide esse qualia exscripsit usque ad duodecimum, ultra autem alio modo disposita. Versus solito ordine restituere tentavimus, nonnulla quoque supplevimus. — Vs. 2. παλά[μαισιν] ἔχοντες. — Vss. 7-8. [τε] [καὶ]. — Vs. 9. Cumanud. σεμνότα[τον..]. — Vs. 13. ἀρίπρεπτος pro ἀριπρεπής; nusquam alias occurrit, sed tamen πρεπτὸς apud Æschylum et Aristoph. reperitur. *Cuman.* — Vs. 15.

σὴν σοφίαν ab ὑμνοῦντας sicut θάλλειν ἐς ἀεὶ a δίδου pendet. — Vs. 17. Cumanud. ἐπερχό[με]νος. — Vs. 18. lapis habet νούσους... νεω. — Vid. infr. n. 54. haud absimilem ad Æsculapium invocationem, quam servavit Origenes.

LIV. Origen. *Philosophum.; omn. hæres. Refut.* (Κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἔλεγχος), ed. Miller. IV, 32, ed. Cruicio, IV, 6 : Καὶ εἴ πη ἀπαιτεῖ τις Ἀσκληπιὸν δεικνύναι, ἐπικαλεῖται οὕτως λέγων· Υἷα πάλαι... — Vs. 1. Cod. Ζῆνα, conj. Miller. υἷα. Cod. μ' ἄβροτον. — Vs. 2. Cod. κικλησκοιο βαισι μολειν, Miller. Θήβαισι, Meinek. θυσίαισι; Rœperti correctiones recepi; cod. φύλλα. — Vs. 4. Cod. εὐρόεντος; cf. Virg. *Æn.* VI, 461 : *loca senta situ*; de quo et toto loco cf. *ibid.* 305-316. Cod., Miller. ἀεικαυστοῖσι; Rœpert. ἀεικλειστοῖσι vel κλαύστοισι. — Vs. 5. Meinek. πλώοντα, cod. ἀπλόεντα, Rœpert. πλώσαντα; an διαπλέοντα? Schneid., Miller. fortasse διελῶντα. Ῥόον κελάδοντα, solitum epitheton fluviorum ap. Homerum. Schneid. κελαδόν τε δίαυλον, Meinek. κελαδόν τε διαύλου, vel κελανόν (h. e. κελαινόν) τε δίαυλον. — Vs. 6. Cod. ἅπασιν ἶσον τελέσ' ἀνδράσι θνητοῖσι, correxit Miller. — Vs. 7. Schneid. ἄλλιτα, Miller. ἄλλυτα, Meinek. ἄκλυτα vel ἄκριτα. — Vs. 8. Miller. αὐτός, suspicatur Meinek. αὖτις. — Vs. 9. Meinek. Τρίκης. Cf. *Vindic. Strabon.* p. 156. Cod. et Miller. Θρήκης. Cod. ἕδος εἰς, Miller. ἕδος, εἶτ'. — Vs. 10. Cod. ἔτ' ἐπὶ, corr. Miller. Cod. Ἀονίαν. Cf. Pausan. II, xxvi, 1 Miller. — Vs. 11. Suppl. Schneider. πρόμος κτλ.

LV. Ex Julio Capitolino, *Maxim. duo.* IX : « Quum immortalem se prope crederet (Maximinus) ob magnitudinem corporis sui virtutisque, mimus quidam in theatro, præsente illo, dicitur versus græcos dixisse, quorum hæc erat latina sententia : Et qui ab uno, etc. » — « Ex versibus qui hic subditi sunt, primus in græco videtur fuisse trochaïcus, ceteri iambici. Nos etiam tentavimus an græca ipsa reddere ut olim ab auctore sunt edita, possemus, et iisdem verbis, quæ videntur hæc fuisse, aut non multum dissimilia : Ὃν κτανεῖν κτλ.

« Primum autem versiculum si quis contendat iambicum fuisse, quod non putamus, sic reddi poterit : Ἄκταντος ἐνί γ' ὢν κτείνεται πολλῶν ὕπο. » *Salm.* — Eosdem versus sic transtulit Casaubonus :

Ἕνα τις πεφευγὼς, κτείνεται πολλῶν βίᾳ.
Ἐλέφας μέγιστός ἐστι θὴρ, καὶ κτείνεται·
Ἰσχυρός ἐστι χ' ὠ λέων, καὶ κτείνεται·
καὶ τίγρις ἐστιν ἀλκίμη, καὶ κτείνεται·
πολλοὺς φύλαττε τοὺς καθ' ἕν' οὐ φοβουμένους.

Comparat Sophocl. *Ajac.* 1254 sq.

LVI. In tabula Iliaca prope *Bovillas*, in via Appia reperta. Restituit distichon hoc Ph. Lebas, non Lehrsius, ut asserebat Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 849. — Edidere inter multos Montefalc., *Antiq. expl.* t. IV, part. II, p. 302; Franz. *Corpus, etc.,* n. 6125. « Alii artificem intelligunt Theodorum, rectius, ut videntur, alii grammaticum qui *ordinem rerum ab Homero enarratarum composuit.* » G. Kaib. n. 1093.

LVII-LVIII. In tabulis ligneis ex Ægypto translatis in Americam, ubi exstant in museo privato Eboracensi. Frœhner. *Tablettes grecques du musée de Marseille* (1867) p. 4. G. Kaibel. *Epigr. gr. e lapidibus etc.* p. xxiii. — LVIII. Vs. 2. Duo fuere nomine Ladas, egregii cursores, alter Lacedæmonius, alter Ægiensis, ap. Pausan. II, xix, 7; III, xxi, 1; VIII, xii, 5; X, xxiii, 14. — Cf. Anthol. Planud. IV, 53, 1. et 54, 1. (Edit. Did. XVI, 53, 54 Append. Planud.) — Hanc fere eamdem sententiam explicuit Fontanius nostras in egregia fabula quæ inscribitur *L'homme qui court après la Fortune et l'homme qui l'attend dans son lit.*

LIX. *Beryti,* supra portam australem. Edidit post alios Franz. *Corp. inscr. gr.* t. III, p. 241 sq. n. 4530. — Vss. 3-4. Conf. hanc celebratissimam sententiam :

Fit duplex bonitas simulatque accesserit celeritas.

Laudat et Gruter. (*Not. postum. ad P. Syri et Senec. sentent.* p. 463.) — *Anthol. palat.* X, 30 : Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι κτλ. De qua re si plura velis, adi *brevem* ad hoc epigramma *annotationem.*

LX. Apud Schol. in Plat. *Alcibiad.* p. 283. edit. Teubn. — Hæc erant Socratis verba, XXIV, p. 129 A : Πότερον οὖν δὴ ῥᾴδιον τυγχάνει τὸ γνῶναι ἑαυτὸν, καί τις ἦν φαῦλος ὁ τοῦτο ἀναθεὶς εἰς τὸν ἐν Πυθοῖ νεὼν, ἢ χαλεπόν τι καὶ οὐχὶ παντός; — Scholiast. : ὡς ῥᾴδιον παντὸς εἶναι τὸ λόγῳ διεξιέναι, παγχάλεπον δὲ τὸ ἔργῳ ἐπιχειρεῖν· καὶ γὰρ λέγεται· τὸ Γνῶθι σαυτὸν κτλ.

LXI. Bandin. *Biblioth. Laurent. Catal.* II, p. 336. « Veterisne sit an recentioris poetæ hoc epigramma, non dixerim. » *Brunck.* Amoris simulacro vel exsculpto vel picto hocce distichon fuisse inscriptum facile conjeceris.

LXII. Prope *Limyram* Lyciæ, in marmore; Edidere multi, inter quos Boissonadius ad Maxim. Planudis *Metam.* Ovid. gr. version. p. 600, Welckerus *Syllog. epigr. gr.* ed. alt. p. 234 sq., n. 184; Bœckh.-Franz. *Corpus insc. gr.* t. III, p. 161, n. 4310, et novissime propriis ex schedis Lebas. et Waddington. *Inscr. gr. et lat.* t. III, p. V. *Asie min.* sect. x. Lycia. — xxii. Olympus. — « Sunt Γνῶμαι μονόστιχοι maximam partem ex poetis congestæ et secundum litterarum ordinem dispositæ... Non argumentum multiplex est, sed viginti quatuor versus alphabeto præscripti tanquam impatienti etiam atque etiam sententiam inculcant hanc : *Deus tibi aderit, donec omnes difficultates superaveris, modo ne cæco impetu incurras.* » *Bckh.-Fr.* — Gymnasio vel scholari cuidam ludo accommodatam hanc tabulam libentissime putem. — Vs. 11. G. Kaibel. : Λαιὸς διελθὼν πάντα σημαίνει καλῶς, *etsi lævus sis, omnia expertus bene edoceberis,* σημαίνει secunda persona. — Vs. 24. Lebas. et Waddington. ex apographo suo ἦν, ubi conjecerunt alii εἰ. Idem Georgius Kaibel. hæc esse oracula litterarum ordine disposita esse credebat, « quæ, ait, si recte olim conjeci (*Hermæ* X, 197), prout quisque α vel β vel alius cujuslibet litteræ nota insignitam tesserulam ex urna promebat quærentibus distribuebantur. »

LXIII. In vico *Iarisli*. Edid. ex Arundell., *Discov. in As. Min.* vol. II, p. 116, Bœckh.-Franz. n 3956 c. — Sunt μονόστιχοι γνῶμαι, non sine vitiis metricis. — Sic tres ultimos versus restituit Georgius Kaibel. qui et hæc inter oracula posuit :

Εἰσὶ καλαὶ πράξεις· σπεύδε[ιν] σε χρή· [πάντα] κρατήκαίτοι ἀλώμενον ἐν ξενίῃ [ὁ θεός σε φυλάξει·] [σεις ἐκφεύξῃ γὰρ κτλ.

LXIV. Ex St. A. Cumanud. Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτύμϐ. p. 311, n. 2583. Subscriptum est perversis litteris Σωσικλεία Βίττω, et etiam infra quod pendet a σύν ultimi versus pariter ac Ἑκάτῃ χθονίᾳ, — καὶ Ἐρινύσιν ἠλιθιώναις, quæ ultima vox non in *Thesauro* re-

teritur, et, ut opinor, idem valet ac ἠλιθοποιός, *stultum reddens*.

LXV. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 366; inde Piccolus, *Suppl. à l'Anthol.* p. 155, n. I.

LXVI. Cramer. *ibid.* p. 387. — Vs. 1. Πέρπουρος a latino Perpurus, nom. propr. adhuc ignotum, fortasse fictum.

LXVII. Cramer. *ibid.* p. 386; Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 162. — Vs. 3. Cod. et Cram. τίνα, correxit Meinek. δ' (δὲ) addidit Piccol., monente Meinekeo. — Vs. 5. Cod. et Cramer. στέφωμα. Piccol. conjecit σὺ τύπωμα, Dübner. τύφωμα παρὰ κρήνην τιν' ἐλυσθέν, Meinek. στεφάνωμα παρὰ κρήνῃσι μαρανθέν. Recepimus στεφάνωμα, quod sumsisse videtur poeta e Sophoclis *Œdip. Col.* v. 677, edit. Didot. 684. — παρὰ κρήνῃσιν, cf. Epigr. Anth. Append. nostr. Ὑδατίνη νάρκισσος, et *Anthol. Pal.* XI, 76. — Vs. 6. Cod. ἔκλαυσε. — Ἀντιτύπους. Cf. Ovid. de Narcisso, *Metam.* III, 434 : Ista *repercussæ*, quam cernis, *imaginis* umbra est... 475. Et *lacrimis* turbavit aquas.

LXVIII. E cod. Florent. 24, Pl. 31, p. 161 b. edidit Piccolus, *ibid.* p. 196 sq. — Vs. 3. Cod. ἐρατὴν θέλγηθριν.

LXIX. Cramer. *ibid.* p. 386, unde Piccolus *ibid.* p. 161 sq. — Vs. 1. Cod. ἐξεβόησας, quod servavimus, ἐκβοᾶν est *clamore evocare*. Suid. : ἐξεβοήθη τὸ ἐλαλήθη, et auctores recentioris græcitatis instituerunt dicere λαλεῖν τινα ita, ut esset, *clamando excitare*. Cf. Anacr. XXXIII, 19, ἔρωτας ἐκβοῆσαι, i. e. *clamando exigere* de corde, ubi tamen nonnulli ἐκβοῆσαι et ἐκσοβῆσαι confusa esse putant. Proposuerat Meinek. ἐξεσόβησας, quod receperat Piccolus. — Vs. 3. Meinek. ἔχαιρον pro ἐχρώμην quod dat codex. — Vs. 4. Cod. et Cramer. ἐγγύς, correxit Meinekeus, servari tamen potest.

LXX. Cramer. *ibid.* p. 385, Piccol. *ibid.* p. 158 sq. — Mutilum ap. Cramerum hoc epigr. Stratonicum restituit Th. Fix., *Not. critic. in Euripidem* (Bibl. gr. Firm. Didot. p. LXVIII). Posterius distichon tentavit et ipse Piccolus. — Vs. 1. Cod. ἰδών, unde recte conjecit doctiss. Fix. subsecutam fuisse particulam encliticam, quæ excidisset. — Vs. 2. Cod. et Cramer. δ., τὰ δ' ἐμὰ τόξα σοι κ. φ. — Vs. 3. Cod. et Cram..... ά γε χείλεα. — Vss. 3-4 : « Construe εἰ δὲ χείλεα ἐπὶ χ. ἐμὸν θείης. — In fine enotatum habeo πτέρυγας. » *Fix.* Sed cod. habet perspicue πτέρυγα : — Sic refecit totum locum, audacius quidem, Piccolus :

> Δωροῦμαι καὶ πτηνὸν ἀοιδόν, ἐφ' ᾧ σά γε χείλεα
> χείλεσ' ἐμοῖς θήσῃς· λάμβανε καὶ πτέρυγα.

LXXI. Cramer. *ibid.* p. 385, Carmen Stratonicum. — Vs. 1. Proposuerat Cramerus θυράων, correxit Meinekeus θυραίαν, legi posset θυραίας, *aperturæ*, gallice *baie de la porte*. — Vs. 3. Meinek. : « Versum tertium non expedio; pro ποθούμενος sententia forsan requirit πόθου μένος (?). » Conjicit Piccolus [κώλυμ'] ἔρως. — Vs. 4. Mutare vult Piccolus sive in ἡ γὰρ ἀνάγκη — μίξιν τοῖς ἰταμοῖς ἐνδέχεται πάθεσι, sive potius ἡ γὰρ ἀνάγκης — μίξις τοῖς ἰταμοῖς ἐνδέδεται πάθεσι. — Πρόστιμος, adjectivus quamvis lexicis desit, nulloque exemplo innitatur, in usu esse potuit; nihil ergo mutavi. — Vs. 6 : « Scribendum δαμάλης, cujus formæ, de qua dixit L. Dindorfius ad Stephani *Thesaurum*, s. v. δάμαλις et δαμάλης, jam novum exemplum habemus. Cf. Dorieus apud Athen., X, p. 412 f. » *Meinek.*

LXXII. Cramer., *ibid.* p. 384, qui vss. 1-2-3 dedit ὡς ποτέ σα... — ἐρασταῖς — σεῦ κάλαμον ἄνθος ἀποσμύχου μέριμν... Simul correxerunt et suppleverunt Meinekeus et Piccolus (*Suppl. à l'Anthol.* p. 157). Ille Stratoni carmen hocce, quod hic verisimile putat, attribuit.

LXXIII. Cramer., *ibid.*, p. 383, unde Meinek. *Anal. Alexandrin.* p. 395. et Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 156 sq. — Vs. 2. « ita corrige τί φθονέεις κτλ. Videtur Stratonis carmen esse. » *Meinek.* Scripserat Cramerus τί φθ. τοῦ τῷ σε θέλοντι γίσαι; γίσαι servari poterat, cum eodem sensu acceptum fuisse videatur ac φθείρειν, *vitiare*, quod dicitur de virgine vitianda. Hesych. γίσας, φθείρας.

LXXIV. « Synesii epigramma de astrolabio in ejus operibus legitur edit. Petav. p. 311. » *Br.* Vs. 1. στίβον ἐς οὐρανόν. Cf. Horat. I, 3, 38 : *Cœlum ipsum petimus* stultitia. — Vs. 2. Commode laudat Huetius Ovidium, *Fast.* I, 297 sqq. :

> Felices animas, quibus hæc cognoscere primis,
> inque domos superas scandere cura fuit.
> Admovere oculis distantia sidera nostris,
> ætheraque ingenio supposuere suo.
> Sic petitur cælum, etc.

Vs. 3. Cum verterit Jacobs. *ordinavit,* legere procul dubio voluit ἐπετάξατο; ἐπετάσσατο servandum ex πετάννυμι, *pando,* « explicuit, circulis in sphæra notatis. » — Vs. 4. κύκλα ἶσα, « circuli meridiani, quos vocant, æquatorem rectis angulis secantes, atque adeo omnes ejusdem magnitudinis, ἶσα. Hos secant τομαὶ οὐχ ὁμαλαί, circuli tropici et polares, inæqualibus intervallis distantes. » *Jac.* — Vs. 7. ζωοφόρου pro vulgato ζωδιακοῦ : cf. latinum *signiferum* orbem. — Vs. 8. Grot. et cett. συνηλύσιος, Jacobs. post Brunck. συνηλύσεως : « κέντρα συνηλύσεως sunt polus uterque, quod in iis omnes circuli meridiani concurrunt. » *Jac.* In μεσημβρίνης notanda penultimæ productio.

LXXV. « De hoc carmine videndus Fabricius *Bibl. Gr.* t. II, p. 722, et præsertim notarum libellus, quo illud illustravit flos episcoporum Huetius. [Repetitus est a Hier. Boschio in *Anth. Planud.* t. III, 491 sqq.]. Denuo ante tres annos editum est a viro politissimi ingenii, qui litteras patrias præclare ornat, Cl. Lessing., in *Anecdotorum* fasciculo e Bibliotheca serenissimi ducis Brunsvicencis Wolfenbutteliana, cui præfectus est, cum scholiis græcis veteribus [eas iterum exhibuit e cod. Parisino 2596 doctiss. vir Boissonadius cum textu Pauli, ad calcem suæ Anacreontis editionis], melioribusque et uberioribus ipsius editoris animadversionibus, præmissa critica carminis et illius editionum historia, quæ omnia lectu dignissima, doleo iis solis esse scripta, qui germanice loquuntur. Prodiit autem hoc carmen primum in Appendice, qua Aldus Manutius Anthologiam auxit a se editam anno 1503, unde in ceteras, quæ subsecutæ sunt, receptum est... Ridiculi erroris, quo mirifice perturbatus adeo versuum ordo, ut viri doctissimi nihil in eo intellexerint, primus auctor est Ascensius, in cujus editione anni 1531, carmen hoc non geminis in eadem pagina columnis distributum est, sed continua serie eodem expressum est modo, quem post imitati sunt H. Stephanus et Wechelii heredes. Typographi Itali, qui post Ascensium et Frobenium Anthologiam ediderunt, Aldo meliorem, quem sequerentur, ducem non quæsiverunt; proinde carmen hoc in Nicolinorum editione Veneta 1550, et ea, quæ anno post subsecuta est, filiorum Aldi, legentibus, res facile procedit.» *Brunck.*

Conf. v. cl. Ambr.-Firm.-Didot. *Alde Manuce ou l'Hellénisme à Venise,* p. 252, not. 1 : « La pièce de vers de Paul Silentiaire est en demi-iambes, vers de sept syllabes seulement. Alde crut devoir les mettre sur deux colonnes, et dans toutes ses éditions ils sont ainsi disposés; mais Ph. Junte, en les imprimant sur une seule colonne, au lieu de placer le premier vers de la seconde colonne après le premier vers de la première, et ainsi de suite, plaça toute la seconde colonne à la suite de la première, et ainsi de suite pour les autres pages. Ce qui est extraordinaire, c'est qu'on fut longtemps à s'apercevoir de cette erreur commise par P. Junte, et reproduite par Josse Bade et par Henri Estienne à Paris, par Froben à Bâle, dans les éditions données par Brodæus et Gelenius, et par Weckel à Francfort. C'est le savant Huet, évêque d'Avranches, qui signala le premier cette erreur. Il est regrettable que Henri Estienne, qui, dans son commentaire sur l'édition de l'Anthologie qu'il a donnée, cite souvent le texte d'Alde, ait négligé de le confronter pour cette pièce, et s'en soit rapporté aux éditions de Junte, de Josse Bade et de Froben. Il est vrai que le commentaire de Henri Estienne s'arrête dans son édition à la page 486, et que le petit poème du *Silentiarius* ne commence que deux pages plus loin. Si Henri Estienne eût continué son commentaire, il est certain qu'il se serait aperçu de cette méprise; mais il est probable que quelqu'un de ses fréquents voyages aura forcément fait cesser sa coopération en cet endroit. Au reste, il faut reconnaître que, par un singulier hasard, le sens ne se trouve pas sensiblement troublé par cette interversion. » Longe alia Huetii sententia est de hoc versuum interverso ordine, et *tantam* profitetur se *rerum omnium ac verborum perturbationem* sensisse, *ut inexplicabile opus visum sit.*

« Lemma præfixum auctorem indicat Paulum Silentiarium : quod postremum vocabulum nomen fuit dignitatis sacri Palatii; silentiariorum munus fuit excubare in Augusta domo, et silentium procurare. Libro XII *Codicis,* titulus (16) habetur de Silentiariis et Decurionibus. Vixit Paulus ille Justiniani temporibus, ut docet nos Agathias (lib. V, p. 147 sq.), qui et genus illius, opes et doctrinam mirifice prædicat. Exstant utriusque ἀμοιβαῖα epigrammata in Anthologia [Palat. c. V, 216 sqq. 292 sq. c. X, 764 sqq. XI, 14 sq., etc.] : unde mutuam eorum consuetudinem intelligas. Domnum Florum patrem habuit; habuit et filiam quæ duodecim annos nata interiit et in Macedonia sepulta est. Carmine multa lusit, quorum pars superest in Anthol. edita, pars in inedita [Omnia sunt in *Anthol. Palat.* ed. A. F. Didot, *passim*]. Superest et descriptio templi Sanctæ Sophiæ, quam impense laudat Agathias. » *Huet.*

Εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμά. « Pythia locus Bithyniæ calidis aquis nobilis. Regiam domum et balneas illic a Justiniano magnifice constructas memorat Procopius (*De Ædif.* lib. V, c. 3). Hinc Paulo data occasio fontis hujus celebrandi : cujus salubritas laudatur in Anthol. epigr. [*Anth. Plan.* IV, 26, 1; *Anth. Pal.* IX, 676] auctoris incerti, et apud Stephanum Byzant. (in Θερμά). » *Id.* — Stephan. loc. : Θερμά· ἔστι καὶ Βιθυνίας θερμὰ, τὰ μὲν Πύθια, τὰ δὲ ἐν Προύσῃ βασιλικὰ λεγόμενα. — Procop. loc. : Πηγαὶ δὲ θερμῶν φύσει ἐν Βιθυνοῖς ὑδάτων ἀναβλυστάνουσιν ἐν χώρῳ, ὃν ἐπονομάζουσι Πύθια. Ταύτας ἔχουσι παραψυχὴν ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ διαφερόντως Βυζάντιοι, ἄλλως τε ὅσοις νοσώδεσι ξυμβαίνει εἶναι. Ἔνθα δὲ πολυτέλειαν ἐπιδέδεικται βασιλεῖ πρέπουσαν. Βασίλειά τε γὰρ ᾠκοδομήσατο οὐ πρότερον ὄντα, καὶ λουτρῶνα ἐν δημοσίῳ τῶν ἐκεῖ φυομένων θερμῶν ὑδάτων πεποίηται. Πηγὰς δὲ ποτίμων ὑδάτων ὡς ἑκάστῳ ἀναβλυζούσας εἰς τόνδε τὸν χῶρον ὀχεταγωγίᾳ διακομίσας, τὸν πρότερον ἐνταῦθα ἐπιχωριάζοντα περιεῖλεν αὐχμόν. Ἀλλὰ δὲ τοῦ ἀρχαγγέλου τὸ τέμενος, καὶ τὸ τῶν νοσούντων ἀναπαυστήριον, μείζω τε καὶ καταπολὺ ἐπιφανέστερον κατεστήσαντο. « In cod. Bibl. Laurent. ap. Bandin. t. II, p. 256, hoc carmen extat cum lemmate : Πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Κωνσταντῖνον Πορφυρογέννητον. Deinde sequuntur hi versus :

Βούλει μαθεῖν, Αὔγουστε,
Κωνσταντῖνε κράτιστε,
θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα...

quibus nonnulli in errorem inducti existimaverunt, auctorem carminis longe diversum fuisse a Paulo illo qui, Justiniano imperante, Silentiariorum primicerius fuit. At hos versus, quos nullus cod. præter Florentinum agnoscit, ab inepto interpolatore profectos statuit Lessingius, qui inter alia argumenta etiam hoc habet, quod versus secundus in metrum peccet. At in Κωνσταντῖνος Justinianei ævi scriptores penultimam pro lubitu modo producunt, modo corripiunt... » *Jacobs.* — Vs. 2. Comp. schol. Gregor. Naz. ἄτεχνος ζωή, παρὰ τῷ θεολόγῳ Γρηγορίῳ, ἡ χωρὶς τέχνης συνισταμένη, eumdemque poetam Huetius, *Od.* 2, p. 184 : ἃ γῆ φίλη δίδωσιν ‖ ἄτεχνα δῶρα πᾶσιν. — Vs. 5. Aldinæ tres et Ascens. αὐτάργυρον. « Sic Aponi fons vocatur Claudio, Eidyl. VI, vs. 70, *inemta* salus. — Vs. 6. Gregor. Naz. *Od.* 2, p. 184, ποτὸν μέθης ἄποιον ‖ ἀκλήματον γάνυσμα. — Vs. 9. σοφοί, « physicorum sententias. » *Jac.* — Vs. 10. φύσις τῶν πραγμάτων. *Schol.* — Vs. 13. Vulcanius (ed. Lugd. Bat. 1591), σύριγγας. — Vs. 16. Schol. πιλεῖσθαι, πυκνοῦσθαι. Comp. Jacobsius Nemes. *De Hom. nat.* p. 118 ed. Oxon., 68 ed. Antuerp. : ὕδωρ πυκνωθὲν καὶ πιληθέν. — Vss. 19-25. Cf. Senec. *Quæst. Nat.* III, 24 : Quidam existimant, per loca sulphure plena exeuntes vel introeuntes aquas calorem beneficio materiæ, per quam fluunt, habere; quod ipso odore gustuque testantur. Vitr. VIII, 3. — Vs. 20. Schol. : θειώδη, ἤγουν θείου μετέχοντα, ἤγουν τεάφης (Byzant. p. θεαφίου). — Vs. 25. « Cod. τρέχει, ut vulgo Brunck. τρέχειν, citra necessitatem. » *Boiss.* — Vs. 30. μυδῶσα, μυδῶ δὲ κυρίως τὸ ἀπὸ σήψεως ὑγρὰ καὶ ἰχῶρας ἔχειν. — Vs. 34. Τὸ θερμὸν λέγει Ἱπποκράτην ἄψυχον, καὶ Γαληνὸν χωρὶς τέχνης· ἐπεί, ἄψυχον ὂν καὶ ἄτεχνον, ἰάσεις ποιεῖ ὥσπερ ὁ Ἱπποκράτης. *Schol.* — Vs. 36. « Siciliam designat, quæ νῆσος dicitur κατ' ἐξοχήν. » *Huet.* — Vss. 40-41. Unus e duobus Bibl. Publ. Paris. Μηδίας, quod et habent Aldinæ, Frobeniana et Vulcan. editt. Scholiastes tamen legi jubet Μηδείας. De Medea cogitaverat Huetius, « sed me demum, ait, ab hac sententia dimovit Aristotelis liber Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων [c. 33] : Ἔστι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ καὶ ἐν Ψιτταχίνῃ τῆς Περσίδος πυρὰ καιόμενα, τὰ μὲν ἐν Μηδίᾳ κτλ. et mox [c. 34] : Φασὶ δὲ καὶ περὶ Ἀτιτανίαν, πρὸς τοῖς ὁρίοις τῆς Ἀπολλωνιατίδος εἶναί τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐστιν· ἐπειδὰν δὲ ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ' αὐτὴν, ἐκφλογοῦται. Hæc nobis facem præferunt ad emendationem Pauli. Sic ergo legendum censeo : Οἶδεν φέρειν τοιαῦτ' Ἀ ‖ τιτανία, Μηδία. » Sed monet Boissonadius Μηδείας velle metrum et rem sic pati; etenim Μηδεία optime dici potest pro Μηδία, ut apud Pind. *Ol.* I, 78 : Μήδειοι κάμον ἀγκυλότοξοι, et Simonidem, *Anth. Pal.* VII, 301, 4 : Μηδείων δ' ἀνδρῶν δεξάμενοι πολέμῳ, etc. Cæterum Τιτανία non fuit in Media, sed in Peloponneso. Notandum est quoque, in regione Titania Peloponnesi lucum esse cui *Pyrææ* nomen est, et aram ventorum, ubi accinit, ut narrant, sacerdos magica quædam *Medeæ* carmina. Pausan. II, 11 et 12. Hic fortasse latet vera Pauli interpretatio, cui nequaquam

foret opus ulla mutatione. — Vs. 42. Aristot. ib. : ἔστι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ καὶ ἐν Ψιττακίνῃ τῆς Περσίδος κτλ. Regio quæ a nostro dicitur Πιττάκη, est apud Steph. Byz. ψιττακή, ap. Plin. II, 110, Sittacene : « Flagrat in Medis et Sittacene confinio Persidis. » — Vs. 43. Aristot. *ib.* 39 : Λέγεται δὲ καὶ περὶ Λυδίαν ἀναφέρεσθαι πῦρ παμπληθὲς, καὶ καίεσθαι ἐφ' ἡμέρας ἑπτά. — Vs. 45. Aristot. *ib.* 35 : Λέγεται δὲ καὶ τὰ ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων καίεσθαι, τὰ μὲν διὰ παντός, τὰ δὲ, νύκτωρ μόνον, ὡς Ἄννωνος περίπλους ἱστορεῖ. Quem locum vide in *Geogr. Minor.* Ed. Didot. *Peripl. Hann.* § 13. — Vss. 47-48. Aristot. ib. 36 : καὶ τὸ ἐν τῇ Λιπάρᾳ δὲ φανερὸν καὶ φλογῶδες, οὐ μὴν ἡμέρας, ἀλλὰ νυκτὸς μόνον· εἶναι δὲ καὶ ἐν Πιθηκούσαις φασὶ, πυρῶδες μὲν καὶ θερμὸν ἐκτόπως, οὐ μὴν καιόμενον. Τὸ δὲ ἐν τῇ Λιπάρᾳ ποτὲ καὶ ἐκλείπειν φησὶ Ξενοφάνης ἔτη ἑκκαίδεκα, τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἐπανελθεῖν. Cf. Theocr. *Eidyl.* II, 134. Secutus esse videtur Paulus Calliam *de Reb. Agathocl.* ap. Schol. Apoll. Rh. III, 41. — Vs. 49. Schol. ἀφεγγὲς ἆσθμα, σκοτεινὸν ἀναφύσημα, πνεῦμα. Ἆσθμα, ἡ ἀναπνοὴ κτλ. Conf. Jacobs. Antip. Sid. *Anth. Pal.* VII, 210 : λάβρον ἐπ' ἆσθμα πυρός. — Vs. 56. Plinius, XXXI, II, 11 : « In Bœotia ad Trophonium deum juxta flumen Orchomenon duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert, inde nominibus inventis. » — Vs. 57. Plin. II, CVI (CIII) 11 : « Lyncestis aqua, quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Item in Paphlagonia et in agro Caleno. In Andro insula, templo Liberi patris, fontem Nonis Januariis semper vini sapore fluere Mucianus ter consul credit : Διὸς Θεοδοσία vocatur. » Conf. de Lyncesti aqua, Aristot. *Meteorol.* II, 3; Vitruv. VIII, 3; Senec. *Quæst. nat.* III, 20; Plin. ipsum qui hæc a Theopompo accepisse se fatetur (XXXI. 13). Senec. laudat Ovidium *Metam.* XV, 329; De Paphlagonia, Vitruv. l. c. p. 240 ed. Bip., Athen. II, sect. 17, p. 42; de agro Caleno in Campania, Val. Maxim. I, 8; de Andro insula, Plin. XXXI, 13. — Vid. etiam D. de Boissieu lib. *De sept. Miraculis Delphinatus*, p. 123, in Œnorrhoe, seu fonte vinoso, agri Vapincensis. — Vs. 58. Vid. Athen. *ibid.*, Plin. IV, 8, etc., quos collegit Huetius, p. 59 sq, p. 497 ed. Bosch. — Vs. 59. Cf. Pausan. IX, 34 de quibusdam ap. Coroneam fontibus, unde ὅμοιον γάλακτι ὕδωρ ἄνεισιν. — Vs. 61. Codd. πτηνόν, Aldin. πτηνῶν. Aristote *Mirab. Auscult.* XXVIII : Περὶ Σικελίαν δέ φασιν εἶναι ὑδάτος συστρεμμάτιον, εἰς ὃ τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων ὅταν ἀποβαφῇ, πάλιν ἀναβιοῖ; eadem fere iisdem verbis Sotion. — Vss. 62-63. Omnes ποθοῦσιν, male ποτοῦσιν tentante Bocharto. Schol. : μισητρόν· τὸ μῖσος ἐμποιοῦν. φίλτρον δὲ τὸ φιλίαν ἐμποιοῦν· κατὰ ταῦτα λέγεται καὶ θέλγητρον τὸ ἐμποιοῦν τέρψιν, καὶ φόβητρον τὸ ἐμποιοῦν φόβον, καὶ ἕτερα. Pertinent hæc ad fontem Clitorium de quo Ovid. *Metam.* XV. 323 quem quisquis biberit non solum

> Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis,

et Athen. l. c. p. 43 : Φύλαρχος δέ φησιν ἐν Κλείτορί εἶναι κρήνην ἀφ' ἧς τοὺς πιόντας οὐχ ἔτ' ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν, et denique Vitruv. l. c., qui laudat epigr. græc. quod vide in hac ipsa sylloge, cap. IV, n. 20 Ἀγρότα, σὺν ποίμν. — Vss. 64-65 : Lucret. VI, 891 :

> Quod genus endo mari Aradio fons dulcis aquaï,
> qui scatit, et salsas circum se dimovet undas;
> et multis aliis præbet regionibus æquor,
> utilitatem opportunam sitientibu' nautis.
> quod dulceis inter salsas intervomit undas.

Plin. II, 103 : Nam dulcis haustus in mari plurimis locis, etc., V, (XXXIV) 31 de Arado : « inter quam et continentem, quinquaginta cubita alto mari (ut auctor est Mucianus), e fonte dulcis aqua tubo coriis facto, usque a vado, trahitur; » Pausan. VIII, VII, 2 : ἔστι δὲ ἡ Δεινὴ κατὰ τὸ Γενέθλιον καλούμενον τῆς Ἀργολίδος, ὕδωρ γλυκὺ ἐκ θαλάσσης ἀνερχόμενον..... Γλυκὺ δὲ ὕδωρ ἐν θαλάσσῃ δῆλόν ἐστιν ἐνταῦθά τε ἀνιὸν τῇ Ἀργολίδι, καὶ ἐν τῇ Θεσπρωτίδι κατὰ τὸ Χειμέριον καλούμενον. (Cf. Strabon. VII. VII, 5.) *Anth. lat.* lib. III, p. 479, epigr. 31. — Πῖδ. ἀναρροιβδ., πηγὴ σὺν ἤχῳ ἀνέρχεται. *Schol.* — Vs. 66-67. « Antra et spiracula, quæ vapores μαντικοὺς exhalabant, plurima commemorat Huetius p. 62 [ed. Bosch. 498 sq.]. » *Jac.* — Vs. 68-69. De lacu Asphaltite et aliis ejusdem generis, v. Strab. XVI, II, 2, Diodor. XIX, 98, Vitruv. VIII, 3, Plin. XXXI, 2. — Vs. 70. Aldin. δολοῦται, Vulc. ψόφῳ, correxit Huet. ex codd. Paris. — Vs. 74. Fontem esse quemdam Siciliæ narrat Aristot. *Mir. Auscult.* 58, qui perjuria prodit. Simile quid habent de Sardiniæ fonte Solin. c. 4 et Priscian. *Perieg.* v. 468 (Cf. Solin. c. 5, Priscian. *ib.* v. 489 sqq.). « Prope oppidum Tyana Jovis ὁρκίου aqua erat, cui eamdem vim tribuebat superstitiosa antiquitas, » ut testatur Philostr. *Vit. Apollon.* lib. I, 6. p. 7 : τοῦτο (τὸ ὕδωρ) εὐόρκοις μὲν ἡδύ τε καὶ ἵλεων, ἐπιόρκοις δὲ παρὰ πόδας ἡ δίκη· ἀποσκήπτει γὰρ καὶ εἰς ὀφθαλμοὺς καὶ εἰς χεῖρας καὶ εἰς πόδας. Vid. plura ejusdem generis ap. Huet. p. 499 sq. — Vss. 77-78. desunt in Aldin., legebat tamen eos Schol. qui interpretatur χαῦνον, παραλελυμένον, ἐκλελυμένον, ᾧ ἐναντίον τὸ συνεστηκὸς καὶ συνεσφιγμένον; sunt in codic. Vulcan. et in Paris. Bibl. publ. — Vs. 79. « Contra fons solis in Troglodytis (Plin. II, 103), appellatur dulcis, et circa meridiem maxime frigidus, non paulatim tepescens, ad noctis media fervore et amaritudine infestatur. » *Huet.* Cf. Herodot. IV, 181, Diodor. XVII, L, 4 sqq.; Pompon. Mela. I, 8; Q. Curt. IV, 29, etc. — Vss. 83-86. Aldin. etc., τὴν ἄχνην, correxit ὡς ἄχνην Huetius, qui plurima hujus miraculi affert exempla, quæ vide, p. 501 sq. — Vs. 87. Aristot. *Mirab. Auscult.* CXXVII : Ἐν δὲ Σκοτούσαις τῆς Θετταλίας φασὶν εἶναι κρηνίδιόν τι μικρόν, ἐξ οὗ καὶ ῥεῖ τοιοῦτον ὕδωρ, ὃ τὰ μὲν ἕλκη καὶ θλάσματα ταχέως ὑγιεινὰ ποιεῖ καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑποζυγίων. « Hæc sumpsit Sotion pæne αὐτολεξεί. » *Huet.* Cf. Plin. XXXI. 2 ex Theopompo, Solin. c. 4, Plin. jun. VIII, epist. 20. — Vs. 90. « Brunck. στρέφει, cod. τρέφει optimo sensu; » *Boiss.* quod recepere cett. editores. — Vs. 93 sqq. Aristot. *ib.* CXXXVIII (150) : ἐν Ἰλλυριοῖς δὲ τοῖς Ἀρδιαίοις καλουμένοις, παρὰ τὰ μεθόρια τῶν Αὐταρεατῶν, κἀκείνων φασίν ὄρος εἶναι μέγα. τούτου δὲ πλησίον ἄγκος, ὅθεν ὕδωρ ἀναπηδᾶν, οὐ πᾶσαν ὥραν, ἀλλὰ τοῦ ἦρος, πολὺ τῷ πλήθει· ὃ λαμβάνοντες τὰς μὲν ἡμέρας ἐν τῷ στεγνῷ φυλάττουσι, τὰς δὲ νύκτας εἰς τὴν αἰθρίαν τιθέασι, καὶ πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας τοῦτο ποιησάντων αὐτῶν, πήγνυται τὸ ὕδωρ, καὶ γίγνεται κάλλιστον ἅλας. Cf. Senec. *Quæst. nat.* III, 25. — Vs. 94. Pro εἰ νυξίν, Vulcan. ἐν νυξίν. — Vss. 96 sqq. Sotion : Ἐν δὲ Ἀλιφάνῳ τῆς Ἰταλίας φρεάτιόν ἐστι βαθὺ, οὗ τὸ μὲν ὕδωρ βλέπεται, ἡλίκον δ' ἂν τις χαλάσῃ σχοινίον, οὐκ ἐφάπτεται τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ὑπὸ θείου τινὸς κωλύεται. Vulg. βλέπει Huetius mutavit in βλέπεις. — Vs. 100. De fontibus res injectas crusta lapidea inducentibus vide quæ affert exempla Huetius, p. 503, in primis Strabon. V, I, 13 : Ἐφ' οὗ (Σιλάριδος ποταμοῦ) τοῦτ' ἴδιον ἱστοροῦσιν περὶ τοῦ ὕδατος ὄντος ποτίμου, τὸ καθιέμενον εἰς αὐτὸ φυτὸν ἀπολιθοῦσθαι φυλάττον τὴν χρόαν καὶ τὴν μορφήν. Cf. Sil. Ital. VIII, 583 et Plin. II, 103, 5. — Vs. 104. Aristot. *Mirab. Auscult.* LVI (57) : Ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Συρακούσας κρήνη ἐστὶν ἐν λειμῶνι οὔτε μεγάλη, οὔθ' ὕδωρ ἔχουσα πολύ· συναπαντήσαντος δὲ εἰς τὸν τόπον ὄχλου πολλοῦ, παρέσχεν ὕδωρ ἄφθονον. Idem ex Aristotele narrat Sotion. Cf. Claudian. *De sexto Consulat. Honor.* v. 508 sqq. —

Vs. 108. Aristot. LIV (55) : Περὶ τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Πυθόπολίς ἐστι, κώμη ἀπέχουσα Κίου ὡς σταδίους ἑκατὸν εἴκοσιν, ἐν ᾗ τοῦ χειμῶνος ἀναξηραίνεται πάντα τὰ φρέατα, ὥστε μὴ ἐνδέχεσθαι βάψαι τὸ ἀγγεῖον· τοῦ δὲ θέρους πληροῦται ἕως τοῦ στόματος. Cf. Antig. Caryst. c. 178. Idem tradit Plinius II, 103, 9 de fluvio Novano. — Vss. 112 sqq. Aristot. *ibid.* LIII (54) : Ἐν τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ οὕτω νιτρῶδές ἐστι τὸ ὕδωρ, ὥστε τὰ ἱμάτια οὐδενὸς ἑτέρου ῥύμματος προσδεῖσθαι. Cf. Antig. Caryst. *Hist. Mirab.* c. 172, Plin. XXXI, 46, Strabon. XI, xiv, 8, de lacu Arsena s. Thopite. — Vs. 114 *Schol...* ῥύπτω τὸ καθαίρω, ἀφ' οὗ ῥύμματα τὰ καθάρματα, καὶ ῥύμη ἡ στενωπὸς, καὶ ῥυπόω ῥυπῶ, καὶ ῥῦπος, καὶ ἐρρυπωμένα ἱμάτια, καὶ ἕτερα, διὰ τοῦ υ ψιλοῦ. — Vs. 116. Aristot. *ibid.* LXXXI (82) : Ἔστι δὲ καὶ, λίμνη ὡς ἔοικε, πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ὕδωρ ἔχουσα θερμόν· ὀσμὴ δ' ἀπ' αὐτῆς, βαρεῖα, καὶ χαλεπὸν ἀποπνεῖ· καὶ οὔτε ζῶον οὐδὲν πίνει ἐξ αὐτῆς, οὔτε ὄρνεον ὑπερίπταται, ἀλλὰ πίπτει καὶ ἀποθνήσκει. Idem Sotion. Cf. inter plurima quæ memorat Huetius, Strabon. VI, iii, 5, Pausan. II, xx, 5, Virgil. VII, 84 sqq., 565 sqq. et præterea VI, 237 sqq., Apollon. Rhod. IV, 597 sqq. — Vs. 120 sqq. « Ἐκεῖ nempe in putido illo lacu Eridano proximo, mox commemorato. » *Huet.* Aristot. *ib.* : Εἶναι δὲ ἐν αὐτῇ (λίμνῃ) αἰγείρους πολλὰς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον· οἱ δὲ λέγουσιν ὅμοιον εἶναι κόμμει, ἀποσκληρύνεσθαι δ' ὡσανεὶ λίθον, καὶ συλλεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφέρεσθαι εἰς τοὺς Ἕλληνας. Cf. Apoll. Rhod. IV, 603 et Plin. III, 26. « Φυτῶν jungendum cum ἐξάγουσας. Exspectasses κλάδων vel φλόων, vel simile quid; φυτῶν tamen a Paulo scriptum esse puto. » *Jac...* vulgatum τίκτει emendavit ex Aristotele Huetius πίπτει. — Vs. 129 sqq. Aristot. *ib.* CXII (122) ex Polycrito qui de rebus Siculis scripsit... εἶναι... ἔν τινι τόπῳ τῆς μεσογείου, λιμνίον τι ἔχον ὅσον ἀσπίδος τὸ περίμετρον· τοῦτο δ' ἔχειν ὕδωρ διαυγὲς μὲν, οὐ μικρῷ δὲ θολερώτερον· εἰς τοῦτ' οὖν ἐάν τις εἰσβῇ λούσασθαι χρείαν ἔχων, αὔξεται εἰς εὖρος· ἐὰν δὲ καὶ δεύτερον, μᾶλλον πλατύνεται· τὸ δὲ πέρας ἕως εἰς πεντήκοντα ἀνδρῶν ὑποδοχὴν μεῖζον γινόμενον διευρύνεται· ἐπειδὰν δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν λάβῃ, ἐκ βάθους πάλιν ἀνοιδοῦν, ἐκβάλλειν μετέωρα τὰ σώματα τῶν λουομένων ἔξω ἐπὶ τὸ ἔδαφος· ὡς δ' ἂν τοῦτο γένηται, εἰς τὸ ἀρχαῖον πάλιν σχῆμα τῆς περιμέτρου καθίσταται. « Eadem hæc Sotion, et alterius præterea fontis Indici meminit, auctorem secutus Ctesiam, qui lavantes in terram ejicit magno impetu. » *Huet.* — Vs. 140. Aldin. edd. κρύπτων τὸ καῖον, Stephan. κρυπτὸν ἔχων τὸ κ. Lessing. e cod. Gud. κρύπτον ἔσω τὸ καῖον, sed in not. restituit κρύπτων. Aristot. *ib.* XXXVI (34) : Φασὶ δὲ καὶ περὶ Ἀτιντανίαν πρὸς τοῖς ὁρίοις τῆς Ἀπολλωνιάτιδος εἶναί τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐστιν· ἐπειδὰν δ' ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ' αὐτὴν, ἐκφλογοῦται. — Vs. 142. Cod. Gud. στάζεις. Vulcan. in scholiis : γρ. ἐκ παλαιοῦ ἀντιγράφου. ἔλαιον ὑπερστάξας, contra metrum. — Vss. 143 sqq. Dicit et Plinius de gagate lapide qui *oleo restinguitur.* (Lib. XXXVI, xxxiv, 6.) — Vs. 147. Schol. δέλτοι, βίβλοι. — Vss. 148 sqq. Aristot. *ibid.* CXIV (124) : Φασὶ καὶ ταύτης τῆς κρήνης (fontis oleum fundentis in agro Carthaginiensi), πλησίον εἶναί τινα πέτραν, αὐτοφυῆ, μεγάλην τῷ μεγέθει· ταύτης οὖν λέγουσιν, ἐπειδὰν μὲν ᾖ θέρος, φλόγα ἀναπίπτειν πυρός· χειμῶνος δὲ γενομένου, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου κρουνὸν ὕδατος ἀναρραίνειν, οὕτω ψυχροῦ ὥστε χιόνι συμβαλλόμενον, μηδὲν διαφέρειν· καὶ τοῦτό φασιν οὐκ ἀπόκρυφον, οὐδὲ μικρὸν χρόνον φαίνεσθαι· ἀλλὰ τὸ μὲν πῦρ ἀνιέναι τὴν θερείαν ὅλην, τὸ δὲ ὕδωρ πάντα τὸν χειμῶνα. « Plura ejusmodi fontium, naphtha, aquæ innatante, ardentium, exempla profert ad illum locum Beckm. » *Jac.* — Vs. 151. ῥεῖθρον hoc Thraciæ flumen est Pontus nomine, cujus lapides, non sanguine, ut scribit Paulus, sed aqua respersi, ignem concipiunt. Aristot. *ib.* CXV (125) et inde Antigon. Caryst. c. 131 : Ἐν ᾧ (ποταμῷ) λέγεται... καταφέρεσθαί τινας λίθους, οἳ καίονται, καὶ τοὐναντίον πάσχουσι τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἄνθραξι· ῥιπιζόμενοι γὰρ σβέννυνται ταχέως, ὕδατι δέ ῥαινόμενοι ἀναλάμπουσι καὶ ἀνάπτουσι κάλλιον. Cf. *ibid.* c. XLI. et Plin. II, 106 (110) 1, de Hephæstiis Lyciæ montibus. « Quæ cum exscriberet, Paulus, pro eo quod legitimum est, ἐπιρραινόμενον ὕδατι, videtur legisse αἵματι. » — Vs. 152. Aldin. ἅπτοντας αἰείδαμας, Vulcan. ἅπτοντες ἀείδαμας, in edit. Stephan. emendatt. ἀειδάλους, Vulcan. autem ipse in schol. ut ex ms. ὡσεὶ δᾷδας, quod receptum est; Lessing. αἰεὶ δᾷδας. — Vs. 157 sqq. Comp. Huetius Achil. Tatium., II, p. 95, edit Salm. aliaque affert exempla. — Vs. 158. Vulg. σμίγδην, Cod. Gud. μίγδην, quod dat et Scholiastes, interpretans μεμιγμένα. — Vs. 160 τετρακτύος πιστοῦται. Schol. : τουτέστι, τὴν τῶν τεττάρων στοιχείων μίξιν βεβαιοῖ. Vid. totam de hoc loco Huetii notam, quam etiam exscripsit Jacobs., qui de quatuor Empedoclis elementis, deque ejusdem opinione de φιλίᾳ et ἔχθρᾳ jubet adire Menag. ad Diog. Laert. VIII, 76, p. 384, etc. — Vs. 164. Ald. κρινῶν, Vulcan. κρίνων, Sylburg. in marg. exempli Gruteri, κυρνῶν ἢ κρηνῶν. Veram lect. dedit Stephan. et Gud. codex. — Vs. 167. « Deum nos jubet mente contemplari, at vetat similem existimari imaginum, quibus eum humana imbecillitas adumbrare conatur; cum ne animo quidem ignota ejus natura comprehendi possit nedum spiritus corporeis simulacris exhiberi. » *Huet.* — Vs. 174. Schol. Ἄναρχον φῶς γινωσκόμενον. — Vs. 175. id. : Ἀρρήτως καὶ λεπτῶς ἐκπνεόμενον. — Vs. 176. id. Φέρον, διεξάγον. Τοὺς ἀνθρώπους δοκεῖ λέγειν κόσμους, τοὺς πληροῦντας τὸν κόσμον, οἳ παρέρχονται, εἶτα ἕτεροι γίνονται, καὶ αὖθις ἕτεροι, οὓς, διὰ τὸ πολλάκις τὸν κόσμον πληροῦν, λέγοι ἂν κόσμους πληθυντικῶς. « Attamen φέρον hic sumi quoque potest pro *gignens, proferens.* » *Huet.* — Vs. 177. Schol. χωρίῳ, κόσμῳ probante Huetio; χωρίον ut latine *spatium.* — Vs. 189. « Pro θεώσεις, Lessingius ait in cod. Guelpherbitano reperisse se θεάσεις (?). Atque sic legisse videtur Ancantherus, cujus hæc est versio :

Quod cupis invenies, hæc stet modo firma voluntas,
invento ut melius præsens præsente fruaris.

Et θεάσεις (?) optime ad sensum faciet, climace sic disposito : « Cupies, quæres, *videbis,* i. e. invenies. » At jam τὸ κρεῖττον non erit ψυχὴ [ut vult Scholiastes], sed θεός; estque notissimus hic τοῦ κρείττονος sensus de quo multi dixerunt, et ipse ad Eunapium... Servavi tamen θεώσεις, quod plus habet auctoritatis, plus græcæ proprietatis, sententiamque efficit egregiam. » *Boiss.*

LXXVI. Edidit Fabricius, in *Biblioth. græc.* t. VIII, p. 136 (t. IX. p. 97, ed. Harl.), Brunck, *Anal.* t. III, p. 277, n. DXCVI : (« penes me est cod. ms. bonæ notæ, in quo præter alia Basilii exstant Naumachica; inde carmen hoc emendatius, quam apud Fabric. legitur, protuli. ») *Br.* — « Basilium quemdam invenio Protospatharium, qui circa ann. Chr. 956, multa præclara gessit contra Arabas in Italia inferiore et Sicilia, ubi Arabum ducem, Ammar sive Ebn-Ammar magno prælio fudit. De Basilio cf. ad Epigr. ἀδέσπ CCCLXI. » (*Anth. Pal.* IX, 686. Ἠνορέης ὀλετῆρα). *Jac.* — Vs. 2 Καρχηδονίων. Arabas intellige qui Africæ septentrionalem oram tunc imperio tenebant.

LXXVII. E cod. reg. 2720, p. 11, Boissonad. et e codd. biblioth. Laurent. Florent. 29, plut. 53, p. 160. Piccolus ediderunt, hic in *Supplém. à l'Anthol.* p.

209 sq. cum notis ; ille in *Anecd. gr.* t. II, p. 469 sq., uterque cum lemmate Λέοντος φιλοσόφου, quem Boissonadius monet non confundendum esse cum Leone sapiente, imperatore. Vid. infr. n. 92, XCII. Damus nos e codice Bibl. publ. Paris. (Bibl nat.). 1773, f. 264 v°, 265 r°. — Vs. 3. Omn. codd. ὑδρηχόοιο, correxit Boissonn. quod accepit Piccol., qui tamen suspicatur quamdam esse in ὑδρηχόοιο contractionem. — Vs. 4. cod. 1773 πολλῶν, male; Florent. πολεύων. — Vs. 5 sq. comparat Boissonad. Ovid. *Tr.* III, 10 de frigore regionis Ponticæ : Nudaque consistunt formam servantia testæ ‖ Vina, nec hausta meri, sed data frusta bibunt. Cf. etiam Virg. *Georg.* III, 362 sqq., Plin. XIV, 17, etc. — Vs. 6. cod. 1773. ῥήγνυσι, ut infr. vs. 21. λέγουσι. — Vs. 14. Omnes post κελ. με quod bene expulit Boisson. — Vs. 15. Codd. Boiss. et Flor., Picc. πείσῃς, 1773 et Boiss. πείσεις. — Vs. 16. Boiss. ex cod. νεκροστόλοις, Florent., alt. Paris., Piccol. νεκυοστόλοις; hic : « Perspicuum est poetæ duas vocales υο in voce νεκυοστόλοις pro una haberi. » — Vs. 20. Omn. mss. Βλεμύων. « Quo de populo vid. Steph. Quatremerius, *Memor. de Ægypto,* t. II. Agisymbi, Ptolemæo memorati, interiorem Æthiopiam habitabant. » *Boiss.*

LXXVIII. *Eumeniæ.* Edidit Arundell. *Itin. VII eccles. As.,* in tab. lithogr., sine numero. Inde Franz. *Corp.* n. 3893. — Cf. nn. 3814, 3843, etc.

LXXIX. Cramer. *Anecd. Paris.* t. IV, p. 296; Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 135. — Vs. 1. Cramer. ἐπέφνης, ἀγαθὸν δέ τ' ἐξ... correxit Piccolus. — Vs. 2. pro τόνδε suspicabatur Piccol. τονδί. — Vs. 3. Piccol. legendum censuit Ἄρες· ὅς γ' ἐν ἰωχμῷ, sive ἐν αὐτῇ. — Vs. 4. Cramer. παρέχοις, emendavit Piccolus.

LXXX. Cramer. *ibid.* p. 296, Piccol. *ibid.* — Vs. 1. Cramer. ἐν δέ τι τείχ., correxit Piccolus. — Significat poeta ad hostem a muro defendendum multum semper valere tela. — Vid. epigr. præced.

LXXXI. Cramer. *ibid.* p. 303 sq. — Vs. 3. τρίπτηχυς λίθος cippus sepulcralis esse videtur, ut conjicere licet ex simili Philes locutione p. 320, 58, edit. Wernsd., Τρίπηχυς τάφος. — Vid. epigr. sequens, in quo est idem versus ἀλλ' οὐ παρ... — Vs. 4. τὸ φῶς Christus est, ἡ τὸ φῶς τεκοῦσα virgo Christi mater. Cf. supr. C. III, 375.

LXXXII. Cramer. *ibid.* p. 304. — Vs. 3. repetitus est a præced. epigr. — Vs. 7. Cramer. αὐτά. — Vs. 8. Virgineus μαθητὴς Joannes est, cui Christus moriens matrem suam commendavit, quod hisce verbis explicuit Nonnus, *Joannis paraphr. evangel.* XIX, 25 sqq. :

Γύναι, φιλοπάρθενε μῆτερ,
ἠνίδε παρθένον υἷα· καὶ ἔμπαλιν εἶπε μαθητῇ
ἠνίδε παρθενική, φιλοπάρθενε, σεῖο τεκοῦσα
νόσφι τόκου.

— Cf. Eudoc. p. 311 : τὸν παρθένον Ἰωάννην.

LXXXIII. Bandin. *Catal.* t. II, p. 45. in cod. ms. XIV, sec. Æschyli tragœdias continente, post *Prometh. relig.* — Vs. 11. κρώζων, proprie *crocitans, cornicans;* cf. Aristoph. *Plut.* 369 et al. — Vs. 13 : Bandin πῶς quod, si hac et sequenti sententia interrogetur, admitti potest. — Vs. 15. Bandin. τὸν θρόνον quod minime qua ratione explicari possit video : τὸν ἐκβαλόντα κτλ. pro τὸν ἐκβαλεῖν τ. θρ. εἰπόντα Δία. — Vs. 16. κατηγμένος, *reductus, restitutus, redditus.* — Vs. 17. ἔργον pro ἐργάτην, *ministrum,* seu *instrumentum;* συντριβής, christiano sensu.

LXXXIV. Bandin. *Catal.* p. 83. in fine cod. XIV s. in quo sunt Æschyli tragœdiæ quinque. Eumenidibus subjiciuntur quinque hæc disticha quæ parvi pretii et seculi haud ita vetusti videntur.

LXXXV. Bandin. *Catal. etc.* III, p. 94, in cod. XIV sec. Galeni *de Usu partium corporis humani* libros XVII continente. Clauditur tractatus hocce epigrammate elegiaco.

LXXXVI. Piccol. *Suppl. à l'Anth.* p. 212, e cod. Flor. 9, plut. 32, p. 118. E lemmate abstulimus verba τοῦ προγεγραμμένου δράματος, quibus indicatur hoc epigramma Sophocleæ fabulæ subjecta fuisse. — Vs. 2. Cod. ἀμοῦ μητρὸς, correxit Piccol. — Vs. 7. Cod. παρέχειν. — Vs. 9. Suppl. Piccolus ἔπειθ'. — Vs. 10. Idem inter alia conjicit ἐξεκάλεσσεν ex Sophocle ipso, *Œd. Col.* 1383.., ἀράς, ἅς σοι καλοῦμαι. Cod. ἐξεπέλασεν, fort. ab ἐκπελάζω, *admovit.* — Vs. 12. Suspicatur doct. Piccolus ἀνδροφόνων, hac sententia : « une longue tempête de guerriers homicides. »

LXXXVII. E cod. Florent. 2725, p. 180 b. Piccolus *ibid.*, 219 sq., qui, opinor, lemma addidit, *sic :* [Ὑπόθεσις εἰς τὸν Σοφοκλέους Φιλοκτήτην.] — « Vs. 2, fort. ἐλθεῖν οὐ τὰ τόξα δεῖν μόνα », ex qua conjectura recepimus δεῖν. — « Vs. 7. fort. ἄγαν. » *Picc.*

LXXXVIII. Ex cod. Bibl. publ. Paris. 1773. — Edidit et Bandinius *Catal. codic. medic. Laurent.* t. II, cod. XXXVII, 1, col. 198. — Lemma dedit Gail. — Vs. 1. Cod. nost. κισύβη quod verbum quocunque modo scribas, lexicis, vel *Thesauro* deest. Interpungit Gail. post κισσύβη, ἡ βουκολικὴ referens ad βίβλος. — Vs. 2. Bandin, ἐγκ. — Vs. 4. legit λάβροις, eod. sensu.

LXXXIX. Dedit J.-B. Gailius in *Philologo.* t. XXIV, Theocr. vol. 2, p. 441 ante Holoboli εἰς τὴν Θεοκρίτου Σύριγγα synopsin metrorum. — Vs. 2. Codic. marg. et Bandin. εὔνουν τεκνίον. — Bandin. *Catalog. Bibl. Laur.* t. II. cod. XXXVII, 1, p. 197.

XC. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 472, ex cod. Bibl. publ. Paris. 1310, p. 409, 1. γυμνάσαι γνῶσιν.. παρορμῶν μίμησιν... quid velit poetaster haud satis liquet.

XCI. Bandin. *Catal. etc.* t. II, p. 577 e cod. XV sec. Ejusdem versio est.

XCII. Boissonad. Leoni philosopho ut indignum non tribuit, quamvis sit sub ejus nomine in ms. Bibl. Publ. Paris. 2720, p. 11 ex quo edidit. *Anecd. gr.* t. II, p. 471, Piccol. e codd. Florent. Bibl. Laur. n. 29, pl. 57; 9, pl. 32; 24, pl. 32; 25, pl. 25, seu A, B, C, D. Dederat Bandin. *Catal. Bibl. Laur.* t. II, p. 97, ex cod. 31; recensuimus ex duob. mss. Bibl. publ. Paris. in eod. cod. n. 1773, f° 63 r° et f° 265 v°. — Lemma, Paris. nost. id. Boiss., Flor. A, Ἡρωϊκοί, Flor. D, ἡρωελεγεῖοι. — Vs. 1. Par. nost. f. 63 ἔβην. — Vs. 2. Omn. Paris., Flor. A, C, προὔβης, B, D. ἐ. δ' ὅθεν προέβης, fortasse ποῖ (*Piccol.*). — Vs. 3. Piccolus addidit σε. Paris. nost. 63, ὄντα. — Vs. 4. Id. *ibid.* et Boiss. ἀπατέει, f. 265, et Flor. A. ἀπαθέει, Flor. B. ἀστατέει. Flor. C. D. φύλλων, Par. nost. 63 φύλλῳ δ', 265 et Flor. A, B, C. φύλλῳ, Par. Boiss. φύμῳ, conjiciebat φυρμῷ. — Vs. 5. Flor. A, omn. Par. βροτὸς, Flor. D βροτοί. Par. nost. 63 τὰ δ' ἀσπαντοφι, Flor. A. nost. Par. τἀπ' αὐτόφι, Flor. B, C, Bandin. τὰ δ' ἀπ' αὐτῶν ἐς τάδε. — Vs. 6. Flor. D. ποιέει, cett. πονέει.

XCIII. — « In tabula marmorea prope *Antium* reperta, posthac in Museum Britannicum translata, ubi asservatur in subterraneis; infra titulum insculpta larva est aut sceletum humanum. » Franz. *Corp. insc. gr.* t. III, p. 938 sq. n. 6309, qui post alios edidit. Citat Boissonad. *Ad Holsten. Epist.* p. 452. — Vs. 1. Σκῆνος proprie *tabernaculum*, idem quod σῶμα est, ud apud Metaphr. II *Ad Corinth.* 5, 1 : Ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ. — Vs. 2. Cf. epigr. sepulcrale quod citat Welkerus : Ἀλλ' ἔμπας δόξας κενεὰ χάρις· εἰν Ἀΐδα γὰρ Μίνω Θερσίτης οὐδὲν ἀτιμότερος. Quam sententiam et philosophi et oratores sacri sæpissime et sexcentis modis exposuere ; nullus vero ea de re vetustioris illius Michaelis Menoti vim et audaciam æquavit : « Je vous prie, quand vous serez là (dans un cimetière), et que vous en aurez le temps, prenez la teste d'vne reine, d'vne duchesse ou d'vne grande dame qui fut sur toutes autres excellente en beauté; comparez auec cette teste celle d'vne pauure seruante qui, dans ce monde jadis gaigna sa vie à porter la lessive et à lauer les escuelles, y voyez-vous quelque différence ? » *Feria quinta post Cineres*, f° VI recto, col. 1 et 2. Citabam ego in Dissertatione *De la Comédie politique dans les colléges*, p. 22.

XCIV. Bandin. *Catal. etc.* II, p. 618, ex cod. XV sec. inter alia Æschinis epistolas XII continente. Legitur hoc distichon post tertiam. Vertit Bandin.

XCV. Bandin. *Catal. etc.* t. III, p. 323 sq. in cod. sec. XV.

XCVI. Bandin. *Catal.* t. III, p. 34. in cod. sec. XIII, post *Ammonii Hermeæ Comment. in Decem Aristotelis prædicamenta.* Editoris ipsius versio est.

XCVII. Piccolus *Suppl. à l'Anthol.* p. 212 e cod. Florent. 11, plut. 32, p. 20. — Vs. 4. Cod. ἡγεμονίων.

XCVIII. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 473. Codicis gloss. marginalis : Ὅρα τὰς δέκα κατηγορίας, Cramer, *Anecd. gr. Par.* t. IV, p. 283 sq. — Vs. 1. Arist. *Categ.* III, 1 : Οὐσία... ἣ μήτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, μήτε ἐν ὑποκειμένῳ τινί ἐστιν· οἷον ὅτις ἄνθρωπος, καὶ ὅτις ἵππος. — Vs. 2. Arist. *ib.* c. 4. — Vs. 3. id. *ibid.* c. 5 : Πρός τι δὲ τὰ τοιαῦτα λέγεται, ὅσα αὐτὰ, ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων εἶναι λέγεται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς ἕτερον. Categoria relationis; pro σχέσις Arist. ἕξις. — Vs. 7. Cod. τῶν παρ' ἄλλ. correxit Boisson., quod tamen non in textum recepit. — Vs. 8. Cod. κλίσις τι, idem correxit in nota, cum mentione « forsan » utrobique. — Cf. *infr.* Cap. v, inter *Irrisor.* 64. Μόλις διαδρὰς.

XCIX. Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 200, e cod. Florent. 33, plut. 32, p. 1 b. — Vs. 1. Cod. et Piccol. πένταθλος; scripsi quod sententia postulare videtur — Vs. 5. Conj. Piccolus σκόπει δὲ πῶς ἀνθεῖ στέφη, quod sane non insulsum est, sed qua ratione cum præcedentibus congruat non video. — Imitatur poeta epigrammation cujus duo versus a Platonis scholiasta *in Corrivales* 135 E citantur :

πένταθλος οὗτος τοῖς νέοις ἀγωνία,
πάλη, σίγυννος, ἅλμα, δίσκος καὶ δρόμος.

C. Edidit Piccolus, *ibid.*, p. 194 sq. ex cod. Florent. 24, plut. 31, p. 1. — Vs. 4. Cod. φύγε.

CI. Bandin. *Catal. etc.* in cod. XIV sec. Aristotelis *Physic. Auscult.* cum schol. Georg. Pachymeris continente. — Vs. 2. Bandin. ἅτε. — Vs. 3. id. οὗτοι. — Vs. 4. id. ὡς. — Vs. 6. id. μή τισι — Vs. 7. ἔασσι. — Vs. 11. ἀτάρ; conjiciebam et αὐτ'. — Vs. 14. Scribi posset ἀμμερὲς duplici μ, ut scribitur ἄμμορος. — Vs. 16. μετάβλησις lexicis deest, ubi tamen reperitur μετάβλημα. — Vs. 17. Bandin. καί ἐ' καθίζεις ἄνω ὅπου... correxi. — Vs. 19. πᾶσιν καί γ'... scripsi πᾶσιν τ' μαστεύσει. — Vs. 25 ἔχων ἢ σὺ ὑμν. ἀνειν... pro ἀείδειν cogitavi et ἀνύειν. — Vs. 27. ἀχρεῖός τε Γεώργιος, κτλ. alludit suo nomini parum facetus poeta.

CII. *Corp. inscr. gr.* t. IV, p. 336, n. 8725. — Vs. 1. Marmor habet εἰσθένειν. — Vs. 2. μέθης τ. φρ. Sæpe, ut μεθύειν, metaphorice usurpatum, ap. Demosth. *Philipp.* I, xv (p. 54, 9, edit. Reisk.) μεθύει τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων. Cf. Hor. *Od.* I, 37, 12 : « Fortuna dulci ebria », et gallice eadem ratione dicitur « ivre d'orgueil. » — Vs. 3. εὐμενῶς, sic marmor habere videtur; fortasse tamen legendum εὐμενῆ.

CIII. In basilica cœnobii S. Quintini in Monte (Mont Saint-Quentin), haud procul a *Perona*, in tabula ex argento inaurato, variis angelorum sanctorumque imaginibus distincto, præsertim vero crucibus quinque Lotharingis argenteis, quibus in singulis totidem erant Dominicæ crucis fragmenta. Erant et aliæ eadem in theca, ut præferunt priores quinque epigraphæ, versibus singulis conceptæ. — Ediderunt Benedictini in *Gallia Christ.*, t. IX, p. 1100 sq. Unde repetiit Kirchhoffius, *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 370, n. 8809. — Tituli 1-7 « thecarum sunt in quibus reliquiæ illæ condita fuerunt. » *Kirch.* — Vss. 1-4, Theca quæque vicissim loquitur. — Vs. 5. τόπου Kirchhoffii supplementum est.

CIV. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 294; depravatum carmen multis locis corrigere tentavi. — Vs. 2. αἴροπα quid sit non satis video; fortasse idem valet ac αἰρόπινον quod Suidas, s. v. (Hesych. αἰρόπιον) vertit σκοτεινόν, quodque credideris ex ἀέρος et ὀπός pro ὠπός ab ὤψ formatum. Conjiciebat Piccol. ἔκτροπα. — Vs. 3. Cramer. λιλαιομένη, Piccol. λιλαιομένης. — Vs. 5. Cramer ἢ πῶς τε cum interrogandi signo post versum 9. — Vs 8. Piccol. κυδέος ὑμετ. — Vs. 9. Cramer π. α., ἐὴν (*sic*), claudicante et versu et sensu. — Vs. 10. Cod. δίδω, correxit Cramerus, sed recepit γεννύεσι. — Vs. 11. βρῶμα δράκοντος. Cf. Plaut. *Cas.* II, I, 12, *pabulum Acheruntis.* — Vs. 12. Cram. λαγόσι, fortasse scribendum ἐν λαγόσιν γῆς καὶ ἐν ταρτάρῳ ἠερόεντι. — Vs. 13. Cramer. ἔνθα μόθος τε δνόφος. — Vs. 14. Corruptissimum ἀλλά μ' ἂν ἐλ. κ. εἰκόνα θείαν ὁδεύοις, ut potui, restitui, ut constaret sensus. Piccolus monet corrigendum esse ex codice ἀλλά μ', ἄναξ, ἐλ. — Vs. 15, ἀνάτροπον (fort. ἀνάστροφον) lexicis deest, ubi tamen legitur ἀνατροπεύς, ἀνατροπή, sed longe alio sensu quam quem res postulare videtur. — Vs. 18, inserui σοῦ, postulante metro. — Vs. 21. Cod. αὐγάζει, Piccol. correxit αὐγάζεις; fort. leg. ἥλιον.

CV. Cramer. *ibid.* p. 280, correxit e cod. Piccol. *Suppl. à l'Anthol. Conject. et correct.* p. 239. — Vs. 5. Cramer εἷς λαλέω, Piccol. οἷς; deinde fort. legendum ζωοῖς δέρκομαι ὅσσοις. — Vs. 7. Cod. et Cramer. νεύσεις cum lacunæ indicatione versus initio. In cod. in ejusdem versus fine legitur κούρη, quod ibi restituit Piccolus. — Vs. 8. Omnes παρθενίης, quasi *virginitatis mater;* non recipiendum videtur; scripsi παρθενίη.

CVI. Bandin. *Catal.* ibid. 4. Loquitur Andronici regalis pueri mater. — Vs. 3. Bandinius, posito ad calcem præcedentis versus puncto, scripsit : Ῥίζη δ' ἐπέλθη (*sic*). — Vss. 4-5. ad Christum Dei Verbum vertitur oratio.

CVII. Bandin. *Catal.* ibid. 5. Divum martyrem ille qui ejus imaginem posuit, alloquitur. — Vs. 1. ἐπλούτουν σκέπην, *te opulentum habebam præsidium.* — Vs. 2. fortasse legendum ἐκδέξομαι. — Vs. 4. In sacris litteris vocabulo πνευματικός opponitur ψυχικός, quasi *animalis*. Phot. *Lexic.* ed. Porson. p.656, l. 19 : ψυχικός, σαρκικός.

CVIII. Cramer. *Anecd. gr. Par.* t. IV, p. 280. — Vs. 2. Scripsit νεύμασιν. — Vs. 4. Supple ἀνάγοις, *reddas*.

CIX. Cramer. *ibid.* p. 289. — Vs. 1. φῦλα, in deterius acceptum verbum ut gallice *engeance*, *race*, *espèce* usurpari solent.

CX. Cramer. *ibid.* p. 292. — Vss. 1-4 male apud Cramerum distincti, duo, ut videtur, efficiunt disticha; quinque reliqui hexametri sunt. — Vs. 4. apud Cramerum sic se habet : κ. ἐκπ., μέγαν εἶδες ἄνακτα [Χριστόν],quod ultimum verbum, ut supervacaneum, sustuli, pentametrumque facile, transpositis duobus verbis μέγαν et ἄνακτα, restitui.

CXI. Cramer. *ibid.* p. 292. — Vs. 2. Sensus deest, deficiente uno verbo in sequente, ut apparet ex eo quod pentameter sit; supplevi v. c. ἔχθιστα. — Vss. 5 et sq. Quatuor prioribus versibus inducitur, opinor, Divus Theodorus hæc verba faciens, inde in reliquo epigrammate ipse sanctum martyrem alloquitur poeta.

CXII. Cramer. et Piccolus ll. cc.

CXIII. *Ancyræ;* edidit post Gruterum p. MCLXI 3 et alios Lebas. *Voyage arch. Inscr.* III,p.443,n. 1803, unde repetiit Kirchhoff. *C. insc. gr.* t. IV, p. 365, n. 8794. — « Michaelem imperatorem intelligendum esse alterum hujus nominis, qui Balbus vulgo dicitur (820-29),quia in nummis πιστὸς appelletur (Eckel, VIII p. 239) cognomine per hoc ævum infrequenti. » *Kirchh.* — Vs. 5. Perrot, *Explor. de la Galat.*, τῷ εὐσεβοῦντι καὶ πολιστῇ δεσ.

CXIV. Bandin. *Catal. etc.* In cod. gr. XV sec. p. 3 Harmenopuli *Promptuarium juris* et alia continente.

CXV. Apud Cedren. *Hist. Compend.* part. II, 270, p. 542. In Bardam Theoctisti Logothetæ interfectorem : Τὴν δὲ ἀναίρεσιν αὐτοῦ πυθόμενος ὁ Μανουὴλ, εὐθὺς ἧκε πρὸς τὰ βασίλεια, καὶ ὥσπερ ἐνθουσιάσας εἰπεῖν λέγεται πρὸς τὸν Βάρδαν· Ξίφος κ.τ.λ. Theoctistus et Manuel simul fuerant imperatoris Michaelis nomine tertii tutores, quorum prioris opera, instigante Barda, alter summotus fuerat.

CXVI. Bandin. *Catal. etc.* t. II. p. 679. Ex codic. XI sec. Eusebii Pamphili *Hist. Eccles.* continente. « Præcedunt Eusebiano operi manu paullo recentiore exarata epigrammata quædam parænetica, adscripto titulo : Εὐσταθίου ποίημα τοῦ Ἰκονίου, *Eustathii Iconiensis opus*, » cum hac de eo nota : « Εὐστάθιος quidam Ἰκονίου inter metropolitas sedebat in cœtu quodam procerum et episcoporum habito sub Alexio Comneno Imp. anno MLXXXII. Utrum vero idem sit cum auctore istorum versuum, prorsus ignoramus. » *Bandin.*

α'. Vs. 1. « Op... » Reliquas hujus primæ vocis litteras evanescentes minime expiscari licuit. » *Bandin.*

CXVII. Ex cod. reg. 1630, p. 63 edidit Boissonad. *Anecd.* t. I, p. 401, « cum lemmate τοῦ πρωτασηκρῆτις, quod de eodem Bardale capiendum videbatur. » — Vs. 3. « Philo, *Vita Mosis*, p. 714 : τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὡς ὁ τῶν παλαιῶν λόγος. » *Boiss.* Cf. *ibid.* p. 49, Γεωργίδ. Γνωμολόγιον : Κόρος ὕβρεως ἀρχή, ubi Boissonadii vide notam, in qua citat Gregor. Naz. *Or.* XVII, p. 275 : κόρος πατὴρ ὕβρεως, Aristotelem in Stobæi tit. III, 54 : τίκτει γάρ, ὥσπερ φησὶν ἡ παροιμία, κόρος μὲν ὕβριν, ἀπαιδευσία δὲ μετ' ἐξουσίας ἄνοιαν, et addit : alia indicavi in *Gnomicis* ad Theognidem, 153, p. 246. — « Οἰνοχεῖον vas illud est cujus vulgo est usus in mensis principum, quod *nef* seu navim nostri a forma vocant ; in quo includuntur alia ad potum vascula necessaria. » *Ducang.*

CXVIII. Ex cod. reg. 1630, p. 147, edidit Boissonad. *ibid.* p. 400. Exprimunt hoc et sequens carmen turbidos motus et mœrores animi sub veterum peccatorum onere gementis, redolentque Psalmos Davidis pœnitentiales, in primis XXXVII, etc.

CXIX. Ex eodem codice, Boissonad. *ibid.* Mors ista animi peccato quasi interfecti a christianis oratoribus et poetis inferioris ævi tractari solebat.

CXX. Ex. cod. reg. 1630 p. 147 edidit Boissonad. *ibid.* Cf. duo superiora ejusdem argumenti, ejusdemque auctoris epigrammata. Lemma : Τοῦ αὐτοῦ Μονόστιχον εἰς τὸ αὐτό.

CXXI. « In thesauro abbatiæ Grandismontis (Grandmont), in tabula argentea inaurata, cujus anticæ parti crux immissa est, quæ e veræ crucis ligno facta esse creditur; posticæ titulus inscriptus est. *Corp. insc. gr.* t. IV, p. 339, n. 8735. — Alexius Ducas, cujus olim fuit hoc cimelium (vs. 16), oriundum se esse gloriatur ab Irene Ducæna, Alexii Comneni imperatoris conjuge (vs. 14), qui imperium tenuit ab anno post Chr. 1081 usque ad 1118. Eam matris matrem fuisse dicit vs. 13. Videtur igitur Alexius ille esse Mariæ Comnenæ, Irenæ Ducænæ filiæ, filius, qui cum Andronico fratre memoratur apud Cangium in *Hist. Byz.* I, p. 178, ad annum post Christum 1144. — Vs. 1. τριδενδρία crux vocatur J. Christi, quia eam e triplici ligno, pini scilicet, cedri, cupressi fabricatam fuisse vulgari illa ætate fama celebratum est atque creditum... Notandæ præterea formæ novitii,non antiqui coloris φυέντι pro φύντι, ῥιζόπρεμνον, καλλιδενδρίας, quæ nullo in lexico reperiuntur. » — *Kirchhoff.* — Vs. 10. Cf. Hor. ad Pison. *stillabit rorem.* Pro Ἑρμῶν quod sensu caret, scripsi ἔρνων.

CXXII. Bandin. *Catal. etc.* t. III, p. 411, in cod. ms. X sec. post. Joan. Climacis sermonem *Ad Pastorem.* Volumen claudunt versiculi. — Vs. 6. Bandin. ἀπείργοις, *utinam amoveres...* quod cum σοφῶς male quadrat.

CXXIII. Bandin. *Catal. etc.* t. III, p. 21, in cod. XIV sec. Boetii dialecticæ versionem continente. « In fine tractatus hoc distichon iambicum apponitur », quod sic ipse transtulit editor.

CXXIV. Cramer. *Anecd. Paris.* p. 285. — Vs. 2. sic habet : χαίρειν μακρὰν φράσας τίς, εἷς Θεὸς γιν. Heptametrum ad justam mensuram, sublata voce μακρὰν, redegi, et interpunctionem correxi. Resecuerat et id verbum, ut sensui parum utile, noxium metro, Boissonadius qui ex alio codice ediderat hoc epigr. *Anecd. gr.* t. II, p. 471. — Vs. 3. Gregor. : Ὁ δὲ Υἱός, ἐὰν μὲν ὡς αἴτιον τὸν Πατέρα λαμβάνῃς,

οὐκ ἄναρχος· ἀρχὴ γὰρ Υἱοῦ ὁ Πατὴρ, ὡς αἴτιος· ἐὰν δὲ τὴν ἀπὸ χρόνου νοῇς ἀρχὴν, καὶ ἄναρχος.

CXXV. Edidit A. Maius in *Scriptt. vett. nova Collect.* V, p. 29, n. 2. Repetiit Kirchhoff. in *Corp. insc. gr.* n. 8814, cujus supplementa et emendationes recepimus, ablatis tantum scripturæ varietatibus per iotacismum factis.

CXXVI. Bandin. *Catal. etc.* In codic. XIV sec. opus habente cui titulus est : Ἰωσήπου ἐκ τοῦ πρὸς Ἕλληνας λόγου τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πλάτωνα περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας. — Vs. 2. Bandin. : ἀμαξίας, quod emendavit ipse in *Addendis et Corrigendis* p. 694. — Ejusdem versio est.

CXXVII. Cramer. *ibid.* inde Piccolus. *Suppl. à l'Anthol.* p. 133, qui valde corruptam apud Cramerum interpunctionem restituit.

CXXVIII. Cramer. *ibid.* p. 294 sq. — Vs. 1. corruptus videtur, utpote quem, opinor, cum quarto confudit scriba : legendum fort. καὶ κοίρανοι, præbente voce βασιλεῖς anapæstum pro iambo, qui paulo melior est quam pyrrhichius, in quarta sede.

CXXIX. *ibid.* p. 293. — Vs. 7. cod. παρῶν (*sic*) correxit Cramer. — Vs. 11. Cramer. καὶ μή; rerum tenore postulari videtur ἵνα μή. — Vs. 13. Cramer. εἴ μοι et vs. 14, εἰ πνεύματος, quod manifeste poetæ menti contrarium est.

CXXX. E. Cramer. *ibid.* p. 314 sq. — Vs. 1. Cram. ἤλιτ', correxi. — Vs. 4. Cram. παναίσχεα. — Vs. 7. λάβρον fort. leg. πνεῦμά τε λαβ. *spiritusque avidus flabat...* — Vs. 8. ἔπνει, priore syllaba correpta, ut apud istius ævi poetas haud raro fit; cf. supr. ἔξυπνος. — Vs. 9 incompte factus, ut cujus in posteriore hemistichio anapæsti aut dactyli locum tenet spondeus. — Vs. 11. cod. πεπαυμένοις, emendavit in nota Cramerus. Fortasse legendum οἰακίσοι, *spiritus tuus (me) regat.*

CXXXI. Cramer *ibid.* p. 320; inde repetiit Piccolus, *Suppl. à l'Anthol.* p. 147, qui jam animadvertisse memorat Boissonadium (ubi?) a misero poeta pro correpta primam σβεννύεις syllabam usurpari.

CXXXII. Cramer *ibid.* p. 334. Haud plane liquet sententia.— Vs. 1. Cessisti seu cede a cælo mihi etc. — Vss. 1, 2. Hæc, opinor, respondet Christus rex.

CXXXIII. Cramer. *ibid.* p. 316 sq. — Vs. 3. Veteres poetas meminit Christianus hic noster quibus de Amore placuit contraria contrariis miscere. Cf. enim Sappho. ap. Hephæst. 7, p. 42 (Boissonad. *Lyric.* Sapph. fragm. 29) : Ἔρος δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ ‖ γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον; Musæi Poemat. 166 : Ἤδη καὶ γλυκύπικρον ἐδέξατο κέντρον ἐρώτων; Plaut. *Cistell.* I, 1, 70-72 : amare... amarum 'st...Amor et melle et felle est fecundissimus etc.; Catull. 78, v. 17, sq. Dea... quæ dulcem curis miscet *amaritiem.*

CXXXIV. Cramer. *ibid.* p. 316. — Vs. 2. Sic interpungit : κ. ἔνθ, ἕλκομαι, Χρ. κρίνον.

CXXXV. E. Cramer. *ibid.* p. 316; edidit Piccolus, *Suppl. à l'Anthol.* p. 146. — Vs. 4. Cram. φόρε, mendo typographico, cod. φέρε; alius cod., citante Boissonadio, simili librarii errore, habet φέρειν pro φέρε. Vetus poeta eodem sensu, paucioribus verbis : Ἆρ' ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος, et alius : Οὐκ ἔστι βίον εὑρεῖν ἄλυπον οὐδενί.

CXXXVI. Cramer. *ibid.* p. 383. Alloquitur Deum Christianus et rogat ut a mente et corpore suo amoveatur malum. — Vs. 2. sqq. respondet Christus. — Vs. 3. melius fort. vertas *exanimis.* — Vs. 5. μορφῆς ut εἴδους eodem sensu quo γένος est. — Cf. epigr. seq.

CXXXVII Cramer. *ibid.* p. 304. — Vs. 1. Cod. et Cram. προστάτης. — Vs. 3. Verba σὺν μαθ. παρθ. jam occurrerunt in prece alia, supr. LXXXII, vs. 8.

CXXXVIII. Cramer. *ibid.* p. 305. Christum alloquitur poeta. — Vs. 4. ludit similitudine verborum ἀποτρόπαιον *quod averruncat*, et τρόπαιον, crucem quæ pro *tropæo* Christo fuit, mali victori.

CXXXIX. Cramer. *ibid.* p. 314. Attingit fortasse eos qui Virginem Mariam non satis divina dignitate præditam pingerent.

CXL. Cramer. *ibid.* p. 315. Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 144. — Vss. 1 et 6, δεσπότιν *i. e.* Κωνσταντινούπολιν. — Vss. 3 et 4. Piccolus post Cramer. ἡδίους λόγους, ‖ αὐτῃ, σοφ. — Vs. 4. Cramer Ξέρξην. ‖ αὐτῃ. τ. δοῦλα...

CXLI. Edidit Miller *Catal. codd. gr. Scorial.* p. 46, dialogi vicibus non distinctis.

CXLII. Bandin. *Catal.* t. II, p. 77, e cod. XIV s. Primum Oppiani *De Piscat.* librum claudit hoc epigr. et sequens.

CXLIII. Bandin. *ibid.* t. II, p. 78. Cf. id. *ibid* t. III, p. 389. — Vs. 3. Bandin. τὴν πεντάδα. — Vs. 6. id. δυσέβδομον. Ex his tenebris eliciat alius, si poterit, et ut volet, vel auxiliante Angeli lumine, aliquem sensum ; nos autem in istis argutiolis Byzantinis intelligendis totum deficit acumen.

CAPUT V

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ
ΣΚΩΠΤΙΚΑ

1. ΑΡΧΙΛΟΧΟΥ.

Ἀσπίδι μὲν Σαίων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
Αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος· ἀσπὶς ἐκείνη
ἐρρέτω· ἐξαῦθις κτήσομαι οὐ κακίω.

2. ΑΣΙΟΥ.

Χωλὸς, στιγματίης, πολυγήραος, ἶσος ἀλήτῃ,
ἦλθεν ὁ κνισοκόλαξ, εὖτε Μέλης ἐγάμει,
ἄκλητος, ζωμοῦ κεχρημένος· ἐν δὲ μέσοισιν
ἥρως εἱστήκει, βορβόρου ἐξαναδύς.

3. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Φημὶ τὸν οὐκ ἐθέλοντα φέρειν τέττιγος ἄεθλον,
τῷ Πανοπηιάδῃ δώσειν μέγα δεῖπνον Ἐπειῷ.

4. ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΟΥΣ.

Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων' Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου
κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης.

5. ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.

Ἥλιος ἦν, οὐ παῖς, Εὐριπίδη, ὅς με χλιαίνων
γυμνὸν ἐποίησεν· σοὶ δὲ φιλοῦνθ' ἑτέραν
Βορρᾶς ὡμίλησε· σὺ δ' οὐ σοφὸς, ὃς τὸν Ἔρωτα,
ἀλλοτρίαν σπείρων, λωποδύτην ἀπάγεις.

EPIGRAMMATA
IRRISORIA

1. ARCHILOCHI.

Clypeo quidem *meo* Sæorum aliquis superbit, [quem juxta fruticem
instrumentum labe-carens reliqui invitus.
Ipse autem effugi mortis terminum : clypeus ille
pereat : rursus acquiram non pejorem.

2. ASII.

Claudus, verbero, senior, par erroni
venit nidoris-adulator (*i. e.* parasitus), cum [Meles ducebat-uxorem,
invocatus, juris egens : in mediis autem
heros stabat, limo exortus.

3. SIMONIDÆ.

Edico si quis nolit ferre cicadæ certamen, [Epeo.
eum Panopeiadæ daturum-esse magnum epulum

4. EMPEDOCLIS.

Acronem Agrigentinum summum summo patre me-
celsus habet tumulus præcelsæ patriæ. [dicum

5. SOPHOCLIS.

Sol erat, non puer, Euripides, qui me tepefaciens
nudum fecit : tecum autem amante alienam
Boreas conversatus est : tu autem non sapiens, [qui Amorem,
cum alienam *terram* seris, pallii-furem abducas.

---

1. ARCHILOCHI.

Nunc aliquis nostra se ex Sæis aspide jactet,
sub vepre quam reliqui invitus integram.
Illa quidem valeat : nunc ipse a clade superstes
emam suo non deteriorem tempore. PLUT. DID.

2. ASII.

Erro, senex, claudus, mastigia, venit et ipse
cnissocolax, conjux quum tibi pacta, Meles,
injussus, quia juris egens, mediusque locatur
heros qui limo fœtidus exierat.
NATAL. COM. EMEND.

3. SIMONIDÆ.

Sic volo : detractat si quis certare cicadæ,
ille epulum Panopeiadæ præbebit Epeo.
H. GROTIUS.

4. *De medico Acrone nominato.*

Summus erat medicus, summo patre, summa sed hora
venit; Acron acram nunc Acragantis habet.
vel sic :
venit : summa tenet tunc Acragantis Acron.
H. GROTIUS.

5. SOPHOCLIS.

Non puer est qui me tepefactum, Euripida, nudat
sed solis radii : tu minus ipse sapis,
cui comes est Boreas, alienum dum seris arvum,
et per te est, audit quod spoliator, Amor.
H. GROTIUS.

6. ΑΣΠΑΣΙΑΣ (?)·

Τίπτε δεδάκρυσαι, φίλε Σώκρατες; ἤ σ' ἀνακινεῖ στέρνοις ἐνναίων σκαπτοῖς πόθος, ὄμμασ' ἐλασθεὶς παιδὸς ἀνικήτου; τὸν ἐγὼ τιθασόν σοι ὑπέστην ποιῆσαι. . . . . .

6. ASPASIÆ (?)

Cur lacrymaris, amice Socrates? Numquid te movet pectoribus inhabitans fossis cupido, emissus oculis pueri invicti? quem ego mansuetum tibi promisi facere.....

7. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν·
ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν νόος ἐκπέταται.

7. ANONYMI.

Viro quidem tibicini dii mentem non inspiraverunt:
sed simul cum spiritu et mens evolat.

8. ΑΔΗΛΟΝ.

Τὸ παρὰ Μεσσηνίοις
λεχθήσεται πρὸς τοὺς δανειστάς.

Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο, Πύλος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλος·
Ἔστι τόκος πρὸ τόκοιο, τόκος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλος.

8. INCERTI.

Quod dicitur apud Messenios
sic dicetur in feneratores.

Est Pylus ante Pylum, Pylus quidem et alius est:
Est fenus ante fenus, fenus quidem et aliud est.

9. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐπὶ τοῦ μνήματος Θρασυμάχου τοῦ σοφιστοῦ
ἐν Χαλκηδόνι.

Τοὔνομα Θῆτα, Ῥῶ, Ἄλφα, Σὰν, Ὕ, Μῦ, Ἄλφα, Χῖ, [Οὖ, Σάν·
πατρὶς Χαλκηδών· ἡ δὲ τέχνη, σοφίη.

9. ANONYMI.

In monumento Thrasymachi sophistæ,
Chalcedone.

Nomen *est* Th, R, A, S, Y, M, A, Ch, U, S
Patria Chalcedon; ars autem, sapientia.

10. ΦΙΛΙΠΠΟΥ,

τοῦ Μακεδόνων βασιλέως.

Ἄφλοιος καὶ ἄφυλλος, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ νώτῳ
Ἀλκαίῳ σταυρὸς πήγνυται ἠλίβατος

10. PHILIPPI,

Macedonum regis.

Cortice-carens et foliis, viator, hocce in dorso [*montis.*
Alcæo crux figitur altissima

11. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὸν Ἀριστοτέλην.

Σμικρὸς, φαλακρὸς, τραυλὸς ὁ Σταγειρίτης,
λαγνὸς, προγάστωρ, παλλακαῖς συνημμένος.
. . . .

11. ANONYMI.

In Aristotelem.

Pusillus, calvus, balbus fuit Stagirita,
libidinosus, vorax, scortis addictus.
. . . .

12. ΑΛΛΟ.

Πρὸς τὸν γράψαντα τὸ πρὸ τούτου ἐπίγραμμα.

Ἀναλφάβητος οὑτοσὶ στιχογράφος,
ἄνους, ἄφρων, ἄγροικος, αὐθάδης, λάλος.

12. ALIUD.

Ad illum qui superius epigramma scripserat.

Ignarus iste versuum-scriptor,
insanus, stultus, rusticus, superbus, loquax.

13. ΚΡΑΤΗΤΟΣ.

Πήρη τις πόλις ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ,

13. CRATETIS.

Pera quædam urbs est medio in nigro fastu,

---

7. *De tibicinibus.*

Ne tibicinibus mens constet, lege deorum
cautum est, cum flatu nam simul avolitat.

H. GROTIUS.

8. INCERTI.

Est Pylus ante Pylum, Pylus atque alius tamen exstat;
fenus præcedit fenus, superest quoque fenus.

PLUT. ED. DID.

9. *De Thrasymacho sophista.*

Nomen theta, rho, alpha, san, y, mi, alpha, chi, ou, [san,
patria Chalcedon cui fuit, ars sophia.

H. GROTIUS.

10. *Philippi Macedonum regis.*

Frondibus et toto libro nudata, viator,
celsa sit Alcæo crux sita in hoc tumulo.

GUARIN. VERON.

13. CRATETIS.

Est quædam medio constructa urbs Mantica fastu,

καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυπος, οὐδὲν ἔχουσα,
εἰς ἣν οὔτε τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς παράσιτος,
οὔτε λίχνος πόρνης ἐπαγαλλόμενος πυγῇσιν·
ἀλλὰ θύμον καὶ σκόρδα φέρει καὶ σῦκα καὶ ἄρτους,
ἐξ ὧν οὐ πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους περὶ τούτων,
οὐχ ὅπλα κέκτηνται περὶ κέρματος, οὐ περὶ δόξης.

14. ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ.

Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῇδε κάθημαι
Ἡδονῇ, αἰσχίστως κειραμένα πλοκάμους,
θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, εἴπερ ἅπασιν
ἁ κακόφρων Τέρψις κρεῖσσον ἐμοῦ κέκριται.

15. ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

Φυρόμαχον, τὸν πάντα φαγεῖν βορόν, οἷα κορώνην
παννυχικήν, αὕτη ῥωγὰς ἔχει κάπετος,
χλαίνης ἐν τρύχει Πελληνίδος. Ἀλλὰ σὺ τούτου
καὶ χρῖε στήλην, Ἀττικέ, καὶ στεφάνου,
εἴ ποτέ σοι προκύων συνεκώμασεν. Ἦλθε δ' ἀμαυρὰ
βλέψας ἐκ πελίων νωδὸς ἐπισκυνίων,
ὁ τριχὶ, διφθερίας, μονολήκυθος· ἐκ γὰρ ἀγώνων
τῶν τότε Ληναϊκῶν ἦλθ' ὑπὸ * Καλλιόπην.

16. ΗΔΥΛΟΥ.

Ὀψοφαγεῖ, Κλειώ· καταμύομεν· ἢν δὲ θελήσῃς,
ἔσθε μόνη· δραχμῆς ἐστιν ὁ γόγγρος ἅπας.
Θὲς μόνον ἢ ζώνην, ἢ ἐνώτιον, ἤ τι τοιοῦτον
σύσσημον· τὸ δ' ὁρᾶν μὴ μόνον οὐ λέγομεν.
Ἡμετέρη σὺ Μέδουσα· λιθούμεθα ὡς τὰ πάλαι που,
οὐ Γοργοῦς, γόγγρου δ' οἱ μέλεοι λοπάδι.

17. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἑφθὸς ὁ καλλίχθυς· νῦν ἔμβαλε τὴν βαλανάγραν·
ἔλθῃ μὴ Πρωτεὺς Ἄγις ὁ τῶν λοπάδων·
γίγνεθ' ὕδωρ, καὶ πῦρ, καὶ ὃ βούλεται· ἀλλ' ἀπόκλειε.
. . . .
Ἥξει γὰρ τοιαῦτα μεταπλασθεὶς τυχὸν ὡς Ζεὺς
χρυσορόης, ἐπὶ τήνδ' Ἀκρισίου λοπάδα.

pulcra et pinguis, sordibus-circumdata, nihil habens.
quo neque quisquam navigat vir stultus parasitus,
neque ganeo cinædus, qui glorietur natibus;
sed cæpam et allia fert et ficus et panes,
ex quibus non belligerant inter se de his,
non arma induunt de pecunia, non de gloria.

14. MNASALCÆ.

Hæc ego infelix Virtus huic assideo
Voluptati, turpissime tonsa cicinnos
animum dolore ingenti percussa, si ab omnibus
malitiosæ-mentis Delectatio melius me judicatur.

15. POSIDIPPI.

Phyromachum, eum qui cuncta vorasset, helluonem,
nocturnam, hæc rimosa fossa tenet, [ut cornicem
in lacero-panno penulæ Pellenicæ. Verum tu istius
et unge cippum, Attice, et corona,
si quando tecum antecanis comissationibus inter-
[fuit. Venit autem obscuro
visu, sub lividis superciliis, edentulus,
sine crinibus, veste coriacea-indutus, nihil præter-
[lecythum-habens : etenim ex ludis
qui tunc erant Lenaïcis venit sub Calliopen.

16. HEDYLI.

Piscem-comede, Clio : connivemus : si etiam velis,
ede sola : drachma una constat congrus totus.
Da tantum *pignori* aut zonam, aut inaurem, aut
[aliquid tale
pro tessera : videre autem, hoc unum negamus.
Nostra tu Medusa : in lapidem-convertimur, ut
[olim alicubi,
non quidem Gorgus *capite*, sed congri, miseri
[nos, patina.

17. EJUSDEM.

Coctus *est* anthias : nunc injice clavem :
ne veniat Agis Proteus patinarum :
fit aqua, et ignis, et quidquid vult : sed claude.
. . . .
Veniet enim sic transformatus forsan ut Jupiter
aurifluus, ad hancce Acrisii patinam.

---

pulcra quidem pinguisque et sordida, rebus egena,
quam nulla parasitus adit stolidusve penetrat,
deditus aut quisquam damnosis ganeo scortis :
allia sed, panes, ficus effertque lupinos,
quæ rixæ cupidis nunquam prætensa fuere;
armorum nec causæ argentum et gloria vana.

DIOG. L. ED. DID.

15. POSIDIPPI.

De Phyromacho quodam helluone.

Mandonis corvi qui more vorare solebat
omnia, Phyromachum nunc specus ista tegit.
Quem lacera involvit Pellenis penula : cippum
unguente et sertis, Attice, condecora.
Si terram antecanis cœnatum edentulus ivit
lumine hebes subter cana supercilia,
depilis ille, pedes gestans ampullifer : at nunc
de Bromii ludis ad cava Ditis iit.

H. GROTIUS.

18. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

. . . . Φαίδων δὴ φύκιά τ' αἰνείει καὶ
χορδὰς ὁ ψάλτης· ἔστι γὰρ ὀψοφάγος.

18. EJUSDEM.

..... Phædon quidem gobiosque laudat et
botulos psaltes : est enim gulosus.

19. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Τίμων μισάνθρωπος ἐσοικέω· ἀλλὰ πάρελθε. —
Οἰμώζειν εἴπας πολλά. — Πάρελθε μόνον.

19. CALLIMACHI.

Timon hominum-osor hic habito : sed transito. —
Postquam te multum plorare jussero. — Transi [modo.

20. ΔΑΦΙΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Πορφύρεοι μώλωπες, ἀπορρινήματα γάζης
Λυσιμάχου, Λυδῶν ἄρχετε καὶ Φρυγίης.

20. DAPHITÆ GRAMMATICI.

Purpurei vibices, ramenta gazæ
Lysimachi, Lydis imperatis et Phrygiæ.

21. ΡΙΑΝΟΥ.

Ἥμισυ μὲν πίσσης κωνίτιδος, ἥμισυ δ' οἴνου,
Ἀρχῖν', ἀτρεκέως ἥδε λάγυνος ἔχει·
λεπτότερον δ' οὐκ οἶδ' ἐρίφου κέρας· ἀλλ' ὅγε πέμψας
αἰνεῖσθαι πάντων ἄξιος Ἱπποκράτης.

21. RHIANI.

Dimidiam quidem partem picis ex-cono (s. pini [fructu)-expressæ, dimidiam vini,
Archine, vere hæcce lagena habet :
tenuius autem non novi hæduli cornu; sed qui [misit
is cui de omnibus gratiam-faciamus dignus est, [Hippocrates.

22. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Μάρκον Κάτωνα.

Πύρρον, πανδακέτην, γλαυκόμματον, οὐδὲ θανόντα
Πόρκιον εἰς Ἀΐδην Φερσεφόνη δέχεται.

22. ANONYMI.

in Marcum Catonem.

Rufum, valde-mordacem, glaucos-oculos-habentem, [non etiam mortuum
Porcium ad Orcum Proserpina accipit.

23. Παροιμία.

Οὐ δύναμαι τὴν αἶγα φέρειν, ἐπί μοι θέτε τὸν βοῦν.

23. Proverbium.

Capram ferre non possum; mihi imposuistis bovem.

24. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἑρμῆν τὸν κλέπτην τίς ὑφείλετο; θερμὸς ὁ κλέπτης,
ὅς τῶν φηλητέων ᾤχετ' ἄνακτα φέρων.

24. INCERTI.

Mercurium furem quis subripuit? temerarius *est* [fur
qui fraudatorum abiit regem ferens.

25. ΗΡΩΔΙΚΟΥ.

Φεύγετ' Ἀριστάρχειοι ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης

25. HERODICI.

Fugite, Aristarchei, super lata dorsa maris

---

19. CALLIMACHI.

Hic hominum Timon cubat osor : abito precatus
antea Timoni dira, viator abi.

NIC. FRISCHL.

20. *Daphitæ grammatici.*

Flagra, sed ex ostro, de gaza Lysimachi scobs,
vobis in Lydos et Phrygas imperium est.

H. GROTIUS.

21. RHIANI.

De Lagena.

Hæc, Archine, lagena, licet si dicere, partem
de vino, partem de pice navis habet.
Non agnæ tenera est adeo caro, re sed in omni
laude est dignus, eam qui dedit Hippocrates.

H. GROTIUS.

22. ANONYMI.

In Marcum Catonem.

Porcius hic mordax, glaucis subrufus ocellis
Plutonis moriens exsulat arce miser.

FR. BARBAR.

23. *Proverbium.*

Non possum portare capram; heus, imponite taurum.

PLUT. ED. DIDOT.

24. INCERTI.

Est qui Mercurium furem furatus abivit :
fur audax, furum qui rapiebat herum.

H. GROTIUS.

25. HERODICI BABYLONII.

In Grammaticos.

Vulgus Aristarchi pavidum, velut hinnulus, ite

Ἑλλάδα, τῆς ξουθῆς δειλότεροι κεμάδος,
γωνιοβόμβυκες, μονοσύλλαβοι, οἷσι μέμηλε
τὸ σφίν, καὶ σφῶϊν, καὶ τὸ μίν, ἠδὲ τὸ νίν.
Τοῦθ' ὑμῖν εἴη, δυσπέμφελοι· Ἡροδίκῳ δὲ
Ἑλλὰς ἀεὶ μίμνοι, καὶ θεόπαις Βαβυλών.

procul Græcia, rufa timidiores dama,
latitantes-in-angulis-bombyces, monosyllaborum-[amatores, quibus curæ est
vel σφίν, vel σφῶιν, et μίν, vel νίν.
Hoc vobis sit, morosi : Herodico autem
Græcia semper maneat, et deorum-filia Babylon!

26. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς φιλοσόφους.

Ὀφρυανασπασίδαι, ῥινεγκαταπηξιγένειοι,
σακκογενειοτρόφοι, καὶ λοπαδαρπαγίδαι,
εἱματανωπερίβαλλοι, νηλιποκαιβλεπέλαιοι,
νυκτιλαθραιοφάγοι, νυκτιπαταιπλάγιοι,
μειρακιεξαπάται, καὶ συλλαβοπευσιλαβηταί,
δοξοματαιόσοφοι, ζηταρετησιάδαι.

26. ANONYMI.

In Philosophos.

Qui-supercilia tollunt, quorum nasus-mento-affi-[xus est,
qui-barbam-mento-nutriunt, et patellas-rapiunt,
qui-pallium-super-circumjaciunt, nudis-pedibus-[incedentes et oleum-intuentes,
noctu-clamque-comedentes, noctu-ambulantes-[per-obliqua,
qui-adolescentulos-fallunt, et syllabas-interrogan-[tes-captant,
ex-opinione-vana-sapientes, virtutis-investiga-[tores.

27. ΑΛΛΟ.

Συκάμινον ἔσθ' ὁ Σύλλας ἀλφίτῳ πεπασμένον.

27. ALIUD.

Morum est Sulla farina conspersum

28. ΑΛΛΟ

Ἐπὶ Φιλοστράτῳ Αἰγυπτίῳ.

Πανσόφου ὀργὴν ἴσχε Φιλοστράτου, ὃς Κλεοπάτρᾳ
νῦν προσομιλήσας τοῖος ἰδεῖν πέφαται.

28. ALIUD.

Super Philostrato Ægyptio.

Peritissimi ingenium habe Philostrati, qui Cleopatra
nunc familiariter-usus talis aspectu *fuisse* dictus [est.

29. ΙΟΒΑ.

Μή με Λεοντῆος τραγικοῦ κιναρηφάγου ἦθος
λεύσσων, Ὑψιπύλην ὡς κακὸν ἦτορ ἔλα·
ἤμην γάρ ποτ' ἐγὼ Βάκχῳ φίλος, οὐδέ τιν' ὧδε
γῆρυν χρυσολόβοις οὔασιν ἠγάσατο.
Νῦν δέ με χυτρόποδες κέραμοι καὶ ξηρὰ τάγηνα
χήρωσαν φωνῆς, γαστρὶ χαριζόμενοι.

29. JUBÆ.

Ne me, cum Leontei tragici cinara-vescentis inge-[nium
vides, Hypsipylam ut malum cor exagites;
eram enim olim ego Baccho dilecta, neque ali-[quam sic
vocem auro-ornatis auribus miratus est.
Nunc autem me ollæ-pedes-habentes testæ et torre-[factæ sartagines
orbarunt voce, ventri gratificantes.

---

finibus e Græcis ad vada salsa maris :
Angulibombyces, queis sunt monosyllaba cordi,
gau, *cæl*, quæ Rudii gutture dura crepant.
Sint satis hæc vobis, morosi, dicta; sed Hyes
et virgo Babylon floreat Herodici.

H. GROTIUS.

26. *In Philosophos.*

Arquisupercilii, mentopropendulonasi,
sacculibarbigeri, plenipatellirapi,
retrojectitogi, pedinudilucernituentes,
noctilatentivori, frauditenebrifabri,
pupillinsidii, captentulisyllabiprendi,
virtutaucupidæ, vaniperitiloqui.

H. GROTIUS.

26. *In philosophos.*

Silonicaperones, vibrissasperomenti,
manticobarbicolæ exterebropatinæ,
planipedatquelucernitui, suffarcinamicti,
noctilatentivori, noctidolostudii,
pullipremoplagii, sutelocaptiotricæ,
rumigeraucupidæ, nugicanoricrepi.

JOS. SCALIG.

28. ALIUD.

Esto Philostratus ingenio, qui cum Cleopatra
versatus speciem qualis et illa refert.

PHILOSTR. ED. DID.

30. ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ.

Τοῦ πολυκώθωνος τοῦτ' ἠρίον Ἀρκαδίωνος,
  ἄστεος ὤρθωσαν τᾷδε παρ' ἀτραπιτῷ
υἱῆες Δόρκων καὶ Χαρμύλος· ἔφθιτο δ' ὠνήρ,
  ἄνθρωπ', ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος.

30. POLEMONIS.

Bibacissimi hoc sepulcrum Arcadionis
  urbis erexerunt hancce juxta semitam
filii Dorcon et Charmylus : mortuus autem est vir,
  homo, e capaci merum-potans poculo.

31. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Χαίρετ' Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος ἑπτὰ μαθηταί,
  τέσσαρες οἱ τοῖχοι, καὶ τρία συψέλια.

31. ANONYMI.

Salvete, Aristidis rhetoris septem discipuli,
  quatuor muri et tria subsellia.

32. ANONYMI.

In Commodum Antoninum.

Commodus Herculeum nomen habere cupit;
Antoninorum non putat esse bonum,
expers humani juris et imperii;
sperans quin etiam clarius esse deum,
quam si sit princeps nominis egregii
non erit iste deus, nec tamen ullus homo.

32. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Κόμμοδον Ἀντωνῖνον.

Κληθῆναι γλίχεται Κόμμοδος Ἡρακλέης·
οὐδ' Ἀντωνίνων στέργει ἔχων ὄνομα·
μήτε βροτῶν εἰδὼς τέθμια, μήτ' ἀνάκων.
Μᾶλλον δ' αἱρεῖται κλῆσιν ἔχειν θεϊκὴν,
ἢ κρατερός τε κλύειν παμβασιλεύς τ' ἀγαθός.
Ἔσται δ' οὐδέτερόν γ', οὐ θεὸς οὐδὲ ἀνήρ.
(Casaub.)

33. ALIUD.

In Pescennium Nigrum Imp.

Terror Egyptiaci Niger adstat limitis ingens,
  Thebaidos socius, aurea secla volens.
Hunc reges,hunc gentes amant, hunc aurea Roma;
  hic Antoninis carus et imperio.
Nigrum nomen habet; Nigrum formavimus ipsi,
  ut consentirent, forma, metalla tibi.

33. ΑΛΛΟ.

Εἰς Πεσκέννιον Μέλανα.

Αἰγυπτίης αἴης ὁ Μέλας μέγα δεῖμα πάρεστι,
  Θηβαίδος πρόμαχος, χρύσεα πᾶσι νοῶν·
Τὸν βασιλεῖς κ' ἔθνη φιλέουσιν, καὶ σύ γε, Ῥώμη·
  τὸν κ' Ἀντωνίνοις παντοκράτορσι φίλον.
Οὔνομά οἱ Μέλας, ἐστὶ λίθου μέλανος δὲ καὶ εἰκὼν
  ἥδε· συνῳδὸς ὕλη ὄφρα γένοιτο φυῇ.
(Salmas.)

34. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ.

Εἰς Πυθαγόραν.

Ἦν ἄρα Πυθαγόρας τοῖος σοφός, ὥστε μὲν αὐτὸς
  μὴ ψαύειν κρειῶν καὶ λέγειν ὡς ἄδικον,
σιτίζειν δ' ἄλλους· ἄγαμαι σοφόν· αὐτὸς ἔφα μὲν
  οὐκ ἀδικεῖν, ἄλλους δ' αὐτὸς ἔτευχ' ἀδικεῖν.

34. DIOGENIS LAERTII.

In Pythagoram.

Talis erat Pythagoras sapiens, ut ipse quidem
  non tangeret carnes, ac diceret esse nefas;
sed alios pasceret : admiror sapientem; ipse aiebat [quidem
  non agere injuste, alios autem faciebat injustos [esse.

35. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς Πυθαγόραν.

Τὰς φρένας ἢν ἐθέλῃς τὰς Πυθαγόραο νοῆσαι,
  ἀσπίδος Εὐφόρβου βλέψον ἐς ὀμφάλιον.

35. EJUSDEM.

In Pythagoram.

Mentem si velis Pythagoræ cognoscere,
  Euphorbi clypei aspice umbilicum :

---

30. INCERTI.

De bibace quodam, cui nomen Arcadioni.

Arcadiona graves solitum siccare culullos
  nati propter iter hic posuere duo,
Charmylus et Dorcon : vitæ cui rupta, viator,
  fila, patente merum dum bibit e calice.

H. GROTIUS.

34. DIOGENIS LAERTII.

De Pythagora.

Pythagoræ tam mira fuit sapientia, nullas
  tangeret ut carnes, id ratus esse nefas,
convivis tamen esse daret; subtile cor, auctor
  est aliis ejus, quod fugit ipse, ma

H. GROTIUS.

35. EJUSDEM.

De Pythagora.

Pythagoræ mens quanta fuit qui scire laborat,
  Panthoïdæ clypei dicit id umbo satis.

Φησὶ γὰρ οὗτος, Ἐγὼν ἦν πρόβροτος· ὃς δ' ὅτε οὐκ [ἦν,
φάσκων ὥς τις ἔην, οὔτις ἔην ὅτ' ἔην.

36. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἰνῶ Κλεάνθην, ἀλλὰ μᾶλλον Ἀΐδην·
ἰδὼν γὰρ αὐτὸν πρέσβυν οὐκ ἠνέσχετο
τὸ μὴ οὐ τὸ λοιπὸν ἄνεσιν ἐν φθιτοῖς ἔχειν
τοσοῦτον ἀντλήσαντα τοῦ βίου χρόνον.

37. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βίωνα, τὸν Βορυσθένης ἔφυσε γῆ Σκύθισσα,
λέγειν ἀκούομεν θεοὺς ὡς οὐδέν εἰσιν ὄντως.
Κεἰ μὲν τὸ δόγμα τοῦτ' ἔχων ἔμιμνεν, ἦν ἂν εἰκὸς
λέγειν, φρονεῖν ὅπως δοκεῖ· κακῶς μέν, ἀλλ' ἔδοξε.
Νῦν δ' ἐς νόσον πεσὼν μακρὴν καὶ μὴ θάνῃ δεδοικὼς
ὁ μὴ θεοὺς εἶναι λέγων, ὁ νηὸν οὐδὲ βλέψας,
ὁ πολλὰ χλευάσας βροτούς, ὅσοι θεοῖς ἔθυον,
οὐ μοῦνον ἐσχάρης ὕπερ, βωμῶν τε καὶ τραπέζης
κνίσῃ, λίπει, θυλήμασιν θεῶν ἔδαισε ῥῖνας.
Οὐδ' εἶπε μοῦνον· Ἤλιτον, σύγγνωτε τοῖς πρίν· ἀλλὰ
καὶ γραὶ δῶκεν εὐμαρῶς τράχηλον εἰς ἐπῳδὴν
καὶ σκυτίσιν βραχίονας πεπεισμένως ἔδησε·
ῥάμνον τε καὶ κλάδον δάφνης ὑπὲρ θύρην ἔθηκεν,
ἅπαντα μᾶλλον ἢ θανεῖν ἕτοιμος ὢν ὑπουργεῖν.
Μωρὸς δ' ὃς ἤθελέν τινος μισθοῦ τὸ θεῖον εἶναι,
ὡς τῶν θεῶν ὄντων ὅταν Βίων θέλῃ νομίζειν.
Τοιγὰρ μάτην φρονῶν, ὅτ' ἦν ἅπας ὁ λέμφος ἄνθραξ,
τὴν χεῖρα τείνας ὧδέ πως, « Χαῖρ', εἶπε, χαῖρε, [Πλουτεῦ. »

Hic enim ait, Ego eram antea-mortalis; ille vero, [quando non erat,
dicens sese aliquem esse, nemo erat quando [erat.

36. EJUSDEM.

Laudo Cleanthem, sed magis Orcum :
videns enim ipsum senem non tulit
quin in posterum quietem inter mortuos haberet,
tantum qui exantlaverat vitæ tempus.

37. EJUSDEM.

Bionem, quem Borysthenes genuit, terra scythica,
dicere audimus deos nequaquam esse omnino.
Quod si in sententia quam habebat, permaneret, [par esset
dicere eum sentire ut videtur; male quidem, sed [sensisse.
Nunc autem in morbum cum inciderit longum, et [ne moriatur timens
qui non deos esse dicebat, qui ne templum quidem [aspexerat,
qui sæpe irriserat mortales, quotcunque diis sacri- [ficabant,
non solum super focum, arasque et mensas [bus.
nidore, adipe, suffimentis deorum epulas-dedit nari-
Neque solum dixit : Peccavi, ignoscite priora; sed
et anui dedit facile collum ad incantationem
et loris brachia obedienter ligavit :
rhamnumque et ramum lauri supra fores posuit,
omnia potius quam mori, paratus subministrare.
Stultus quidem qui voluerit mercede quadam divi- [nitatem esse,
quasi dii essent cum Bion vellet credere.
Scilicet frustra *tum* sapiens, cum esset totus sti- [pes iste carbo,
manum tendens sic quodam modo, « Salve, inquit, [salve, Pluto. »

Ille ego, dixit, eram, qui dixit quis fuerat, cum
non fuerat, quantus, cum fuit, ille fuit?

H. GROTIUS.

36. EJUSDEM.

Sane Cleanthem laudo, sed Mortem magis :
quæ cum senem videret ipsum, noluit
non inter umbras cæterum quiescere,
qui tanta vitæ tempora exantlaverat. H. GROTIUS.

37. EJUSDEM.

Biona, quem Borysthenes in Scythia produxit,
hunc tradidisse accepimus deos nihil esse omnino.
Quod si tenuisset fortiter placitum semel, dicturi
eramus : Sentit ut placet; male hercle, at ita placebat.
Nunc vero, in morbum ut incidit longum et mori for- [midat,
non esse qui dicit deos, qui templum nunquam aspexit,
derisor ille mortalium sacris qui numen placant,
non solum super altaribus, focis et sacra mensa
adipe, nidore et turibus nares deorum implevit,
nec id modo dixit quod solet; Peccavi, veniam date [delictis :
sed anui facile præbuit collum sibi excantandum,
obedienter et loris devincienda brachia,
rhamnumque et lauri ramulos super fores posivit,
quidquid velis promptus magis subire quam sepulcrum.
Stolidus vero, ex mercedula qui divos suspendebat,
ut si tunc essent quando eos Bioni esse expediret.
Frustra ergo sapiens iste stips, ut factu'st carbo totus,
sic ferme tendens dexteram, « Salve, inquit, Pluto, [salve. »

DIOG. LAERT. ED. DID

38. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τί δὴ γέρων ὢν καὶ φάλανθος, ὦ 'ρίστων,
τὸ βρέγμ' ἔδωκας ἡλίῳ κατοπτῆσαι;
τοιγὰρ τὸ θερμὸν πλεῖον ἢ δέοι ζητῶν,
τὸν ψυχρὸν ὄντως εὗρες οὐ θέλων Ἅδην.

39. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς Καρνεάδην.

Τί με Καρνεάδην, τί με, Μοῦσα, θέλεις ἐλέγχειν;
Ἀμαθὴς γὰρ ὃς οὔτι κάτοιδεν ὅπως δεδοίκει
τὸ θανεῖν· ὅτε καὶ φθισικήν ποτ' ἔχων κακίστην
νόσον, οὐκ ἔθελεν λύσιν ἰσχέμεν· ἀλλ' ἀκούσας
ὅτι φάρμακον Ἀντίπατρός τι πιὼν ἀπέσβη,
« Δότε τοίνυν, ἔφησέ, τι κἀμὲ πιεῖν. » — « Τί μέντοι;
τί; » — « Δότ' οἰνόμελι. » Σφόδρα τ' εἶχε πρόχειρα ταυτί·
« Φύσις ἡ συνέχουσά με καὶ διαλύσεται δή. »
Ὁ μὲν οὐδὲν ἔλασσον ἔβη κατὰ γῆς, ἐνῆν δὲ
τὰ πλέω κακὰ κέρδε' ἔχοντα μολεῖν ἐν Ἅδου.

40. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς Μενέδημον.

Ἔκλυον, Μενέδημε, τεὸν μόρον, ὡς ἑκὼν ἀπέσβης
ἐν ἡμέρῃσιν ἑπτὰ μηδὲν ἐσθίων.
Κᾆτ' ἔργον ἔρεξας Ἐρετρικόν, ἀλλ' ὅμως ἄνανδρον·
ἀψυχίη γὰρ ἡγεμὼν ἔπειγέ σε.

41. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς Μένιππον.

Φοίνικα τὸ γένος, ἀλλὰ Κρητικὸν κύνα,

38. EJUSDEM.

Cur nam senex cum-sis et calvus, Aristo,
caput-summum dedisti soli assandum?
scilicet calidum plus quam oporteret quærens,
frigidum reipsa reperisti nolens Orcum.

39. EJUSDEM.

In Carneadem.

Quid me Carneadem, quid me, Musa, vis redarguere?
Indoctus *is est* qui nihil vidit quantopere timeret
mortem : siquidem phthisico quondam laborans pessimo
morbo, nolebat dissolutionem ferre : sed cum audisset
veneno Antipatrum epoto exstinctum esse,
« Date igitur, inquit, et mihi aliquid bibendum; » — Quid certe?
« quid? » — « Date mulsum. » Valdeque habebat prompta hæc:
« Natura coagmentans me et dissolvet sane. »
Atque is quidem nihilo minus abiit sub terra; licebat autem
plura mala lucrato *ei* proficisci ad Orcum.

40. EJUSDEM.

In Menedemum.

Audivi, Menedeme, tuum fatum, ut volens exstinctus es
in diebus septem nihil comedens.
Inde facinus fecisti Eretriacum, sed tamen parum-virile :
animi-deliquium enim dux impulit te.

41. EJUSDEM.

In Menippum.

Phœnicem genere, sed Creticum canem,

---

38. EJUSDEM.

De Aristone.

Dic cur, Aristo, cum fores senex calvus,
dabas coquendum sinciput tuum soli?
Nam sponte quæris dum calere plus æquo,
en gelida tibi mors est reperta nolenti.

H. GROTIUS.

39. EJUSDEM.

De Carneade.

Probra dicere Carneadi quid opus, Camena?
Quis enim, rogo, nescit ut ille necem timebat?
Lue tabis enim phthisicus misere laborans,
sic ferre manu renuebat opem. Sed olim
cyatho Antipatrum periisse memor veneni,
— « Date, ait, date mi quod et ipse bibam. » — « Quid autem? »
— « Grave melle merum. » Fuit hoc quoque in ore promptum :
— « Meame retinet natura, eadem resolvet. »
Nihilominus ille Acheronta abiit, sed ante
poterat, mala multa lucrifaciens, abisse.

H. GROTIUS.

40. EJUSDEM.

In Menedemum.

Scivi, Menedeme, suprema tua, ipse ut ultro obisti
septem diebus abstinens omni cibo :
facinus næ prorsus Eretricon, haud tamen virile :
nam mœror animi te regens huc compulit.

DIOG. LAERT. ED. DID.

41. EJUSDEM.

In Menippum.

Phœnicem genere, Creticum vero canem,

ἡμεροδανειστήν — τοῦτο γὰρ ἐπεκλήζετο —
οἶσθα Μένιππον ἴσως.
Θήβῃσιν οὗτος ὡς διωρύγη ποτὲ
καὶ πάντ' ἀπέβαλεν οὐδ' ἐνόει φύσιν κυνός,
αὑτὸν ἀνεκρέμασεν.

diurnum fœneratorem — sic enim cognominabatur —
nosti Menippum fortassis.
Thebis hic ut perfossus est quondam
et omnia amisit, non cogitavit naturam canis,
se-ipsum suspendit.

42. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς Στίλπωνα.

Τὸν Μεγαρέα Στίλπωνα, γιγνώσκεις δ' ἴσως,
γῆρας, ἔπειτα νόσος καθεῖλε, δύσμαχον ζυγόν·
ἀλλ' οἶνον εὗρε τῆς κακῆς συνωρίδος
φέρτερον ἡνίοχον· (χανδὸν) πιὼν γὰρ ἤλασεν.

42. EJUSDEM.

In Stilponem.

Megarensem Stilponem,— nosti forsitan — senectus, inde morbus abstulit, inexpugnabile jugum:
sed vinum reperit malis bigis præstantiorem aurigam : (ore-hiante) bibens enim impulit.

43. ANONYMI.

In Opilium.

Histrio jam senior turpis, gravis, asper, iniquus,
impius et felix sic simul esse cupit :
ut nolit Pius esse, velit tamen esse Beatus;
quod natura negat, nec recipit ratio.
Nam Pius et Felix poterat dici atque videri :
cui imperium infelix est, erit ille sibi.

43. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Ὀπίλιον.

Ἐν θυμέλῃσι βιοὺς ὁ γέρων, ὀλοώτατος ἀνδρῶν,
δυσσεβίῃ συζῶν ᾤετο εὐτυχέειν·
καί ρ' ὄνομ' Εὐσεβέος μὲν ἀνήνατο, Εὐτυχέος δ' οὔ·
συγχωρεῖ δ' αὐτῷ οὐ φύσις, οὐδὲ λόγος.
Τὴν δὴ ἐπ' εὐσεβίῃ εὐδαιμονίην σέ' ἀπώσας
καὐτὸς ὀλεῖ, ἄρχων ἀρχομένων ὀλοῶς.

(Casaub.)

44. ALIUD.

In Diadumenum.

Vidimus in somnis, cives, nisi fallor, et istud :
Antoninorum nomen puer ille gerebat,
qui patre venali genitus, sed matre pudica,
(Centum nam mœchos passa est, centumque rogavit.)
Ipse etiam calvus mœchus fuit, inde maritus.
En Pius, en Marcus, Verus nam non fuit ille.

44. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸν Διαδούμενον.

Εἰ ἐτεόν γε, πολῖται, ὄναρ καὶ τοῦτο φαάνθη·
Οὔνομα παῖς φορέεσκεν ἀγάκλυτον Ἀντωνῖνον,
πατρὸς ἀλωνήτου γεγονὼς, μητρὸς δ' ἄρα σεμνῆς,
ἧς γ' ἑκατὸν μοιχοὶ, μοιχοὺς δίζησε δέ κ' ἄλλους·
Χὠ φαλακρὸς δὲ τὰ νῦν μὲν ἀνὴρ, προπάροιθε δὲ μοιχός.
Μάρκον ἰδοὺ, ἠδ' Εὐσεβέ'· οὐ γὰρ ἔην ὅγ' Ἀληθής.

(Casaub.)

45. ALIUD.

Alexandri Severi imp.

Pulcrum quod putas esse vestrum regem,
vulgari, miserande, de fabella :
si verum putas esse, non irascor :
tantum tu comedas velim lepusclos,
ut fias, animi malis repulsis,
pulcher, ne invideas livore mentis.

45. ΑΛΛΟ.

Ἀλεξάνδρου τοῦ Σεουήρου.

Τοῦ κάλλους ὅτι τοῦ σέθεν μέδοντος
μύθοις, πάγκακε, αἰτίαν προσάπτεις,
κἂν δόξῃ σοι ἀληθὲς, οὐ μέλει μοι.
Βουλοίμην δέ σε ἐσθίειν λαγωούς,
ὡς ψυχὴν κακίας καθάρας, εἴης
καλὸς, μηδὲ καλοῖς κακὸς φθονοίης.

(Salm.)

---

diurnus fœnerator vulgo qui cluet,
scisne Menippon? Is est
qui Thebis olim sua, perfosso pariete,
amisit, insciusque naturæ canis,
se necuit laqueo.

DIOG. LAERT. ED. DID.

42. EJUSDEM.

In Stilponem.

Megaris satum Stilpona (nam nosti, puto)
morbus, ad hoc senium
dejecit, invictum jugum ;
bigæ malæ sed nactus aurigam bonum,
vite satum laticem,
hoc vectus e vita exiit.

H. GROTIUS.

46. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἄσβολος οὔτε θεῶν τρομέων ὄπιν οὔτ' ἀνθρώπων
ὀξυκόμοιο κρεμαστὸς ἀπ' εὐλιπέος κατὰ πεύκης
ἄγκειμαι μέγα δεῖπνον ἀμετροβίοις κοράκεσσιν.

46. ANONYMI.

Asbolus neque deorum metuens vindictam, neque [hominum
suspensus de pinu præpingui acuta-folia-habente,
sursum-jaceo, magnum epulum longævis corvis.

47. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἀσπίδα, φροῦνον, ὄφιν, καὶ Λαδικέας περίφευγε
καὶ κύνα λυσσητήν, καὶ πάλι Λαδικέας.

47. INCERTI.

Aspidem, bufonem, anguem et Laodicenos effuge,
et canem rabiosum, et iterum Laodicenos.

48. ΑΥΣΟΝΙΟΥ.

Περὶ Χρήστου καὶ Ἀκινδύνου ἀδελφῶν.

Χρῆστος, Ἀκίνδυνος εἰσὶν ἀδελφεοί, οἰκτρὰ δὲ τέκνα,
moribus ambo malis nomina falsa gerunt.
Οὐδ' οὗτος χρηστός, οὐδ' οὗτος ἀκίνδυνός ἐστιν·
una potest ambos littera corrigere :
Αἴκεν Χρῆστος ἕλῃ, καὶ Ἀκίνδυνος ἄλφ' ἀπολέσσῃ·
Κίνδυνος hic fiet; frater Ἄχρηστος erit.

48. AUSONII.

De Chresti et Acindyno fratribus.

Chrestos, Acindynos sunt fratres, miserandi autem [liberi,
moribus ambo malis nomina falsa gerunt.
Neque ille probus (χρηστὸς) neque hic periculo-ca-
una potest ambos littera corrigere : [rens est;
Si Chrestos acceperit et Acindynos *a* perdiderit,
Cindynos (*periculum*) hic fiet, frater Achrestos
[(*improbus*) erit.

49. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς Ἀντισθένην κυνικὸν φιλόσοφον.

Discipulus melior nulli, meliorve magister,
εἰς ἀρετὴν συνέβη καὶ κυνικὴν σοφίην.
Dicere me novit verum, qui novit utrumque,
καὶ θεὸν Ἀλκείδην, καὶ κύνα Διογένην.

49. EJUSDEM.

In Antisthenem cynicum philosophum.

Discipulus melior nulli, meliorve magister
in virtutem obvenit et cynicam sapientiam.
Dicere me novit verum, qui novit utrumque,
et deum Alcidem, et canem Diogenem.

50. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Λυκόφρονα.

Λόγους ἀτερπεῖς πολλὰ μοχθήσας γράφεις,
ἀνιστορήτως βάρβαρα πλέξας ἔπη,
γωλειά, γρῶνας, οὖσα, καὶ τυκίσματα,
σὺν ὀρθάγῃ τε, κρίμνα καὶ λυκοψία,
μόνον νέοις ἱδρῶτα, μωρὲ Λυκόφρων·
οὐδὲν γὰρ ἄλλο, πλὴν κενοὶ λήρων λόγοι.

50. ANONYMI.

In Lycophronem.

Insuaves fabulas multo labore scribis,
inscite barbara qui-contexueris verba,
γωλειά, γρῶνας, οὖσα et τυκίσματα,
cum ὀρθάγῃque, κρίμνα et λυκοψία,
merum adolescentibus sudorem, stulte Lycophron;
nihil enim aliud *inest*, nisi futiles de nugis ora-
[tiones.

51. ΑΛΛΟ.

Εἰς αὐτόν.

Λυκόφρονος δύσφραστα πληρώσας ἔπη,
ἐνθουσιασμοὺς παρθένου φοιβαστρίας
αἰνιγματωδῶς καὶ σοφῶς εἰρημένους,
θεῷ τὸν αἶνον, ὡς συνεργῷ, προσφέρω.
Ἡ δόξα τῷ συνεργῷ τοῦ τέλους. . .

51. ALIUD.

In eumdem.

Lycophronis inexplicabilibus absolutis carmini-
divinos-furores virginis vaticinæ [bus,
ænigmatice et argute dictos,
deo laudem, ut adjutori, offero.
Sit ei gloria qui me adjuvit usque ad finem...

52. ΑΔΗΛΟΝ.

Τυνδαρέη κρητῆρα κερασσαμένη παρὰ δεῖπνον
δάκρυα Τηλεμάχοιο κατέσβεσεν ἐς μίαν ὥρην.

52. INCERTI.

Tyndaris, temperato cratere ad cœnam,
lacrimas Telemachi exstinxit unam horam.

---

46. ANONYMI.

Asbolus, haud hominum metuens vocemve deorum,
multicomæ piceæ suspensus ab arbore pingui
hicce jacens cœnam longævis præbeo corvis.

PHILOSTR. ED. DID

Εἰ δὲ ῥόδα προσέμιξε παρηγορέοντι κυπέλλῳ,
εἶχε μένειν ἄκλαυστος, ἕως νόστησεν Ὀδυσσεύς.

Si vero rosas admiscuisset consolanti poculo,
potuisset manere non-flens, donec rediret Ulysses.

53. ΑΛΛΟ.

Ἠράσθη Κίτυός τις, ὃν οὐκ ἴδεν, οὔατα πεισθείς·
Φεῦ κάλλους· ἡμεῖς δ' ὄμμασι μεμφόμεθα.

53. ALIUD.

Amavit Cityn aliquis, quem non vidit, auribus cre-[dens;
Heu pulcritudinem! nos autem de oculis querimur.

54. ΑΛΛΟ.

Ἄκουε ταῦτα, γῆ, θάλασσα, καὶ πόλος·
ψυχαὶ σοφῶν τε καὶ στρατηγῶν τῶν πάλαι·
Ἰσοκράτης ὥρισε ῥώμην καὶ φρένας,
Θουκυδίδης ἔμιξεν ὅπλα καὶ λόγους,
ῥήτωρ, στρατηγὸς καὶ Περικλῆς καὶ Κίμων,
Ἀλκιβιάδης καὶ Θεμιστοκλῆς μέγας,
ἄμφω τέλειοι· Φωκίων κρηπὶς λόγων.
Ἕλληνες ἄλλοι μυρίοι Ῥώμης πρόμοι·
ἔφησε πρώτην τακτικὴν μαθημάτων
Πλάτων ὁ κλεινός, Σωκράτης τολμητίας
εἶχεν τὰ πρῶτα τῶν ἀριστέων γέρα.
Ἥρωες ἄρδην πάντες ἐξησκημένοι
Νέστωρ, Ὀδυσσεύς, ἀλλ' Ἀχιλλεὺς καὶ πλέον,
δεινὸς θεωρεῖν τῶν ὅλων καὶ τὰς φύσεις,
κίνησιν ἄστρων καὶ φορὰν δι' ἀέρος,
καὶ ῥυθμικῆς ἔμπειρος εὐαρμοστίας,
ἰατρικός τε καὶ μαθητὴς Κενταύρου.
Ἀλλ' οἱ σοφοὶ νῦν, πλὴν ἐγὼ μωροὺς λέγω,
τὴν γνῶσιν εἶπον ἐμποδὼν τῆς ἀνδρίας.

52. ALIUD.

Audi ista, terra, mare, et tu cælum :
Ingenia *sunt* sapientiumque et ducum veterum :
Isocrates definivit robur et mentes,
Thucydides miscuit arma et verba,
orator, dux et Pericles et Cimon,
Alcibiades et Themistocles magnus,
ambo perfecti : Phocion fundamentum orationum.
Græci alii sexcenti Romæ præcellunt :
edixit primum ordinem scientiarum
Plato inclitus, Socrates audax
habuit primos inter principes honores.
Heroes omnino cuncti edocti
Nestor, Ulysses, sed Achilles et magis
peritus ad speculandum rerum omnium et naturas,
siderum motum, et conversiones per aerem,
et rhythmicæ sollers concinnitatis,
et medicinæ-gnarus et discipulus Centauri.
Sed sapientes nunc, quos ego stultos dico,
doctrinam dixere obstare fortitudini.

55. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸν Μαίανδρον ποταμόν.

Τὸ τῆς δίκης πῦρ ὧδε, μηδὲν διστάσῃς,
ὁ Κωκυτὸς Μαίανδρος· ἀλλ' ἀπεσφάλην
οὐαὶ γὰρ ἀνδρῶν ἐστίν, Αἴανδρον λέγω.

55. ALIUD.

In amnem Mæandrum.

Justitiæ ignis ita se habet, ne quid ambigas :
Cocytus Mæander est; sed erravi,
Væ enim virorum (ἀνδρῶν) est, Æandrum dico.

56. ΑΛΛΟ.

Εἴς τινα πάνυ μικρὸν κελευσθεὶς εἰπεῖν στίχον σχέδιον.

Οὐ δύναμαι ἰδέειν τὸν σκωπτόμενον· σύγγνωτε.

56. ALIUD.

In quemdam parvulum homuncionem, jussus ex tempore versum dicere.

Non possum videre cavillantem : ignoscite.

57. ΑΛΛΟ.

Εἰς βοῦν καὶ τράγον ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ ἐγκεκολαμμένους.

Πῶς βοῦς ὑπάρχων, αὔλακας γῆς οὐ τέμνεις,
ἀλλ' ὡς πάροινος ἀγρότης ἀνεκλίθης;
— Πῶς οὐχὶ καὶ σὺ πρὸς νομὰς ἀποτρέχεις,
ἀλλ' ἀργυροῦν εἴδωλον ἕστηκας, τράγε;
— Ἕστηκα τὴν σὴν ἐξελέγχων ἀργίαν.

57. ALIUD.

In bovem et hircum in argentea tabula insculptos.

Quare, bos cum-sis, sulcos terræ non scindis,
sed ut vinolentus rusticus recubas?
— Quare non et tu ad pascua decurris,
sed *ut* argenteum simulacrum stas, hirce?
— Sto tuam redarguens ignaviam.

58. ΛΕΟΝΤΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Ἰαμβεῖοι τούτου στίχοι.

Ἔρρει τὰ σεμνὰ τῷ χρόνῳ τῷ παμφάγῳ,
διέφθορε τὰ χρηστὰ καὶ τὰ τίμια,

58. LEONIS PHILOSOPHI.

Iambei ejus versus.

Abeunt veneranda tempore omnia-vorante,
corrumpuntur bona et honesta,

ὄλωλεν ἡ παίδευσις, ἔσβη καὶ λόγος,
φροῦδος δὲ καὶ νοῦς, οἴχεται θεωρία,
λέλοιπεν εὐσέβεια, καὶ τελεστική·
θέμις δ' ἀπέστη καὶ δίκη καὶ πᾶν καλόν,
παρρησιάζεται δὲ νῦν πανουργία,
καὶ ψεῦδος ἄρχει, καὶ τυραννὶς καὶ βία·
ἕρπει δὲ πρὸς πᾶν θεῖον ἔργον ὁ φθόνος,
τῆς δυσσεβείας ἠνέῳκται τὸ στόμα·
ῥοιβδεῖ δὲ χανδὸν ἡ Χάρυβδις τῆς πλάνης,
ἐμεῖ δὲ πᾶς τις δόγματα βλασφημίας.

perit doctrina, exstincta est ratio,
abiit et mens, discedit contemplatio;
deficit pietas et initiandi scientia :
justitia aufugit et æquitas et quidquid pulcrum [est,
libere-eloquitur nunc nequitia,
et mendacium regnat, et tyrannis et vis :
repit etiam ad omne divinum opus invidia,
impietatis apertum est os;
latrat et diductis-faucibus Charybdis erroris,
vomitque unusquisque placita maledicæ-mentis.

59. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τοὺς σοφοὺς τῶν Ἀθηνῶν.

Οἱ τῶν Ἀθηνῶν εὐστομεῖτε τοὺς πάλαι
σοφούς, Πλάτωνας, Σωκράτεις, Ξενοκράτεις,
Ἐπικούρους, Πύρρωνας, Ἀριστοτέλεις·
Οὐκ ἔστιν ὑμῖν, πλὴν Ὑμηττὸς καὶ μέλι,
θῆκαί τε νεκρῶν, τῶν σοφῶν τὰ πνεύματα·
πολεῖ παρ' ἡμῖν πίστις, οὐ σοφοὶ λόγοι.

59. ANONYMI.

In sapientes Athenarum.

Qui Athenarum estis (*i. e.* Athenienses) celebrate [veteres
sapientes, Platones, Socrates, Xenocrates,
Epicuros, Pyrrhones, Aristoteles : [mel,
non enim vobis est *aliud* præter Hymettus et
loculique mortuorum, sapientium spiritus :
versatur apud vos fides, non sapientia verba.

60. ΑΛΛΟ.

Εἰς νέους φιλοσόφους.

Οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ὃς σοφός· σοφὸς δ' οὔτις
ὅστις μετ' ἀνδρῶν ἵσταται· καινὴ μάχη
τῶν ἀρετῶν· τί φημὶ δ' αὐτὸς ὡς βραχύ;
— Εἰ πᾶς σοφὸς δειλός τις, ὃς δειλὸς σοφός.

60. ALIUD.

In novos philosophos.

Non est vir qui sapiens *est;* sapiens autem nullus
quisquis inter viros existit : nova pugna
virtutum : quid loquor autem ipse ut breve?
Si omnis sapiens improbus *est*, qui improbus *est*, [sapiens *est*.

61. ΑΛΛΟ.

Ὤ μοι ἐγὼ μέλεος· τί γυναικὸς κύντερον ἄλλο,
ἢ μᾶλλον τί τύχης; τίνα με χρῆν αἰτιάσασθαι;
Ἀμφοτέρας χρὴ μισεῖν, ἀμφότεραι θήλειαι.
Ἀλλὰ τύχης μὲν ἐμῆς, Θεὲ ἄμβροτε, μὴ μεταδοίης
ἀνδράσιν ἐχθροῖς, εἰς ἐμὲ πόλλ' ἐξυβρίσασι,
πλείονα δυστυχίης τὴν εὐτυχίην παρεχούσης·
τὴν δὲ σύνευνον ταύτην καὶ ἀγαθὴν παράκοιτιν
ἐχθροῖς καὶ τέκνοις ἐχθρῶν παρέχοις ὁμόκοιτιν.

61. ALIUD.

Heu! me miserum! quid muliere impudentius aliud,
aut potius quid fortuna *impudentius*? Quam ego [oportebat accusarem?
Utramque oportet odisse, utraque femina *est*.
Sed ne fortunæ quidem meæ, Deus immortalis, par- [ticipes-facias
viros inimicos, qui mihi sæpe vim intulere,
quæ plus felicitatis quam miseriæ mihi præbet :
hanc autem conjugem ac bonam uxorem
inimicis inimicorumque filiis da quæ-cum-iis-cubet.

62. ΑΛΛΟ.

Εἴς τινα κατελθόντα εἰς Ἑλλάδα καὶ ἀγροικισθέντα.

Οὐ βαρβάρων γῆν, ἀλλ' ἰδὼν τὴν Ἑλλάδα,
ἐβαρβαρώθης καὶ λόγον καὶ τὸν τρόπον.

62. ALIUD.

In quemdam qui in Græciam devenerat et rusticos induerat mores.

Non barbarorum terram, sed cum vidisti Græciam,
barbarus-factus-es et eloquio et moribus.

63. ΑΛΛΟ.

Τὴν ἀρετὴν χθὲς εἶδον ἐν μέσῃ πόλει
μελαμφοροῦσαν καὶ κατηφείας ὅλην·
« Τί δ', » ἠρόμην, « πέπονθας; » Ἡ δέ· « νῦν ἔγνως·
« τόλμα, φρόνησις, γνῶσις ἐν ταῖς γωνίαις·
« ἄγνοια δ' ἄρχει καὶ μέθη καὶ δειλία. »

63. ALIUD.

Virtutem heri vidi in media urbe
pulla-veste-indutam et demisso-vultu totam :
« Quid, » rogitavi, « tibi accidit »? Hæc autem : [« Nunc nosti :
« fortitudo, prudentia, doctrina in angulis *sunt :*
« ignorantia autem imperat et ebrietas et ignavia.

64. ΑΛΛΟ.

Πρὸς τὸν σχολιογράφον οἱ στίχοι, ξένε.

α'. Ὁ τίς ὑβρίζεις; τὸν τίνα; βαβαὶ θράσους;
ὁ μηδὲ καὶ μῦς τὸν λέοντα πρὸς μάχην
τῶν αἱρετικῶν, τῆς Ἀρείου δὲ πλέον,
καὶ τῆς Γαλατῶν Φωτεινοῦ καὶ Μαρκέλλου.

β'. Ἔοικας, ὦ 'τάν, εἰδέναι γράφειν ὕβρεις,
λυσιτελῶν δὲ μηδαμῶς διειδέναι.
Ἦ γὰρ ἂν ᾔδεις Εὐσεβίου τοὺς πόνους
καὶ τοὺς ἀγῶνας, οὓς καθ' Ἑλλήνων ἔτλη
φλυαρίαν τὰ τῶνδε μακρὰν δεικνύων·
ὅπως Ἰουδαίων τε δυσσεβῆ πλάνην
ἀναιρετικοῖς ἐκθριαμβεύει λόγοις,
τῶν μαρτύρων ἀγῶνας ὡς μεγαλύνει,
τῶν αἱρετικῶν ὡς ἀναιρεῖ τὸ στίφος,
πρὸς πᾶν ὅπως χρήσιμος εἰς Θεοῦ σέβας.
Ἔδει σε ταῦτα γιγνώσκοντα καὶ πλέω
μὴ λεξιθηρεῖν κατ' Ἰουδαίους ἴσως,
καὶ μὴ νοοῦντα τὸν νόον τῶν λέξεων,
ὕβρεις καταχεῖν τοῦ τοσούτου τὸν λόγον.

64. ALIUD.

Adversus scholiorum-scriptorem *sunt* versus, hospes.

I. Quis tu contumeliosus? In quem? papæ! quan-
[ta audacia!
Ille neque vel mus leonem *lacessit* ad pugnam
hæreticorum, plus quam Arii *secta*
sectaque Celtarum Photini et Marcelli.

II. Videris, amice, scire scribere contumelias,
utilium autem nihil omnino scire.
Profecto enim novisses Eusebii labores,
et certamina quæ in Gentiles sustinuit,
eorum opiniones ingentes esse nugas demons-
[trans :
quomodo Judæorum impium errorem
exitialibus triumphet orationibus,
martyrum quomodo certamina magnificet,
hæreticorum quomodo tollat agmina,
quomodo in universum utilis sit ad Dei cultum.
Oportebat te hæc scientem et plura
non verba-aucupari secundum Judæos æque,
neque intelligentem verborum sensum,
orationis in tantum virum effundere contumelias.

65. ΑΔΗΛΟΝ.

Εἰς τὰς έ φωνὰς καὶ τὰς ί κατηγορίας.

Μόλις διαδρὰς τῶν σοφιστῶν τὰς δίκας,
σοφοῖς δὲ μᾶλλον προσβαλὼν ὡς ἡμέροις,
φωνῶν ἐπλήσθην καὶ κατηγορημάτων·
« οὐκ ἔστιν, ἔστι, πρός τι, ποιόν, ποῦ, πότε,
« πάσχουσι, δρῶσιν »· ὡς θέλουσι, μυρία.
Στρέφουσι πάντα, συγχέουσι τὰς φύσεις,
ὡς ἐξ ἑαυτῶν πλάττουσι τραγελάφους,
τὸν οὐρανὸν γῆν, τὸ ξύλον φασὶ λίθον,
ὕλην ἄμορφον εἶδος ὕλην οὐκ ἔχον,
κόσμους ἀπείρους ἰδέας πρὸ τῶν ὅλων.
Οἱ τῆς Στοᾶς βάλλουσιν Ἀκαδημίαν,
Πύρρωνας οὗτοι, πάντας ὁ Σταγειρίτης,
ἄλλοι δὲ τοῦτον Φοίνικές τε καὶ Σύροι.

Τίς νοῦς τοσαύτας ἐνστάσεις διαδράμοι,
ἔθνη τοσαῦτα καὶ φάλαγγας δυσμάχους,
γνῶναι τὰ κρυπτὰ τῶν ὅλων ζητῶν βάθη;
καὶ τὰ σαφῶν τις ἔσχε φυρμὸν αὐτίκα.

Ἓν γνώσεως φῶς, Χριστέ, μου, σύ μοι μόνος
γνῶσις τελεία, μᾶλλον εἰδέναι μόνον·
Σὲ δημιουργὸν οὐσιῶν, χρόνων, τόπων,
ἄρρητον ὡς ἄληπτον, ἕν τε καὶ τρία,
ἀφεὶς τὰ πάντα, τοῦτο καὶ μόνον λέγω.

65. INCERTI.

In quinque voces et decem categorias.

Ægre evitatis sophistarum litibus,
sapientesque magis aggressus ut humaniores,
vocibus impletus sum et prædicamentis :
« non est, est, ad quid, quale, ubi, quando,
« patiuntur, agunt, » ut volunt, sexcenta.
Torquent omnia, confundunt naturas,
tamquam ex se-ipsis fingunt tragelaphos (*i. e.*
[hircocervos
cælum terram, lignum dicunt lapidem,
materiam informem genus materiam non habens,
mundos infinitos ideas ante omnia.
Stoici ejiciunt Academiam
Pyrrhonas isti, omnes Stagirita,
alii autem hunc Phœnicesque et Syri.
Quæ mens tantas contentiones percurrat, [les,
gentes tam multas et phalanges vix-expugnabi-
noscere quærens occultas rerum-universitatis al-
[titudines?
atque hæc declarans aliquis habuit mentem sta-
[tim confusam.
Unum intelligentiæ lumen, Christe, meæ, tu mihi
[sola
intelligendi-vis perfecta, qui magis scire solus
[potes;
Te opificem omnium quæ-sunt, temporum, loco-
[rum,
qui-dici-non-potes quum-capi-nequeas, unumque
qui emisisti omnia, hoc et unum dico. [et tria,

66. ΑΛΛΟ.

Λεύκιππος ἀνὴρ τὴν ὁδὸν παρατρέχων,
εὖ θρύπτεται μὲν τὴν πυγὴν μεταφέρων,
ἀκκίζεται δὲ τῇδε κἀκεῖσε βλέπων.
Καὶ νῦν μὲν αὐτὸς ὑπτιάζων τὼ πόδε
καὶ εἰς ἑαυτὸν κεκλικὼς περιβλέπει·
νυνὶ δὲ τὸν φέροντα πλήττων θρασέως,
οὐκ οἴεται γῆν, ἀλλ' ἐπ' αἰθέρος τρέχειν.

66. ALIUD.

Leucippus vir viam leviter-percurrens,
bene-sibi-placet quidem clunes transferens,
fastiditque hîc et illic aspiciens.
Et nunc quidem ipse retorto-capite pedes
atque in se ipsum inclinatus circumspicit :
nunc autem ferentem percutiens audacter,
non credit terra, sed super ætherem currere.

67. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἴς τινα ῥύπον φοβοῦντα θάλασσαν· πῶς παλαισθέντα ἀντέστρεψεν αὐτόν.

Ἰδοῦσα καινὸν οὐδὲν ὡς Ἰορδάνης,
πῶς ἐστράφης, θάλασσα, νῦν εἰς τοὐπίσω;
Οἶμαι, ῥύπον φεύγουσα τὸν σὸν ἐστράφης·
κἂν καὶ στραφεῖσα τοῦτον οὐκ ἀπεξέσω.

67. ANONYMI.

In quasdam sordes mare fugantes; quomodo conflictatis ab illis refugerit.

Cum novi nihil videris ut Jordanis,
curnam reversum-es, mare, nunc retrorsum?
Sordes, opinor, fugiens tuas reversum es;
quamquam et reversum has non exuisti.

68. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὴν νοητὴν οὐσίαν.

Ζητῶν ἀπεῖπον τὴν νοητὴν οὐσίαν,
τίς ἐστιν αὕτη· πῶς δὲ τέμνει τὰς δύο,
ἀσώματον καὶ σῶμα· πῶς δ' ἄμφω μόνη
ἔχουσα, τῶν δυοῖν δὲ μηδὲν τυγχάνει·
πῶς πάντα δ' ἐστὶν, ἔστι πάντων δ' οὐδέ τι.

68. ALIUD.

De ea quæ mente percipitur substantia.

Destiti, eam cum quærerem quæ-mente-percipitur substantia,
quæ sit per se; quomodo dividat duo,
quod incorporale est et corpus; quomodoque utrumque una
habens, neutrius quidquam nanciscatur :
quomodo omnia sit, neque omnium quidquam sit.

ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ

69. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους.

Ὧν καθεὶς ἔσωσεν ἀνθρώπων ἔθνος,
νῦν πάντες οὐ σώσουσι Μιχαὴλ μόνον.

70. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸν σπόγγον.

Ὕδωρ πέτρας ἀφῆκα καὶ πόλου μέλι·
τῶν ἡδέων ἔπλησα, λαὸς, σὸν στόμα·
πρὸς τῇ σφαγῇ δὲ καὶ χολὴν δίδως σύ μοι.
Ὦ σπλάγχνα πικρὰ, πλὴν τὰ χρηστά μου πάθη
πᾶσαν καθαίρει σῶν παθῶν τὴν πικρίαν.

71. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὴν λόγχην.

Πλευρᾶς ἔπλασα πλάσμα σῆς, Εὔαν, πάλαι,
πλευρὰν δὲ ῥήσσεις τὴν ἐμὴν λόγχῃ σύ μοι·

CHRISTIANORUM EPIGRAMMATA

69. ANONYMI.

In sanctos apostolos.

Quorum quisque servavit hominum genus,
nunc omnes *illi* non servabunt Michael unum.

70. ALIUD.

In spongiam.

Aquam e petra emisi et e cælo mel;
dulcibus implevi, popule, os tuum;
præter autem cædem et fel das tu mihi.
O pectus, *i. e.* amorem, amarum ! sed utilia quæ ego passus sum *libens*
omnem purgant libidinum tuarum amaritudinem.

71. ALIUD.

In lanceam.

Lateris finxi opus tui, Eva, quondam,
latus autem frangis meum lancea tu mihi :

ὅμως τὸ τραῦμα φάρμακον κεραννύει
τῶν τραυμάτων σου καὶ τὰ ῥεῖθρα βλυστάνει.

attamen vulnus remedium admiscet
vulnerum tuorum et rivos effundit.

72. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὴν χλαμύδα.

Τὸ φῶς στολή μοι, νῦν δὲ χλαμὺς ἐνδύει,
στολὴν ἀπεκδύουσα τὴν σὴν αἰσχύνης.

72. ALIUD.

In chlamydem.

Lumen stola mihi, nunc autem me induit chlamys,
stolam exuens tuam turpitudinis.

73. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸ ΔΙΕΜΕΡΙΣΑΝΤΟ ΤΑ ΙΜΑΤΙΑ ΜΟΥ.

Χιτῶνα τείνω τῇ κτίσει τὸν ἀέρα,
πνοὴν μερίζω, νῦν δ' ἐμῶν ἐνδυμάτων
ἐμὸς μεριστὴς κλῆρος· ἀλλ' ἄφες περῶν.

73. ALIUD.

In hæc verba : PARTITI SUNT VESTES MEAS.

Ut tunicam extendo super naturam aera, [torum
spiritum partior; nunc autem meorum indumen-
mihi partitionem-facit sors : sed dimitte transiens.

74. ΑΛΛΟ.

[Εἰς τὸ αὐτό].

Πνοὴν μερίζω, νῦν μερὶς κλῆρος τ' ἐμός·
κλήρῳ μερισταὶ τῶν ἐμῶν ἐνδυμάτων.

74. ALIUD.

[In idem.]

Spiritum partior, nunc partitio sorsque de me *fit*;
sorte partitores *sunt* meorum indumentorum.

75. ΑΛΛΟ.

[Εἰς τὸ αὐτό].

Ἀφθαρσίας ἔνδυμα τὸ πρὶν ἐνδύω·
νῦν σάρκα τὴν σὴν αὐτὸς ἐνδεδυμένον
ἀπεκδύεις, ἄνθρωπε, πλὴν ἀλλὰ στέγω,
μᾶλλον δὲ τὴν θέωσιν αὐτὸς ἐνδύω.

75. ALIUD.

[In idem].

Immortalitatis indumentum prius induo;
nunc carne tua ipse *me* indutum
exuis, homo, attamen *te* tego,
imo quidem divinitate ipse *te* induo.

76. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὰ σπάργανα.

Εἰ καὶ ταπεινὸν ἐνδέδυμαί σοι ῥάκος,
τὸ λαμπρὸν ἐξύφηνα τοῦ πόλου πλάτος.

76. ALIUD.

In fascias.

Etsi humilem indui tibi pannum,
splendidam contexui cæli latitudinem.

77. ΑΛΛΟ.

Εἰς τὰ δεσμά.

Δεσμεῖτε χεῖρας αἷς παθῶν ἐγὼ λύσας
ὑμᾶς τέθεικα γῆθεν αἰθεροδρόμους.

77. ALIUD.

In vincula.

Vincite manus quibus cum libidinibus *vos* ego
vos feci e-terra per æthera-currentes. [solvissem,

78. ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ.

Εἰς τὸν ἅγιον Λοῦπον.

Ἔκλεψε Λοῦπος δεσποτικὴν σφενδόνην,
μεθ' ἧς ἐνεργεῖ πλεῖστα τῶν τεραστίων.
Οὐκοῦν ὑπέσχεν ἀξίαν καὶ τὴν δίκην
τμηθεὶς κεφαλήν, καὶ συνὼν τῷ δεσπότῃ.

78. THEODORI PRODROMI.

In sanctum Lupum.

Furatus est Lupus herilem palam,
cum qua operatur pleraque miraculorum.
Ergo subiit dignam et pœnam,
abscisso capite, et comes-additus hero.

79. ΤΟΥ ΦΙΛΗ.

Πρὸς ἰατρόν.

Ἰατρέ, μὴ δίωκε τὸν τύφον μάτην.
Εἰ γὰρ σιωπήσας ἀκριβῶς ἀνακρίνῃς
ὅθεν πορίζῃ τὰς ἀφορμὰς τοῦ βίου,
αὐτὸς σεαυτὸν καὶ μυσαχθήσῃ τάχα,
τροφῆς χορηγοὺς οὖρα καὶ κόπρον ἔχων.
Χρὴ οὖν ὀφρὺν ῥίψαντα τὴν ἐπηρμένην

79. PHILÆ.

Ad medicum.

Medice, ne prosequare vanæ gloriæ fumum.
Si enim tacitus diligenter examines
unde tibi præbeas auxilia vitæ,
ipse te ipsum et aversabere brevi,
victus subministratores urinas et stercus habens.
Oportet igitur, demisso hoc fastu superbo,

κόπρου σκάφας βλέπειν σε καὶ τὰς ἀμίδας,
ὅθεν τραφήσῃ καὶ πόρους ἕξεις βίου.

stercoris fossas inspicere te et matulas,
unde nutriaris et subsidia habeas vitæ.

80. ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΗ.

Στίχοι εἰς τοὺς ὑποκριτὰς ἡρωελεγεῖοι.

Μηκέτι μηδεὶς προσφερέτω παραμύθιον ἀνδρί,
ἢ τέκνον ἢ γαμετὴν γῇ κατορωρυχότι.
Καὶ γὰρ νῦν εἰ πρός τινα τούτων αὐτὸς ἀπέλθοις
ὡς πενθοῦντι φράσῃς ῥῆμα παρηγορίας,
δόξαι σπουδάζων ἀπαθέστατος, εὐθὺς ἐκεῖνος
ὡς ἀπὸ Πυθαγόρου φθέγγεται ἢ νεφέων·
καί σε σοφιστεύων ἀναλαμβάνει, ὥσπερὰν εἰ σὺ
τέκνον ἔχοις, ὁ δὲ σοὺς ἦλθε γόους στορέσων.
Ἐντὸς ὅμως τὸ πάθος τοῦτον κατακάρδια πλήττει,
ὡς ξίφος ὀξύτατον πάντα διερχόμενον.
Εὖγε, Ὑπόκρισις, εὖγε! σὺ φιλτάτη ἐσσὶ θεάων·
σὴν κεφαλὴν τιμᾶν ἄξιον ἐν στεφάνοις·
τοῖς γὰρ σοῖς θεράπουσιν ἐπάξια δῶρα χαρίζῃ,
ἀλγεῖν, κοὐ φράζειν, ὡς ἀνιῷντο πλέον.

80. MAXIMI PLANUDIS.

Versus in simulatores heroici et elegiaci.

Ne jam quisquam afferat solatium viro *qui*
aut natum aut uxorem in terram defoderit.
Etenim nunc si ad quemquam horum ipse abieris,
simul ac lugenti dixeris verbum consolationis,
videri studens nulli-perturbationi-obnoxius, jam [inde iste
tanquam ex Pythagora loquitur vel ex nubibus :
et te, subtilius-arguens, reficit, perinde ac si tu
natum habeas, hic autem venerit tuos gemitus [prostraturus.
Intus tamen dolor hunc per-pectus percutit,
sicut gladius acutissimus omnia pertransiens.
Euge, Simulatio, euge! tu carissima es dearum
tuum caput ornare dignum *est* coronis :
tuis enim ministris digna dona gratificaris,
dolere, nec fari, quia majori-mœstitia afficiuntur.

81. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Μαρκιανοῦ καὶ Μαρτυρίου.

Ἄρειε, πῶς φής; πῶς τὸν Υἱὸν εἰς κτίσιν
τολμᾷς καθέλκειν, καὶ θεὸν δοκῶν σέβειν,
σαυτὸν λέληθας κτίσματος φύσιν σέβων;
Οὐ κτίσμα ταυτὸν καὶ θεός. Μήπω τόσον
ἔξω φρενῶν πέσοι τις, ὡς ἕποιτό σοι,
μεμνημένος σου τοῦ θεηλάτου μόρου.

81. EJUSDEM.

In templum sanctorum Marciani et Martyrii.

Ari, quî loqueris? quomodo Filium in creaturam
audes detrahere, et Deum credens colere
tu te ipsum lates creatæ-rei naturam colens?
Non idem est et quod-creatum-fuit et Deus. Ne [unquam tantum
mente sua excidat aliquis, ut te sequatur,
memor tibi divinitus-immissi fati.

82. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἕτεροι.

Κακῶς Ἀρείῳ ταὐτὰ πεφρονηκότες,
ἄνδρες φονῶντες, πλῆρες αἱμάτων στίφος,
καλῶς θεοῦ προὔπεμψαν ὑμᾶς εἰς δόμους·
καὶ γὰρ Θεοῦ μὲν οἶκος ὑμᾶς ἀμφέπει,
τοῖς δ' οἶκος ᾅδης καὶ τὸ μυρίον σκότος.

82. EJUSDEM.

Alii.

Male Ario eadem assensi,
viri cædis avidi, plena sanguinis turba,
pulcre vos deduxere in dei domos :
etenim Dei domus vos amplectitur,
illis autem domus est orcus et infinitæ tenebræ.

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT V.

I. Ex Plutarch, *Lacon. Instit.* XXXIV, exceptis quinque prioribus versus tertii verbis, quæ supplevimus ex Sext. Empir. *Pyrrhon. Hypot.* III, 24, p. 181. Prius distichon servavit Aristophanes in *Pace* 1298 sqq., de quibus schol. ὁ Ἀρχίλοχος ἐξῆλθεν εἰς πόλεμον ἐν τῇ πρὸς Σαΐους μάχῃ· ἐστὶ δὲ ἔθνος Θράκης· καὶ φοβηθεὶς ἔφυγε ῥίψας ἑαυτοῦ τὰ ὅπλα. Plut. loc. cit. Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν ἐν Λακεδαίμονι γενόμενον, αὐτῆς ὥρας ἐδίωξαν, διότι ἐπέγνωσαν αὐτὸν πεποιηκότα, ὡς κρεῖττόν ἐστιν ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα ἢ ἀποθανεῖν. — Prius distichon bis laudavit et Strabon, X, p. 702, B; XII, p. 827 A. Cf. Philostr. *Apollon Vit.* p. 55. — Hos versus dedimus quia nobis minime compertum est id esse non integrum epigr., sed potius, ut Brunckio placuit, fragmentum.

II. Ex Athen. III, p. 125. Asii Samii fragm. De quo poeta vid. Heynium, *in Apollod.* III, 8, 2, not. p. 977. Plura ex eo commemorat Pausanias, de quibus docte disputavit Walkenaer. *Diatrib.* p. 58-59. Ἔπεσι genealogias Asius erat persecutus. — Vs. 3. ἄκλητος, *invocatus* (i. e. non vocatus), ut apud Plaut. *Capt.* v. 2, Ergasilus parasitus.

III. Apud Athen. X, p. 456, s. 84. Φασὶ..... καὶ εἶναι τὸν μὲν οὐ φέροντα τὸ τοῦ τέττιγος ἄεθλον, τὸν οὐκ ἐθέλοντα ᾄδειν, Πανοπηιάδην δὲ τὸν ὄνον, μέγα δεῖπνον τὴν χοίνικα τῶν κριθῶν.... Simonidis asinus Epeus vocabatur διὰ τὸ μυθολογεῖσθαι τοῦτο δρᾶν ἐκεῖνον, καὶ ἀναγεγράφθαι ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερῷ τὸν Τρωικὸν μῦθον, ἐν ᾧ Ἐπειὸς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀτρείδαις. Vid. totum hunc Athenæi locum.

IV. Ex Diogene Laertio VIII, p. 533 : Ἄκρωνος ἰατροῦ τόπον αἰτοῦντος παρὰ τῆς βουλῆς εἰς τὴν κατασκευὴν πατρῴου μνήματος, διὰ τὴν ἐν τοῖς ἰατροῖς ἀκρότητα, παρελθὼν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκώλυσε, τά τε ἄλλα περὶ ἰσότητος διαλεχθεὶς, καί τοι καὶ τοιοῦτον ἐρωτήσας· Τί δὲ ἐπιγράψομεν ἐλεγεῖον, ἢ τοῦτο· Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων' Ἀκραγαντῖνος π. α.....; Τινὲς δὲ τὸν δεύτερον στίχον οὕτω προφέρονται·

ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.

Τοῦτό τινες Σιμωνίδου φασὶν εἶναι. Protulit et Suidas, v. Ἄκρων, hoc distichon quod τωθαστικὸν nomine designat. — Cf. Plin. H. N. XXIX, 4. — Vs. 2. κρημνὸς κτλ. Cf. Virg. *Æn.* III, 702 : Arduus Acragas ostentat mænia longe. Repetiere multi, Brunck. *Anal.* T. I, P. 163, n. 1 (de quo vid. Jacobs. *Animadv.* T. I, p. I, p. 317), Jacobs *Append.* n. 21, et Mullach. *Fragm. Phil. Gr.* (Bibl. Didot), t. I, p. 14, qui Ἄκρωνα *Celsum* vocans hujusmodi versibus quid lusit :

Celsum Acragantinum medicum celso patre natum,
præcelsæ tumulus celsus habet patriæ.

V. « Ex Hieronymi Rhodii *Commentariis* Athenæus narrat (XIII, p. 604 F.) cum Sophocli a puero quem in deliciis habebat, pallium surreptum esset, et Euripides dixisset, se eodem cum puero rem habuisse nullo tamen rerum suarum detrimento, Sophoclem hoc epigramma scripsisse, in quo Euripidi adulterium tecte exprobraret. Respicitur in eo fabula de solis cum Borea certamine, quam narrat Avianus, IV. Poeta pueri, quem deperibat, amorem et pulcritudinem solis calori comparat. Videtur igitur hoc dicere : Pallium abjeci equidem, ut viator, quem solis calor, ut idem faceret coegit; tu tuum servasti, quia puer quicum te rem habuisse jactas, tantum abest, ut tibi faverit, ut potius, tanquam Boreas in illa fabula, omnem iræ suæ vim et violentiam in te effuderit. » *Jac.*

VI. Athen. V. sect. 61, p. 219 : « Venatur igitur bonus ille Socrates, amoris magistram habens Milesiam, sed non ipse captatur, ut dixit Plato, illaqueatus ab Alcibiade ; neque sane flere desinit, ut opinor adversa fortuna utens, nempe quum vidisset, quo in statu esset, Aspasia dixit : Τίπτε κτλ. » — Vs. 1. vulg. ὄμμασιν ἐλασθεὶς, claudicante metro; correxi; fortasse leg. θλασθεὶς, *sauciatus.*

VII. Ex Athen. VIII, sect. 18, p. 337. Repetiere multi, Brunck. *Anal.* III, p. 234, n. CCCXCV (vid. Jacobs. *Animadv.* T. III. P. II, p. 94), Jacobs. *Append.* 118, qui de Grotii versione : Grotius, ait, vulgatam sequi maluit, sensu admisso, quem ut græca verba ferant, vereor.

VIII. Exhibuit Plutarchus (*De vitando ære alieno*, V, 1.) hanc παρῳδίαν, quam exempli causa recepimus.

IX. Ap. Athen. X, 454 : Νεοπτόλεμος δ' ὁ Παριανὸς ἐν τῷ Περὶ ἐπιγραμμάτων ἐν Χαλκηδόνι φησὶν ἐπὶ τοῦ Θρασυμάχου τοῦ σοφιστοῦ μνήματος ἐπιγεγράφθαι τόδε τὸ ἐπίγραμμα· Τοὔνομα...

X. Ap. Plutarch. in *Flaminin.* IX, ex quo apparet carmen ab Alcæo (Messenio) scriptum fuisse post pugnam apud Cynoscephalas commissam cujus Ætoli, qui tunc ab Romanis stabant, sibi arrogabant laudem : Ὧν μάλιστα διὰ στόματος ἦν τουτὶ τὸ ἐπίγραμμα· Ἄκλαυστοι (Vid. *Anthol. Palat.* ed. Didot. VII, 247)... Τοῦτ' ἐποίησε μὲν Ἀλκαῖος, ἐφυβρίζων Φιλίππῳ, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀποθανόντων ἐπιψευσάμενος. Λεγόμενον δὲ (τὸ ἐπίγραμμα) πολλαχοῦ καὶ ὑπὸ πολλῶν, μᾶλλον ἠνία τὸν Τίτον ἢ τὸν Φίλιππον· ὁ μὲν γὰρ ἀντικωμῳδῶν τὸν Ἀλκαῖον τῷ ἐλεγείῳ παρέβαλλεν. Ἄφλοιος κτλ. — Philippi disticho additum est scholion hoc : ὅπου ἰστέον ὅτι ἐν στίχῳ τῷ προτέρῳ ἀντὶ τοῦ ἄφλοιος καὶ ἄφιλος εὑρίσκεται ἐν ἄλλῳ τινὶ βιβλίῳ ἄφλειος [?] καὶ ἄφυλλος. « Deinde legitur :

τῷδ' ἐπὶ βουνῷ
σταυρὸς ἐπ' Ἀλκαίῳ ἵσταται αὐτόματος.

In his βουνῷ, *colle*, fortasse sincerum est. » *Jac.*

XI. Ex anonymi *Aristotelis vita* quam, post Menagium nostrum, edidit Buhlius. — Vs. 1. Stagiritæ τραυλότητα plures commemoraverunt, quos reperias ap. Diogenem Laertium, ed. Menag. p. 186. — Vs. 2. λαγνός. De hoc Aristotelis vitio vid. Athen. XIII, p. 566.

XII. Ex ejusdem anonymi *Vita Aristotelis* ubi priori disticho continuo subjicitur hoc posterius quasi unum et idem carmen inde conficeretur. Hoc autem illi respondere recte vidit Menagius qui hanc Aristotelis vitam primus in sua Diogenis Laert. editione exhibuit.

XIII. Apud Diog. Laert. VI, v, 85 : — Vss. 1-2, Stephanus in Præf. in poemata quæ παρῳδίαι dicuntur, p. 82, ex Homero ductos notavit, *Od.* T. 172. — Meminit hujus ludicri Demetrius Περὶ Ἑρμηνείας c. 250;

meminit et Apuleius in *Apolog*. p. 439 ed. Par., uterque pro πόλις vs. 1 habet γαῖ; pro περίρρυτος reponebat Stephanus περίρρυπος quod melius peræ cynicæ convenit. V. *Lettres inédites de Brunck,* Annuaire de l'association p. l'encourag. des études grecq. 1874, p. 510. — Vs. 4. Conf. Jacobs. Hom. *Il.* B, 462.

XIV. — Apud Athen. IV, p. 163 A. et Eustath. p. 285, 25, quorum ille : ἡ Ἀρετή, inquit, Ἡδονῇ παρακάθηται, ὥς φησι Μνασάλκης ὁ Σικυώνιος ἐν ἐπιγράμμασιν, hic autem : ὃ δὴ καὶ παρῳδήσας τις κατὰ τῆς ἡδονικῆς φιλοσοφίας ἔγραψεν οὕτως· Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων... Cf. inter sepulcralia Ajacis Telamonii epitaphium, in *Peplo* quem Aristoteli quidam adscripserunt : Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι.

XV. Athen. X, s. 7, p. 414 : Ἡράκλειτος δ' ἐν τῷ Ξενίζοντι Ἑλένην φησί τινα γυναῖκα πλεῖστα βεβρωκέναι. Ποσειδιππος δὲ ἐν Ἐπιγράμμασι Φυρόμαχον, εἰς ὃν καὶ τόδ' ἐπέγραψε· Φυρόμαχον... Vs. 2. Jacobs. πανδοχίου τ' ἄτην; Huet. πάννυχον ἐν ταύτῃ ῥωγὰς ἔχει καπέτῳ. — Vss. 3-4. Salmasii restitutio est, quam recepit Brunck.— Vs. 7. Brunck. ὠχρὸς pro ὁ τριχί, Salmas. ἄθριξ, εὔφθειρος — Vs. 8. Ludit poeta in verbo καλλιόπην, pro quo intelligit καλὴν ὀπήν, *pulcram fossam,* in qua humatus est helluo Phyromachus.

XVI. Apud Athen. VIII, p. 345 A. B. depravatum tractavere multi. — Vs. 4. Toup. τόδ' ὁρᾶν μὴ μόνον οὐ μένομεν; Jacobs : τὸ δ' ὁρᾶν, ναὶ μὰ τὸν... οὐ σθένομεν, probante v. cl. Dehèque. — Vs. 5. Jacobs. λιθούμεθα πάντα πάλαι seu λιθούμεθ' ἅπαντα π.

XVII. Apud Athen. VIII, s. 34, p. 344 sq. : Ἡδύλος ἐν Ἐπιγράμμασιν, ὀψοφάγους καταλέγων... μέμνηται Ἄγιδος ἐν τούτοις· Ἑφθὸς ὁ καλλ. — Vs. 1. καλλίχθυς piscis anthias est vel aurata. — Vs. 4, pentameter deest. — Vs. 5. « Ut Jupiter olim in æneam Acrisii turrem ad Danaen penetravit, sic Agis helluo quoque vel firmissima claustra perruperit. » *Jac.*

XVIII. Ex Athen. VIII, sect. 34, p. 344 : Ἡδύλος ἐν Ἐπιγράμμασιν, ὀψοφάγους καταλέγων, Φαίδωνος μέν τινος ἐν τούτοις μέμνηται κτλ. — Vs. 1. Verba depravata, quæ, ut potuimus, emendavimus, sic corrigenda suspicabatur Jacobsius in *Additam. Animadvers.* in Athenæum, p. 191 :

..... Φαίδων δέ τε φυκίδ' ἐνείκαι
χορδάς θ' ὁ ψάλτης· ἔστι γὰρ ὀψοφάγος.

Vulgat. lectio Φαίδων σὲ φύκει' αἰνεῖ καὶ.. et sensu et metro pariter peccat.

XIX. « In Plutarchi *Antonio* c. 70. Cur fuerit inter Callimachea a Brunckio non receptum ignoro. Instituto Timonis et viatoris dialogo sententiam lepidam magis fecisse mihi videor. Μόνον peculiari modo positum est, quod sæpe fit cum imperativo. Sensus enim non est : « transi *tantum,* nec me *etiam* plorare jubeas ; sed, « Plorare me, si libet, jube, transeas modo ; dum modo transeas. Atque ita vernacule loqui possimus. » *Boissonad.* Notul. in Callim. epigr. Excerptum fuerat hocce epigrammation et versibus latinis expositum a Nicod. Frischlino Balingensi (1571) atque inde ab H. Stephano suæ Callimachi editioni insertum, M.D.LXXVII, in-4. Sic gallice vertit Amyotus qui non magis quam cett. sententiam intellexit :

Icy ie fais pour tousiours ma demeure
Timon encor les hommes haïssant :
passe, lecteur, en me donnant male heure,
seulement passe et me va maudissant.

XX. Ex Strabon. XIV, 1; dederunt Brunck. *Anal.* III, 330 (edit. Lips. II, 39). — Vid. et Jacobs. *Animadv.* T. II, P. I, p. 105) et Jacobs. *Append.* n. 18. « De Magnesia agens Strabo l. c. κεῖται ἐν πεδίῳ, ait, πρὸς ὄρει καλουμένῳ Θώρακι ἡ πόλις· ἐφ' ᾧ σταυρωθῆναί φασι Δαφίταν τὸν γραμματικὸν, λοιδορήσαντα τοὺς βασιλέας διὰ στίχου· Πορφύρεοι... καὶ λόγιον δ' ἐκπεσεῖν αὐτῷ λέγεται, φυλάττεσθαι τὸν Θώρακα... Rex, quem Daphitas contumeliis lacessisse dicitur, fuit Attalus, is, ut videtur, qui sibi primus regium nomen arrogavit. Hunc cum cetera regia familia appellat πορφυρέους μώλωπας, i. e. servos flagellorum vibicibus terga signata habentes, propter Philetærum, Lysimachi eunuchum, qui primus Pergamum a Lysimacho avertit, sibique subjecit, ingenti gaza, quæ ipsius fidei a Lysimacho commissa erat, occupata. » *Jac.*

XXI. Apud Athen. XI, s. 100, p. 499 : Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ θηλυκῶς λέγεσθαί φησιν ὑπὸ Θετταλῶν τὴν λάγυνον· καὶ Ῥιανὸς ὁ ἐποποιὸς ἐν Ἐπιγράμμασιν. Ἥμισυ... Vs. 3. Vulgo λεπτοτέρης... κρέας, emendaverunt Toupius et Brunck ; sed retinuerunt πλὴν, claudicantem versum ; correxi. — Vs. 4. αἰνεῖσθαι duplici sensu.

XXII. Apud Plutarch. *Cat. Maj.* 1 : Ἦν δὲ τὸ μὲν εἶδος ὑπόπυρρος καὶ γλαυκὸς, ὡς ὁ ποιήσας τὸ ἐπιγραμμάτιον οὐκ εὐμενῶς παρεμφαίνει· Πύρρον...

XXIII. Apud Plutarch. *De vitando ære alieno,* VI, 4 : Ἐπεὶ τὸ τῆς παροιμίας ἔσται γελοῖον· Οὐ δύναμαι... quo sic utitur : Πενίαν φέρειν μὴ δυνάμενος, δανειστὴν ἐπιτίθης σεαυτῷ φορτίον καὶ πλουτοῦντι δύσοιστον.

XXIV. Ex Grutero, p. MXXXXIX, Brunck. *Anal.* III, 198 (Vid. Jacobs. *Animadd.* vol. III, P. II, p. 7.) Jacobs. *Append.* n. 179. — Vs. 1. θερμὸς, audax, temerarius, hoc sensu occurrit in Aristoph. *Plut.* 415 : ὦ θερμὸν ἔργον κἀνόσιον καὶ παράνομον; *calida* consilia sunt ap. Cicer. *Offic.* I, 24. — Vs. 2. ἄνακτι Gruter. et Fletwood. (*Syll.* p. 321); veram lectionem secutus est Grotius in *Mantissa tertia* t. III, p. 413 Hieron. Bosch. *Floril. gr.*

XXV. Apud Athenæum, V, p. 222. A, unde multi repetierunt. Cf. Antiph. epigr. *Anth. Palat.* XII, 322, Philipp. epigr. *ibid.* XI, 321 et 347 ; conf. etiam Virg. *Catal.* VII :

Ite hinc inanes, ite rhetorum ampullæ etc.

— Vs. 1. Ex Homero *Il.* B, 159 : Ἀργεῖοι φεύξονται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.— Vs. 5. Athen. δυσπέμφελον. — Vs. 6. Hier. Bosch. *Anthol. Planud.* et Grotius Ὑὰς ἀεὶ μ.

XXVI. Apud Athen. IV, 162, A, ex Hegesandri Delphi *Commentariis* (Ὑπομνημάτων) dedit et latinis versibus transtulit Scaliger. *ad Varron. De Ling. lat.*, p. 5 ; edidit etiam cum lat. versione Grotius in *Mantissa secunda Floril. gr.* ed. Hier. Bosch., sub hoc lemmate : Εἰς γραμματικούς. Brunck. deinde et Jacobs., ille in *Anal.* III, p. 172, hic (Vid. *Animadd.* vol. III, P. I, p. 348 sqq.) in *Append.* n. 288. — V. 2. σάκκος vel σάκος barba est.— Vs. 3. ἱματανωπερίβαλλοι « Post Antisthenem aut Diogenem Cynici tunicam simul cum interula deposuerunt, pallio contenti, cujus inferior pars crura ambiebat, superior supra lævum humerum rejiciebatur. Hinc dicebantur διπλῶσαι τὸ ἱμάτιον, τὸν τρίβωνα...» *Boettiger.* ad Jacobs. Epist. — Vs. 3. nonnulli ἀνηλίποκαι — βλεπέλαιοι *qui multa ad lucernam meditantur.* — Vs. 5. Athen. vulg. συλλαβοπευσιλαληταί.

XXVII. Ex Plutarch. in *Sulla* II : Ἐξήνθει γὰρ τὸ ἐρύθημα τραχὺ, καὶ σποράδην καταμεμιγμένον τῇ λευκότητι· πρὸς ὃ καὶ τοὔνομα λέγουσι γενέσθαι, τῆς χρόας ἐπίθετον· καὶ τῶν Ἀθήνῃσι γεφυριστῶν ἐπέσκωψέ τις, εἰς τοῦτο ποιήσας : Συκάμινον κτλ.

XXVIII. Apud Philostrat. *Soph. Vit.* I, 5 : Οἶδα Φιλόστρατον τὸν Αἰγύπτιον Κλεοπάτρᾳ μὲν ξυμφιλοσοφοῦντα τῇ βασιλίδι, σοφιστὴν δὲ προσρηθέντα, ἐπειδὴ λόγου ἰδέαν πανηγυρικὴν ἥρμοστο καὶ ποικίλην, γυναικὶ ξυνών, ᾗ καὶ αὐτὸ τὸ φιλολογεῖν τρυφὴν εἶχεν, ὅθεν καὶ παρῴδουν τινὲς ἐπ' αὐτῷ τόδε τὸ ἐλεγεῖον. — Exhibuit hoc epigr. Jacobs. in *Paralip.* 49 et in *Append.* 291, qui notat ad Philostratum ab auctore hujus parodiæ accommodatos fuisse versus Theogn. 215 sq. de Polypo :

Πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ,
τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

« De Philostrato illo est epigr. Crinagoræ XLIV, *Anth. palat.* VII, 645]. » *Jacobs.*

XXIX. Apud Athen. VIII, sect. 31, p. 343 : Ὀψοφάγος δ' ἦν καὶ Λεοντεὺς ὁ Ἀργεῖος τραγῳδός, Ἀθηνίωνος μὲν μαθητής, οἰκέτης δὲ γενόμενος Ἰόβα τοῦ Μαυρουσίων βασιλέως, ὥς φησιν Ἀμάραντος ἐν τοῖς Περὶ σκηνῆς, γεγραφέναι φάσκων εἰς αὐτὸν τόδε τὸ ἐπίγραμμα τὸν Ἰόβαν, ὅτε κακῶς τὴν Ὑψιπύλην ὑπεκρίνατο· Μή με, Λ. κτλ. Loquitur Hypsipyla aut potius Leonteus sub Hypsipylæ persona, quam male tenuerat. — Vs. 1. κιναρηφάγου, voci nocere credebatur cinara, de qua Columella, X, v. 235-6 :

Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho
potanti, *nec Phœbo grata canenti.*

— Vs. 2. Vulgo ἐς κακὸν ἦτορ ὅρα. — Vs. 4. vulg. χρυσοβόλοις, Porson. et Schneider. χρυσολόβοις, ut οὔατα χρυσόλοβα sint aures inauribus ornatæ.

XXX. Servavit Athenæus, X, sect. 48, p. 436 : Ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀρκαδίων (ἄδηλον δ', εἰ ὁ Φιλίππῳ διεχθρεύσας), ὡς τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ, ὅπερ ἀνέγραψε Πολέμων ἐν τῷ Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων· Τοῦ πολυκώθωνος κτλ. Ad hunc locum Casaubonus : « Epigramma, quod narrat Dipnosophista tumulo potatoris Arcadionis fuisse insculptum, quatuor versibus, *Excerptorum* auctor in duo contraxit, hoc modo :

Τοῦ πολυκώθωνος τοῦτ' ἠρίον Ἀρκαδίωνος,
ὃς θάνεν ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος. »

Vs. 3. ἔσβη ὅδ' ὡνήρ. *vulg.*, ἔσβη ὁ δ' ὡνήρ. *Casaub.* Cod. quidam ἔφθη ὅδ', unde ἔφθιτο δ' ὡνήρ Schweigh.

XXXI. Ex Sopatro Apameensi (?), *Prolegom. in Aristidem*, ed. Dindorf. p. 741 : λέγεται δὲ ὡς ὅτι Ἀριστείδης οὐκ εὐτυχῶς προσῆει τοῖς μαθηταῖς, οὐδὲ εἶχε πολλοὺς μαθητάς· ἀμέλει τινὲς περὶ αὐτοῦ εἶπον τὸ ἐπιφερόμενον τοῦτο λεχθέν· Χαίρετ' Ἀρ... Σκαμνία τρία καὶ θρόνος εἷς. Οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλὰ περὶ ἄλλου τινός νεωτέρου Ἀριστείδου μὴ ἔχοντος μαθητάς, ἀλλὰ μόνην τὴν διατριβὴν καὶ τὰ σκαμνία παρά τινος εἰσελθόντος καὶ εὑρόντος αὐτὸν μόνον. — Retulit Menagius in *Observatt. in Diog. Laert.* VII, 69, et confert cum hac Cynici cavillatione : Εἰσελθὼν εἰς διδασκάλου καὶ Μούσας μὲν ἰδὼν πολλὰς, μαθητὰς δὲ ὀλίγους, « Σὺν θεοῖς, ἔφη, διδάσκαλε, πολλοὺς μαθητὰς ἔχεις. » Confert idem simile Stratonici citharœdi dictum ap. Athenæum, VIII, p. 348, sect. 41. — Dedit et hoc epigramma Ducang. in *Glossario*, v. συψέλιον. — Vs. 1. Sopatr. κυψέλια.

XXXII. Ex Ælio Lamprid. *Anton. Diadum.* VII. « ... Libet versus inserere in Commodum dictos, qui se Herculem appellaverat, ut intelligant omnes tam clarum fuisse Antoninorum nomen, ut illi nec deorum nomen commode videretur adjungi. Versus in Commodum Antoninum dicti : Commodus, etc. Hi versus a Græco nescio quo compositi, a malo poeta in Latinum translati sunt, etc. »

XXXIII. Ap. Æl. Spartian. *Pescenn. Nig.* XII : « Domus Pescennii hodie Romæ visitur in Campo Jovis, quæ appellatur *Pescenniana :* in qua simulacrum ejus in trichoro constituit, statim post annum ex Thebaico marmore, quod ille ad similitudinem sui factum a rege Thebæorum acceperat. Exstat etiam epigramma græcum, quod Latine hanc habet sententiam : Terror Egypt. etc.— Vs. 1. Vulg. Ægyptiaci, correxit Casaub., probante Salmasio, qui sexcentis exemplis docet illo tempore diphthongos sæpe in nominibus non admitti. Vulg. militis; Burmann. *Anth. lat.* lib. II, ep. CIX, *limitis :* « ita correxi cum Heinsio et Salmasio ad Spartianum, quo modo Joh. Savaronem quoque legisse adscripserat Scriverius. » — Vs. 2. Scriver. fovens. — Vs. 3. « *Gentes* ultima brevi, more seculi illius barbari, qualia passim in reliquiis sequiorum poetarum, quorum carmina nævis his referta : vide Balzac. *Entretiens*, p. 48, et Rualdum in *Vita Plutarchi*, p. 65. Cel. Oudendorpius tamen conjiciebat, *Hunc Rex, hunc gens omnis amant,* putabatque plural. *amant* huic vitio forsan dedisse ansam. » *Burmann.* — Vs. 6. Ita vulgo. Salmas. : ut consentiret forma, metalle, tibi, quod est jam in Aldina, sicque explicat sensum : « Diu fuerat in Ægypto Pescennius, ut dux Ægyptiaci limitis, atque inde cæli illius colorem contraxerat. Thebæorum rex igitur qui istud simulacrum ex Thebaico marmore ad similitudinem Pescennii factum, Pescennio donavit, hoc dicit : Pescennius Niger vocatur, nos ipsi Ægyptii nigrum ipsum reddidimus et cæli nostri colore inbuimus, ut forma, hoc est facies et color Metallo ex quo simulacrum factum est, conveniret et responderet. » « *Metallus* autem pro metallum, Græcorum imitatione dixit, et verisimile est in Græco epigr. fuisse μέταλλος. Hesychius : μέταλλος, ὁ λίθος, etc. » *Id.* — P. Burmann. conjiciebat : ... et nigra sacravimus ipsi ut consentiret forma, metalla, sibi, *sive* ut consentiret forma metalla sibi, *metalla* pro *metallica*, Scriverius : forva (pr. furva) metalla. Nihil mutandum, nisi interpunctionem, quæ ea esse debet ut *formam* alloquatur poeta.

XXXIV. Diog. Laert. VIII, I, 44. — Vs. 4. Vet. editt. ἔτ' εἶχ' ἀδ.

XXXV. Diog. Laert. VIII, I, 45. — Vs. 2. Menagius : « Lege ἐς ὀμφαλόεν, aut potius ἐς ὀμφάλιον : ὀμφάλιον est *umbo.* Antea, ὀμφαλόον quod nusquam occurrit, quod tamen retinuit Grotius et Hier. Boschius. — Vs. 2. Sic legebatur in vet. editt. : Φησὶ γὰρ, οὗτος ἐγὼν ἦν πρώην βροτός· ὃς δὲ.., claudicante metro. — Vs. 4, similiter corruptus : Ὅτε οὐκ ἦν φάσκειν ὅστις ἔην ὅτε ἦν.

XXXVI. Diog. Laert. VII, VII, 176 : ἐπαίξαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς πρὸς αὐτὸν (Κλεάνθην) οὕτως· Αἰνῶ Κλεάνθ. κτλ. — Non satis mirari possim unde hoc gallicus interpres Fr. de Fougerolles duxerit quod sane salsum putavit, et quo epigrammation clausit :

puisque son corps de vieillesse lassé
ne pouuoit plus arrouser le parterre
ni fossoyer icy la dure terre
qui maintenant l'embrasse trespassé.

XXXVII. Diog. Laert. IV, VII, 55-57. Πολλὰ... ἀθεώτερον προεφέρετο τοῖς ὁμιλοῦσι... καὶ ὕστερόν ποτε ἐμ-

πεσὼν εἰς νόσον..... περίαπτα λαβεῖν ἐπείσθη καὶ μεταγινώσκειν ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησεν εἰς τὸ θεῖον..... Ἀλλὰ καὶ ὣς κατέστρεψε καὶ ἡμεῖς αὐτὸν οὕτως ἠτιασάμεθα· Βίωνα κτλ. — « Hi versus in superiori editione, non in certa spatia distributi, sed solutæ orationis more scripti erant. Quum autem videremus ubique iambico dimetro anacreonticum subjungi placuit eos quo vides modo distinguere » :

[Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην,
ὃν ἔφυσεν ἡ Σκυθὶς αἶα, κτλ.] *H. Steph.*

Postea ex quibusdam Aristophanis versibus addidit Stephanus : « Nunc igitur tuum fuerit (si videbitur) hos quoque eodem modo copulare, ita scribendo :

Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην ὃν ἔφυσεν ἡ Σκυθὶς αἶα,
λέγειν ἀκούομεν θεοὺς ὡς οὐδέν εἰσιν ὄντως. κτλ.

Quod approbavit Salmasius, *Ad Solin.* p. 524 ; at Tanaq. Faber priori Stephani opinioni consentiebat, repugnante Hesychio Milesio ap. quem :

Βίωνα Βορυσθενίτην ἔφυσ' ἡ Σκυθὶς αἶα.

— Vs. 2. Cod. Reg. ὄντως, ὄντες ap. Hesych. — Vs. 7. Edit. Stephan. οἵπερ θεοῖς, edit. Lond. in-f°, οἱ τοῖς θ.; Basil. οἱ θεοῖς, male.— Vs. 10. ed. Lond. Ἤλιπον, cett. omnes et cod. Reg. ἦλιτον quod legitur et ap. Hesych. — Vs. 11. « Existimo Bionem quodam suorum scriptorum loco quæ omnia interierunt eos risisse qui crederent ista περίαπτα (Diog. Laert. ib. 54) aliquam habere vim. Sane ap. Plutarch. *De Superstit.* Bionis exstat locus unde hoc videtur posse colligi : αἱ δὲ γρᾶες καθάπερ παττάλῳ φησὶν ὁ Βίων, ὅ, τι ἂν τύχωσιν αὐτῷ περιάπτουσι φέρουσαι καὶ περιαρτῶσι. Eleganter igitur Diog. ad Bionis verba respiciens, eum ridet, et inconstantiæ acerbe accusat. » *Is. Casaub.* — Vs. 12. Salmasio placet, assentiente Menagio, κύστισι. Ante Stephan. πεπεισμένος, quod pro πεπεισμένως « ineptum » Is. Casaubono videtur.

XXXVIII. Diog. Laert. VII, II, 164 : Τοῦτον (Ἀρίστωνα) λόγος φαλακρὸν ὄντα ἐγκαυθῆναι ὑπὸ τοῦ ἡλίου καὶ ὧδε τελευτῆσαι· προσεπαίξαμεν δὲ αὐτῷ τῷδε τῷ τρόπῳ τῷ ἰάμβῳ τῷ χωλῷ. Τί δὴ γέρων κτλ.

XXXIX. Diog. Laert. IV, IX, 65-66. Ἔστι καὶ ἐς τοῦτον ἡμῶν τῷ λογαοιδικῷ μέτρῳ [καὶ Ἀρχεβουλείῳ]. Τί με Κ. κτλ. — Vs. 4. Intelligit Stephanus : *Ne tum quidem..... dissolutionem corporis ab animo admittere voluit.* — Vs. 10. Sic explicat idem : « Ex eo tempore quo sententiam de hauriendo veneno mutavit [e magnanimo, μεγαλοψύχου, minimeque φιλοζώου μικρόψυχος factus], multa mala perpessus est, quæ lucrifecisset, si in ea perstitisset, et epoto illo ad inferos concessisset. » — Antipater ille Tyrius Stoicus est.

XL. Diog. Laert. II, XVII, 144, in *Menedemo.* Vs. 3. Ἔργον Ἐρετρικόν, *facinus Eretriacum;* spectat hoc ad Eretriensem sectam, sic a Menedemo Eretriensi ipso dictam, id est vere philosophicum vere Eretriensi philosopho dignum. Hæc fere Menagius in eundem locum Diog. Laert. *Observv.* Sed alludere potius crediderim poetam parcioribus Eretriensium philosophorum prandiis, quæ cavillatus est quoque Lycophron Chalcidensis in satyrico dramate, quod deridendi causa in Menedemum philosophum scripsit :

Καὶ δημόκοινος ἐπεχόρευσε δαψιλὴς
θέρμος, πενήτων καὶ τρικλίνου συμπότης.

Athen. II, 45 (55).

XLI. Diog. Laert. VI, VIII, 100 : Φησὶ δ' Ἕρμιππος ἡμεροδανειστὴν αὐτὸν γεγονέναι, καὶ καλεῖσθαι· καὶ γὰρ ναυτικῷ τόκῳ δανείζειν καὶ ἐξενεχυριάζειν, ὥστε πάμπλειστα χρήματα ἀθροίζειν· τέλος δ' ἐπιβουλευθέντα πάντων στερηθῆναι, καὶ ὑπ' ἀθυμίας βρόχῳ τὸν βίον μεταλλάξαι καὶ ἡμεῖς ἐπαίξαμεν εἰς αὐτόν. Φοίνικα κτλ. — Versuum distinctio quam dedimus Salmasii est, qui epigrammatis sententiam sic explanat : « Menippum, cum vim pecuniarum grandem fœnore confecisset, eas amississe puto, perfossis ab expilatore parietibus loci quo inclusæ servabantur ; mœrore vero amissæ pecuniæ vitam finiisse, nec intellexisse quæ natura canis esset, hoc est Cynici philosophi, qualem profitebatur. » (*De modo Usurar.*)

XLII. Diogen. Laert. II, XI, 119, in *Stilpone :* Γηραιὸν δὲ τελευτῆσαί φησιν Ἕρμιππος, οἶνον προσενεγκάμενον ὅπως θᾶττον ἀποθάνοι. Ἔστι δὲ καὶ εἰς τοῦτον ἡμῶν· Τὸν Μεγαρέα κτλ. Eodem metro quo usus est Diogenes, sic transtulit versionis latinæ auctor in editione Didotiana :

Megaris satum Stilpona, — nosti forsitan —
hausit canities et morbus, invictum jugum :
præstantiorem et ille bigis pessimis
repperit aurigam, merum ! bibens vectu 'st bene.

Satis apparet aliter distributos versus legisse Grotium.

XLIII. Ex Jul. Capitol. *Opil. Macrin.* XI : « Totius epigrammatis [græci] argumentum continent, ut et Capitolinus innuit, illa verba : Cum illum senatus *Pium* ac *Felicem* nuncupasset, *Felicis* nomen recepit, *Pii* habere noluit. » *Casaub.* — Vs. 6. Cod. Reg. : Imperium infelix est, erit ille tibi. « Divinavimus hanc esse mentem : non posse tandem infortunium evadere principem, qui multos subditorum reddidit infortunatos : atque ut illius imperium subditis infaustum, sic futurum et ipsi quandoque. Hoc videtur sibi velle auctor epigrammatis, sed versum est ineptissime. Accipiebamus aliquando aliter et vertebamus :

Ἀλλ' ὅγ' ἐπ' εὐσεβίῃ μὲν ὀνόσσατο, νήπιος, ὄλβον·
ἐς δὲ θεοὺς ἀσεβῶν δυστυχέει θεόθεν. » Casaub.

Vs. 4. Salmas : « Sic græce conceptus hic videtur fuisse versiculus :

Καὶ φύσις ἀρνεῖται, καὶ λόγος οὐ δέχεται. »

Vss. 5-6. Sic in vett. script. testante Salmasio :

Nam pius et felix poterat dicique viderique ;
imperium infelix est, erit ille sibi.

« Macrinus his versibus respondisse fertur :

Si talem Graium te tulissent fata poetam,
qualis Latinus Gabalus ille fuit,
nil populus nosset, nil nosset Curia, magno
nullus scripsisset carmina tetra mihi.

« His versibus Macrinus longe pejoribus quam illi latini sunt, respondisse se credidit : sed non minus est risui habitus quam poeta ille qui de græco latine coactus est scribere. » *J. Capitol.*

XLIV. Ex Jul. Capitol. in *Opil. Macrin.* XIV : « ... Milites .... inita factione, illum (Macrinum) occiderunt cum puero suo Diadumeno, scilicet Antonino cognomine, de quo dictum est quod in somnis Antoninus fuisset. Unde etiam versus exstant hujus modi : Vidimus in somnis, etc. Et isti versus ex græco translati sunt in latinum. Nam Græce sunt disertissimi : videntur autem mihi ab aliquo vulgari poeta translati esse. » — Vs. 5. Satis apparet ex versione Is. Casaubon. legisse *ante* pro *inde.* « Pa-

latinus et Excerpta Spartiani legunt *inte* maritus; in Excerptis supra correctum *ante,* sed *inde* non moveo sua sede. » *Salm.* « Quasi Nonia Celsa mater Diadumeni stupro prius cognita Macrino fuerit, quam in uxorem duceretur : etiam in vita Diadumeni aliquid legitur, unde colligas suspicione adulterii hanc non caruisse. Calvum fuisse Opilium Macrinum etiam ex antiquis aliquot nummis potest colligi. » *Casaub.* — Vs. 6. En Pius etc. « Arguta conclusio : ludit enim in voce *verus.* Age, inquit, Antoninus esto, vel Pius, si lubet, vel Marcus : certe Antoninus verus nunquam, hoc est nunquam eris Antoninus vere... Existimamus poetam horum versuum stimulatum ut ista luderet, cum orationem Diadumeni legeret, quam habuit apud milites, quum illis pro nomine Antonini gratias ageret. Nam ibi sunt hæc verba : Ego elaborabo, ne desim nomini Antoninorum; scio enim me *Pii,* me *Marci,* me *Veri* suscepisse nomen, quibus satisfacere perdifficile est. » *Id.*

XLV. Ex Æl. Lampid. *Alex. Sever.* XXXVII : « Poeta temporum Alexandri hæc in eum dixit :

Pulcrum quod vides esse nostrum regem,
quem Syrum sua detulit propago,
venatus facit, et lepus comesus,
ex quo continuum capit leporem.

Hos versus quum ad eum quidam ex amicis detulisset, respondisse ille dicitur Græcis versibus in hanc sententiam : Pulcrum quod putas etc. »

XLVI. In Philostr. *Heroic.* 36 : Τὸν Ἡρακλέα φασὶν ἀνασταυρώσαντα τὸ Ἀσβόλου τοῦ Κενταύρου σῶμα ἐπιγράψαι αὐτῷ τόδε τὸ ἐπίγραμμα. — Dedere et Brunck. *Anal.* III, p. 212, n. CCXI et Jacobs. (cujus vid. *Animadvv.* t. III, part. II, p. 42) *Append.* n. 129. — Hanc inscript. laudavit Ttetzes *Chil.* V, 22. De Asbolo vid. Euseb. *Præp. Evang.* X, p. 495. — Vs. 2. καταχρεμαστὸς ἀπ' εὐλ. πεύχ. — « Herculis epigramma nescio an uno versu auctius legerit Janus Parrhasius, qui ita latine reddit *Ad Horat. Art. Poet.,* statim sub initium :

Contemtor divum atque hominum, crudelis et idem,
per terras scelere infamis, pro turpibus ausis
Asbolus, ex alta suspensus brachia pinu
Semifero nigros depascit pectore corvos. »

Fabric. *Bibl. gr.* t. I, edit. Harl. — Parrhasius legebat ἔγκειται seu ἄγκειται.

XLVII. Ex Synesii *Epist.* 127, p. 262, Brunck. *Anal.* III, p. 234, n. CCCXCIV, Jacobs. *Anthol. Lips.* t. IV, p. 201 (vid. *Animadvv.* t. III, part. II, p. 94) et *Append.* n. 132. Hoc distichon legitur et apud Suidam in Φρῦνος (Cf. id. in Λαδικέας).

XLVIII. Auson. *Epigr.* XL. In eosdem sequente epigr. lusit poeta :

Germani fratres sunt, Chrestos, Acindynos alter.
Falsum nomen utrique : sed ut verum sit utrique,
Alpha suum Chresto det Acindynos; ipse sine alpha
permaneat, verum nomen uterque geret.

XLIX. Auson. *Epigr.* XXVIII. Jam præcedente epigrammate in eumdem sic luserat Ausonius :

Inventor primus Cynices ego : quæ ratio istæc?
Alcides multo dicitur esse prior.
Alcida quondam fueram doctore secundus :
nunc ego sum Cynices primus, et ille Deus.

Alcidæ discipulus fuisse dicitur Cynicus Antisthenes forsitan quia in gymnasio Cynosarge, ubi erat et Herculis templum, disputabat; unde, ut refert Diogenes Laertius, VI, 1. Cynicam sectam appellatam esse quidam volunt. Notandum est quoque Antisthenem contendisse Herculis magni exemplo, laborem esse bonumὅτι ὁ πόνος ἀγαθὸν συνέστησε διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους. Diog. Laert. *ibid.*

L. Ad calcem cod. ms. Wittebergensis, XIV s. XV sec.; edidit Henr. Godof. Reichardus post suam *De Lycophr. obscuritate* dissert. — Vs. 3. γωλειά, Lycophr. v. 376, *lustra* ad mare; schol. αἱ πρὸς τὴν θάλασσαν καταδύσεις; γρῶνας, Lycophr. v. 20. *cavas petras;* οὖσα, τά, v. 20, *funes,* schol. σχοινία; τυκίσματα, v. 349, *structuras,* schol. ined. κατασκευάσματα, οἰκοδομήματα. — Vs. 4. ὀρθάγη, *hospite, conviva,* v. 538; χρίμνα, τά, *polentas,* v. 607; λυκοψία v. 1432, *crepusculum.*

LI. Ex eodem cod. ms. idem edidit. — Vs. 5. « Deest fortasse ἀμήν. ». *G. Reich.*

LII. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 366, unde Piccolus in *Suppl. à l'Anthol.* p. 155.—Vs. 2. Cramer. Τηλεμάχου; vs. 3. κυπέλλων, utrumque correxit Piccolus. De rosis vino immixtis v. Anacr. V, v. 1-2, quod Ronsardus vertit :

Meslons ces roses à ce vin,
à ce bon vin meslons ces roses...

LIII. Cramer. *ibid.* p. 384; corruptissimum carmen emendavit Piccolus (*Suppl. à l'Anthol.* p. 157). Vs. 1. Cramer. Ἠράσθη κίτυος, τίς ὃν οὐχ ἴδεν οὔατα πεισθείς; φεῦ καλῶς, κτλ.

LIV. Cramer. ib. p. 351-2. Lemma restitui potest Εἰς τοὺς διαβάλλοντας, ex præced. mutilo epigr. hocce, cui præscribitur :

Πέρσης ὁ Κῦρος, Μακεδὼν Ἀλέξανδρος,
Αὔσων ὁ Καῖσαρ, ἀλλὰ τῶν σοφῶν φίλοι,
σοφοὶ δὲ μᾶλλον ἔμπλεοι μαθημάτων.
Νῦν δ' ὁ. . . . .
τὴν γνῶσιν ἐγκαλοῦσιν· φεῦ πικρᾶς τύχης!

— Vs. 7. Cod. τέλειος.—Vs. 15. Cod. φθορὰν διὰ ἔρος. Correxit Cramerus.

LV. Cramer. *ib.* p. 345, Piccol. l. c. p. 153. — Vs. 2. Cramer. Μέανδρος, correxit Piccolus. —Vs. 3. Οὐαί, *væ,* interjectio dolentis, hic pro ærumnis sive ærumnarum signum est; inde Mæander, quasi Æander, doloris flumen est, ut Cocytus, fletuum amnis, a κωκύειν, *flere, ejulare.*

LVI. Cramer. l. c. p. 332; Piccol. inde in *Suppl. etc.,* p. 151. Satis apparet, ut opinor, homuncionem esse a quo jussus fuerat poeta ex tempore factum versum dicere; sin aliter, sine sale esset jocus.

LVII. Servavit Suidas s. v. βοῦς ἕβδομος : inde repetierunt multi, Brunck. *Anal.* III, p. 333, n. 229 b., Jacobs. (*Animadd.* t. III, P. I, p. 418), *Append.* n. 311 etc.

LVIII. Matranga, *Anecd. gr.* p. 560, cum hac nota : « Allatius hos iambos de misero Græciæ statu in eruditissimo opere *De Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis consens.* libr. II, p. 853, edidit. »

LIX. E Cramer. *Anecd. gr. Par.* t. IV, p. 315, Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 143.— Vss. 2 et 3. Cod. et Cramer. Σωκράτας, Ξενοκράτας, Ἀριστοτέλας vitiose dicta quæ notavit Piccolus, non emendare ausus, ut quæ fortasse auctoris ignorantia irrepserant; ει (þ) vero sæpe in mss cum α confunditur. — Vs. 6. pro οἱ conjecit idem οὐ sententiæ melius conveniens, quod accepimus.

LX. Cramer. *Anecd. gr. Par.* t. IV, p. 326 cum hac nota : « In margine τὸ δόγμα τοῦτο τῶν Ἑλλήνων φιλοσόφων. »

LXI. E Crameri *Anecd. Paris.*. p. 305, Piccolus, *Suppl. à l'Anthol.* p. 138 sq.

LXII. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 285; Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 133. — Vs. 2. Piccol. fort. pro καὶ λόγον, τὸν λόγ. Ex contrario dictum atque quod apud Euripidem est (*Orest.* 485) : βεβαρβάρωσαι, χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις. *Piccol.*

LXIII. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 475. Cramer. *Anecd. gr. Par.* t. IV, p. 331, unde Piccolus *Suppl.* etc. p. 150 sq. Apud Cramer. lemma est Εἰς τὸν βίον. — Vs. 3. Conjic. Boisson. ἔγνων. — Vs. 4. ἐν ταῖς γωνίαις, quasi ἐν τοῖς μυχοῖς, *in latebris*, s. quasi ἐν στενοῖς, *in angustiis.* Cf. Senec. *ep.* 95 : « Cessat omne studium; et liberalia professi, sine ulla frequentia, desertis angulis præsident. »

LXIV. Bandin. *Catal. etc.* t. II, 667. In codic. X sec. Eusebii Pamphili *Hist. Ecclesiast.* continente. « Subjiciuntur libro X senarii versus manu seculi XV contra scholiorum in Eusebium scriptorem tanquam ipsi injuriosum. Titulus ita habet : Πρὸς τὸν κτλ. » *Bandin.* — α' Vs. 3. Alludit fabulæ Æsopicæ (Babr. 82) cui titulus Leo et Mus. — β' Vss. 7-9. insulsæ de duplici verborum ἀναιρετικοῖς, ἀναιρεῖν, αἱρετικῶν sensu facetiæ.

LXV. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 474, ex codic. 1630, p. 134, 2. Cramer. *Anecd. gr. Paris.* (ex cod. 352) p. 281 sq. — Vs. 7. τραγελάφους, tragelaphos s. hircocervos Aristoteles adhibet exemplo, *De Interpr.* 1, 5, s. fin. et alib. — Vs. 17. σαφῶν « esse ab σαφέω puto. » *Boiss.*

LXVI. Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 200 sq. e cod. Flor. 2741, p. 79 b. — Vs. 1. Scripsit εὐθρύπτεται, ut moris est, ait, scriptoribus deterioris ævi. — Vs. 2. Cod. πηγήν; correxit Piccol. — Vss. 3-6. « Imitari videtur poeta nonnulla, quibus Κακίαν descripsit Xenophon, *Memor.* II, I, 21 : κατασκοπεῖσθαι δὲ θαμὰ ἑαυτήν, ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται, πολλάκις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς σκιὰν ἀποβλέπειν. » *Piccol.* De verbo ἀκκίζεσθαι etymologia v. Platon. schol. in *Gorg.* p. 497, A. — Vs. 7. Cod. οὐ ὤιεται.

LXVII. Bandin. *Catal. etc.* t. III, p. 643. in cod. XIV sec. Fl. Josephi *Antiquitt. Judaic.* habente, cum hac editoris nota de titulo : « Ita videtur legi posse titulus hic, e vestigiis quibusdam litterarum evanescentium erutus. » Sed multa omni sensu carent, quæ ita exhibuit Bandinius : Εἴς τινα φοβοῦντα ῥοῦχον θάλασσαν καὶ παλαισθὲν ἀντίστρεψεν αὐτὸ, quæque, ut potuimus, emendavimus. — Vs. 3. Scripserat Bandin. ἐστράφεις; vs. 4. ἀποξήσω, quæ tamen typographi menda esse possunt.

LXVIII. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 474 sq.— Edidit et Cramer. ex cod. Paris. 352, *Anecd. gr. Paris.* t. IV, p. 283, nulla lectionis varietate, præter quam quod interrogandi signum post σῶμα, τυγχάνει et οὐδέ τι posuit. — Vs. 2. τὰς δύο, scil. οὐσίας.

LXIX. Cramer. *ibid.* p. 298. — Vs. 2. Quis sit hic Michael tam perditus ut unum duodecim apostoli servare nequeant, haud comperi.

LXX. Cramer. *ibid.* p. 302. Hominum genus alloquens inducitur Christus. Cavillatur in duplici sensu verbi πάθη poeta. Epigrammation hocce et seqq. LXXI-LXXVII videntur esse facta quæ tabulis quibusdam pictis varias Passionis J.-C. scenas repræsentantibus adscriberentur.

LXXI. Cramer. *ibid.* p. 302. Christus Evam alloquitur. — Vs. 4. καὶ τὰ ῥεῖθρα κτλ. « et rivos effundit quibus vulnera i. e. scelera tua laventur et purgentur. Sic Prudentius *Cathemer.* IX, 85 sqq. :

O novum cæde stupenda vulneris miraculum!
Hinc cruoris fluxit unda, lympha parte ex altera :
lympha nempe dat lavacrum, tum corona ex sanguine est

LXXII. Cramer. *ibid.* p. 302. Hominem alloquitur Christus. Præ subtilitate nimia, haud satis patet sensus, qui, ni fallor, hic est : Pro lumine quod Christo utpote deo vestis est, chlamydem accepit quam ei illudentes imposuerunt Judæi; quaque accepta, exuit hominem ea qua indutus erat, turpitudine.

LXXIII. Cramer. *ibid.* p. 303. Loquitur Christus. Cf. supr. III, n. 347. — Vs. 3. Conjicit πάτερ Cramerus, ut in epigr. supra citata; περῶν tamen servari potest : « Ignosce et transi. » Hæc dicit Christus seu Patri suo, seu cuilibet Judæorum scelus indignanti.

LXXIV. Cramer. *ibid.* p. 303. Loquitur Christus. Lemma ex sensu addidi. — Cf. supr. epigr. de re eadem, n. LXXIII.

LXXV. Cramer. *ibid.* p. 303. Loquitur Christus, homini ingrato exprobrans quæ illi dedit beneficia. Lemma addidi.

LXXVI. Cramer. *ibid.* p. 303. Inducitur ad homines loquens Christus.

LXXVII. Cramer. *ibid.* p. 303. Christum Judæos alloquentem inducit poeta.

LXXVIII. Bandin. *Catal.* t. II, p. 643. In codic. XIV sec. Flav. Josephi *Antiquitt. Judaic.* habente.

LXXIX. Piccol. *ibid.* p. 199 ex cod Flor. 17, plut. 59, p. 2 b. Τοῦ Φιλῆ in marg.— Vs. 2. fort. σκοπήσας. — Vs. 4. Cod. μισαχθήσῃ.

LXXX. Boissonad. *Anecd. gr.* t. III, p. 464. — Vs. 7. « Inserui εἰ. Sensus flagitat ὥσπερ ἂν εἰ σὺ πένθος ἔχοις, vel simile quid. » *Boiss.* Τέκνον tamen intelligi potest; i. e. quasi tu, non ille, natum v. c. in terram defodisses. — Vs. 14. Cod. καὶ οὐ. — De his versibus Boissonadius in ejusdem vol. Præloquio, p. VII sq. : ... Planudæ versus..... elegiacos nonnullos (conjeci) quorum... facilitatem sum miratus, etc. »

LXXXI. Boissonad. *Anecd. gr.* t. III, p. 462 sq : « *Poematiolum istud et sequens* jam edidit Cangius ad Zonar. p. 44, sed valde corrupta, ut operæ pretium fuerit, cum tam brevia sint, ea hîc repetere. »

LXXXII. Boissonad. *Anecd. gr.* t. III, p. 463.

CAPUT VI

ΧΡΗΣΜΟΙ

1. ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΠΥΘΙΟΥ.

Κάδμῳ.

Φράζεο δή μοι μῦθον, Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε.
Ἠοῦς ἐγρόμενος προλιπὼν ἴθι Πυθῶ δῖαν,
ἠθάδ' ἔχων ἐσθῆτα καὶ αἰγανέην μετὰ χερσί·
τὴν διά τε Φλεγύων καὶ Φωκίδος ἔς τ' ἂν ἵκηαι
βουκόλον ἠδὲ βόας κηριτρεφέος Πελάγοντος·
ἐνθάδε προσπελάσας ξυλλάμβανε βοῦν ἐρίμυκον,
ἥ κεν δὴ νώτοισι μετ' ἀμφοτέροισιν ἔχησι
λευκὸν σῆμ' ἑκάτερθε περίπλοκον, ἠΰτε μήνης.
Τήνδε σὺ ἡγεμόνα σχεῖν ἀτρέπτοιο κελεύθου.
Σῆμα δέ τοι ἐρέω μαλ' ἀριφραδὲς, οὐδέ σε λήσει.
Ἔνθα κέ τοι πρώτιστα βοὸς κέρας ἀγραύλοιο
ἥξῃ τε, κλίνῃ τε πέδῳ γόνυ ποιήεντι,
καὶ τότε τὴν μὲν ἔπειτα μελαμφύλλῳ χθονὶ ῥέζειν
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς· γαίῃ δ' ὅταν ἱερὰ ῥέξῃς,
ὄχθῳ ἐπ ἀκροτάτῳ κτίζειν πόλιν εὐρυάγυιαν,
δεινὸν Ἐνυαλίου πέμψας φύλακ' Ἄϊδος εἴσω.
Καὶ σύ γ' ἐπ' ἀνθρώπους ὄνομα κλυτὸς ἔσσεαι αὖθις,
ἀθανάτων λεχέων ἀντήσας, ὄλβιε Κάδμε.

2. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Περὶ Ἡρακλέους μετωνυμίας.

Ἡρακλῆν δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει·
ἦρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων, κλέος ἄφθιτον ἕξεις.

3. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἡρακλεῖ.

Πατρὶ μέλει Πίσης, Πυθὼ δ' ἐμοὶ ἐγγυάλιξεν.

ORACULA

1. APOLLINIS PYTHII.

Cadmo.

Observa sane mihi sermonem, Agenoris fili, Cadme.
Aurora excitatus, relicta abi Pytho divina,
assuetam habens vestem et jaculum in manibus,
perque terram Phlegyarum et Phocidis donec [adieris
bubulcum atque boves lethifero-fato-nutriti Pela- [gontis;
ibique appropinquans comprehende bovem valde- [mugientem,
quæ dorso sane in duplice habeat
albam figuram utrinque circumflexam, tanquam [lunæ.
Hancce tu ducem habeas non vertendæ viæ.
Signum autem tibi dicam valde manifestum, neque [te latebit.
Ubi tibi primum bovis cornu in-agro-stabulantis
veneritque, flexeritque genu in solo herboso,
et tunc eam quidem deinde nigra-habenti-folia [terræ sacrificare *memento*
pure et caste; telluri autem quando sacra feceris,
colle in summo condere urbem latas-vias-habentem,
terribili Martis misso custode in Orcum.
Et tu sane inter homines nomine inclitus eris in [posterum,
immortales lectos consecutus, beate Cadme.

2. EJUSDEM.

De Herculis mutato nomine.

Herculem sane te Phœbus cognomine nominat :
grata enim hominibus ferens, gloriam immortalem [habebis.

3. EJUSDEM.

Herculi.

Patri curæ est Pisa, Pytho autem mihi tradidit in [manibus.

---

2. EJUSDEM.

De Herculis mutato nomine.

Heraclem te alio Phœbus jam nomine dicit : [nebis.
Ἦρα (*i. e.* grata) ferens etenim decus immortale te-

JUST. VULT.

3. EJUSDEM.

Herculi.

Pisa patri curæ, mihi Pytho donat habendam.

ROM. AMAS. EMEND.

4. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ξενοκλείας προμάντεως.

Ἄλλος ἄρ' Ἡρακλέης Τιρύνθιος, οὐχὶ Κανωβεύς.

5. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Θησεῖ.

Αἰγείδη Θησεῦ, Πιτθηΐδος ἔκγονε κούρης,
πολλαῖς τοι πολίεσσι πατὴρ ἐμὸς ἐγκατέθηκε
τέρματα καὶ κλωστῆρας ἐν ὑμετέρῳ πτολιέθρῳ.
Ἀλλὰ σὺ μήτι λίην πεπονημένος ἔνδοθι θυμόν
βουλεύειν· ἀσκὸς γὰρ ἐν οἴδματι ποντοπορεύσῃ.

6. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀθηναίοις.

Λοιμοῦ καὶ λιμοῦ τέλος ἔσσεται, ἤνπερ ἑαυτῶν
σῶματ' ἀπὸ κλήρου ἄρρεν καὶ θῆλυ νέμητε
Μίνωϊ, εἰς ἅλα δῖαν ἀποστέλλοντες, ἀμοιβὴν
τῶν ἀδίκων ἔργων· οὕτω θεὸς ἵλαος ἔσται.

7. Φημονόης προμάντεως τοῦ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος.
Δελφοῖς.

Ἀγχοῦ δὴ βαρὺν ἰὸν ἐπ' ἀνέρι Φοῖβος ἐφήσει
σίντῃ Παρνησσοῖο· φόνου δὲ Κρήσιοι ἄνδρες
χεῖρας ἁγιστεύσουσι· τὸ δὲ κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

8. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δαρδάνῳ.

Εἰς πόλιν ἣν κτίσητε, θεοῖς σέβας ἄφθιτον αἰεὶ
θεῖναι, καὶ φυλακαῖς τε σέβειν θυσίαις τε χοροῖς τε.
Εὖτ' ἂν γὰρ τάδε σεμνὰ καθ' ὑμετέραν χώραν ᾗ
δῶρα Διὸς κούρης, ἀλόχου σέθεν, ἥδε πόλις σοι
ἔσται ἀπόρθητος τὸν ἀεὶ χρόνον ἤματα πάντα.

9. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πέλοπι.

Ὃ βούλομαι δός· μὴ δίδου δ' ὃ μὴ θέλω.

4. EJUSDEM.

Xenoclea dei interprete.

Alius nempe Hercules Tirynthius, non Canobeus.

5. EJUSDEM.

Theseo.

Ægida Theseu, Pittheide nate puella,
multis urbibus pater meus constituit
fines et stamina in vestro oppido.
At tu prudentia valde exercitatus intra animum
consulta : uter enim in fluctibus per-mare-jacta-[beris.

6. EJUSDEM.

Atheniensibus.

Pestis et famis finis erit, siquidem *vestra* ipsorum
corpora per sortem, masculum et femineum, detis
Minoi, in mare divinum mittentes, pœnam
injustorum operum; sic deus propitius erit.

7. Phemonoe Apollinis Delphici interprete.
Delphis.

Prope quidem grave telum in virum Phœbus im-[mittet
vastatorem Parnassi : a cæde autem Cretes viri
manus piabunt; gloriaque nunquam peribit.

8. EJUSDEM.

Dardano.

In urbe quam condideris, diis cultum incorruptum [semper
statues, et custodiis coles sacrisque chorisque.
Nam dum hæc veneranda in vestra regione fuerint
dona Jovis puellæ, conjugis tuæ, ista urbs tibi
erit inexpugnabilis in perpetuum, omnes dies.

9. EJUSDEM.

Pelopi.

Quod volo, da; ne des autem quod nolo.

---

4. EJUSDEM.

Xenoclea Dei interprete.

Hic Tirynthius Alcides, non ille Canobeus.

ROM. AMAS.

5. EJUSDEM.

Theseo.

Ægida Theseu, Pittheidos edite partu
ipse pater multis fines meus urbibus olim
constituit, vestraque dedit ditione teneri;
tuque, invicte malis, animo ne cede labori,
uter ut insanis pelagi jactaberis in undis.

LAP. FLORENT

6. EJUSDEM.

Atheniensibus.

Tum vos dira fames, atque inclementia pestis
deseret, ac tristes melior Deus exuet iras,
quum vestro e numero, scelerisque piacula vestri,
quæ sors cunque petet, seu mas seu femina cedat,
corpora pontus aget magni Minois ad urbem.

FR. VIGER.

7. *Phemonoe Apollinis Delphici interprete.*

Delphis.

Phœbi missa manu sternet letalis arundo
Parnassi vastatorem. Tum cæde piabunt
hunc Cretes, facti nec fama abolebitur unquam.

ROM. AMAS.

10. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰς τὸν Σικυώνιον Ἱππόλυτον.

Καὶ δ' αὖθ' Ἱππολύτοιο φίλον κάρα εἰς ἅλα βαίνει.

11. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀδράστῳ.

Κουράων δὲ γάμους ζεῦξον κάπρῳ ἠδὲ λέοντι,
οὕς κεν ἴδῃς προθύροισι τεοῦ δόμου ἐξ ἱεροῖο
ἀμοῦ στείχοντας, μηδὲ φρεσὶ σῇσι πλανηθῇς.

12. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀλκμαίωνι.

Τιμῆεν μ' αἰτεῖς δῶρον, μανίαν ἀποπαῦσαι·
καὶ σὺ φέρειν τιμῆεν ἐμοὶ γέρας, ᾧ ποτε μήτηρ
Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις.

13. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀλκμαίωνι.

Νόστον δίζῃαι, πατρίην ἐς γαῖαν ἱκέσθαι,
Ἀμφιαρηιάδη.

14. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐργίνῳ.

Ἐργῖνε, Κλυμένοιο πάι Πρεσβωνιάδαο,
ὄψ' ἦλθες γενεὴν διζήμενος, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν
ἱστοβοῆι γέροντι νέην ποτίβαλλε κορώνην.

15. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀγκαίῳ.

Ἀγκαῖε, εἰναλίαν νῆσον Σάμον ἀντὶ Σάμης σέ
οἰκίζειν κέλομαι· Φυλλὰς δ' ὀνομάζεται αὕτη.

16. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μενελάῳ.

Πάγχρυσον φέρε κόσμον ἑλὼν ἀπὸ σῆς ἀλόχοιο
δειρῆς, ὅν ποτε Κύπρις ἔδωχ' Ἑλένῃ μέγα χάρμα·
ὥς σοι Ἀλέξανδρος τίσιν ἐχθίστην ἀποδώσει.

10. EJUSDEM.

In Sicyonium Hippolytum.

Et rursus quidem Hippolyti carum caput per mare [vadit.

11. EJUSDEM.

Adrasto.

Filiarum nuptias junge apro et leoni,
quos videbis ad vestibula domus tuæ e fano
nostro venientes, neque animo tuo fallaris.

12. EJUSDEM.

Alcmæoni.

Pretiosum a me petis donum, a furore *te* cessare;
et tu ferre *memento* pretiosum mihi munus, prop-[ter quod olim mater *tua*
Amphiaraum contexit sub terra ipsis cum equis.

13. EJUSDEM.

Alcmæoni.

Reditum quæris, patriam in terram ut eas,
Amphiaraïade.

14. EJUSDEM.

Ergino.

Ergine, Clymeni fili Presboniadæ,
sero venisti sobolem quærens, sed et nunc
temoni vetulo novum adjice apicem.

15. EJUSDEM.

Ancæo.

Ancæe, marinam insulam Samum loco Sames te
habitabilem-efficere jubeo : ipsa vero Phyllas no-[minatur.

16. EJUSDEM.

Menelao.

Aureum fer ornatum demptum ex tuæ conjugis
collo, quem olim Cypris dedit Helenæ, magnum [oblectamentum;
sic tibi Alexander pœnas inimicissimas dabit.

---

10. EJUSDEM.

In Sicyonium Hippolytum.

Jamque iterum Hippolyti carum caput æquora sulcat.

B. D.

12. EJUSDEM.

Alcmæoni.

Grandia dona petis, cesset furor iste; sed et tu
grandia dona feras pariter, mater quibus olim
sub terras et equos immersit et Amphiaraum.

NAT. COM. EMEND.

13. EJUSDEM.

Alcmæoni.

Tu reditum in patriam votis flagrantibus urges
versus ad *Arcadiam.* FR. VIGER.

14. EJUSDEM.

Ergino.

Ergine, o Clymeni proles Presbonidæ, ad aram
exquirens sobolem, venisti sero : sed et nunc
temoni vetulo validum prætendito rostrum.

ROM. AMAS.

17. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀριστομάχῳ.

Νίκην σοι φαίνουσι θεοὶ δι' ὁδοῖο στενύγρων.

18. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τημένῳ.

Ἄγγελον ἡμέτερον κτείνας ἀνεμάξαο ποινήν·
εὔχευ Καρνείῳ τελέειν σέβας Ἀπόλλωνι.

19. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀπολλοφάνει Ἀρκάδι.

Ὦ μέγα χάρμα βροτοῖς βλαστὼν, Ἀσκληπιὲ, πᾶσιν,
ὃν Φλεγυηὶς ἔτικτεν ἐμῇ φιλότητι μιγεῖσα
ἱμερόεσσα Κορωνὶς ἐνὶ κραναῇ Ἐπιδαύρῳ.

20. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πελοποννησίοις.

Ὦ γῆς ἀκρόπολιν πάσης Πηλοπηΐδα κλεινὴν
ναίοντες, πρέσβεις τε βροτῶν πάντων καὶ ἄριστοι,
φράζεσθ' ἐξ ἐμέθεν χρησμὸν θεοῦ, ὅττι κεν εἴπω.
Ζεὺς ὑμῖν τελετῆς μῆνιν ἔχει ἣν διέχρησεν,
οὕνεκ' ἀτιμάζοντες Ὀλύμπια πασινάνακτος
Ζηνὸς, — τοῦ πρῶτος μὲν ἱδρύσατο καὶ θέτο τιμὴν
Πεῖσος, καὶ μετὰ τόνδε Πέλοψ, ὅτε δῆμον ἔναιεν
Ἑλλάδα, θῆκε δ' ἔπειτ' ἔροτιν καὶ ἔπαθλα θανόντι
Οἰνομάῳ, τρίτατος δ' ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ἡρακλέης ἐτέλεσσ' ἔροτιν καὶ ἀγῶν' ἐπὶ μήτρῳ
Τανταλίδῃ Πέλοπι φθιμένῳ — τὸν δήποθεν ὑμεῖς
λείπετε καὶ τελετήν. Ἧς χωσάμενος κατὰ θυμὸν

17. EJUSDEM.

Aristomacho.

Victoriam tibi monstrant dii per viæ angustias.

18. EJUSDEM.

Temeno.

Nuntio nostro occiso, luisti pœnam :
vove Carnio te instituturum sacra Apollini.

19. EJUSDEM.

Apollophani Arcadi.

O [tu] magnum gaudium mortalibus cretus, Æs- [culapi, cunctis,
quem Phlegyeis peperit meo amori juncta
amabilis Coronis in aspera Epidauro.

20. EJUSDEM.

Peloponnesiis.

O qui terræ totius arcem Pelopeiam famosam
incolitis, venerandi mortaliumque omnium optimi,
percipite ex me oraculum dei, quodcunque dicam.
Jupiter in-vos iram habet ob sacra quæ perdocue- [rat,
quia negligentes Olympia omnipotentis
Jovis, — cujus primus quidem constituit et posuit [honores
Pisus, et post huncce Pelops, cum in populo ha- [bitabat
græco, instituit autem deinceps festum et certa- mina mortuo
OEnomao, tertiusque post illos filius Amphitryonis
Hercules celebravit festum et certamen pro avunculo
Tantalida Pelope mortuo — quem quolibet-modo
linquitis et *ejus* sacra. Ob quæ irato corde [vos

---

17. EJUSDEM.

Aristomacho.

Angustum per iter palmam tibi numina monstrant.

FR. VIGER.

18. EJUSDEM.

Temeno.

Legati has nostri solvis pro sanguine pœnas;
Carnio supplex Phœbo sacra concipe vota.

FR. VIG.

19. EJUSDEM.

Apollophani Arcadi.

Asclepi, auxilium cunctis mortalibus almum,
filia quem Phlegyæ peperit mihi juncta cubili
in campis, Epidaure, tuis, formosa Coronis.

ROM. AMAS.

20. EJUSDEM.

Peloponnesiis.

O qui telluris famosam totius arcem
mortales inter natuque et laude supremi
incolitis, quæ fata dei cano discite jussu.
Neglecta altitonans irascitur ob sacra vobis
Juppiter, immenso qui maximus imperat orbi.
Cujus Olympia vos cultu spoliastis avito :
quæ princeps Jovis ut Pisus celebraret honorem
instituit : post huncque Pelops, quo Græcia rege
floruit, unanimesque habuerunt mœnia cives,
Œnomao instituit certamina lumine casso.
Tertius hæc Pelopi satus Amphitruone dicavit
Tantalidæ, grati servans pia jura nepotis.
Hæc sacra et ludos abolere hos Juppiter ausis

ὦρσε κακὸν λιμὸν παρὰ τοῖς καὶ λοιμόν, ὅν ἐστι

παῦσαι ἀνορθώσαντας ἑορτὴν τῷ πάλιν αὖθις.

21. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἰφίτῳ.

Ὦ Πελοποννήσου ναέται περιβώμι' ἰόντες
θύετε, καὶ πείθεσθε τὰ καὶ μάντεις ἐνέπωσιν,
Ἠλεῖοι πρόπολοι, πατέρων νόμον ἰθύνοντες.

22. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἠλείοις.

Τὴν αὐτῶν ῥύεσθε πάτραν, πολέμου δ' ἀπέχεσθε·
κοινοδίκου φιλίης ἡγούμενοι Ἑλλήνεσσι,
ἔστ' ἂν πενταέτης ἔλθῃ φιλόφρων ἐνιαυτός.

23. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἰφίτῳ.

Ἴφιτε, μήλειον καρπὸν μὴ θῇς ἐπὶ νίκῃ,
ἀλλὰ τὸν ἄγριον ἀμφιτίθει καρπώδη ἐλαιῶν,

ὃς νῦν ἀμφέχεται λεπτοῖσιν ὑφάσμασ' ἀράχνης.

24. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λυκούργῳ.

Ἥκεις εὐνομίην διζήμενος· αὐτὰρ ἐγώ τοι
δώσω τὴν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίη πόλις ἕξει.
Ἔστ' ἂν μαντείαισιν ὑποσχέσιάς τε καὶ ὅρκους,
καὶ δίκας ἀλλήλοισι καὶ ἀλλοδαποῖσι διδῶτε,
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς πρεσβηγενέας τιμῶντες,
Τυνδαρίδας δ' ἐποπιζόμενοι, Μενέλαν τε καὶ ἄλλους
ἀθανάτους ἥρωας, οἳ ἐν Λακεδαίμονι δίῃ·
οὕτω τοί χ' ὑμῶν περιφείδοιτ' εὐρύοπα Ζεύς.
Εἰσὶν ὁδοὶ δύο πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχουσαι

suscitavit malam famem inter eos et pestilentiam,
[cui licet
finem imponere instaurantibus *vobis* festum rursus.

21. EJUSDEM.

Iphito.

O Peloponnesi incolæ qui deorum simulacra adi-
ferte sacra, et credite quæ et vates dicant, [tis,
Elei ministri, patrum legem regentes.

22. EJUSDEM.

Eleis.

Patriam vestram liberate, et a bellis abstinete :
communis fœderis duces-facti Græcis,
donec quintus veniat benivolus annus.

23. EJUSDEM.

Iphito.

Iphite, mali fructum ne ponas pro victoria,
verum silvestrem *victori* impone ramum-fructife-
[rum olivarum,
qui nunc circumdatur tenuibus filis araneæ.

24. EJUSDEM.

Lycurgo.

Venis leges-bonas quærens : ergo ego tibi
dabo, quas non alia in-terris civitas habebit.
Quousque vaticiniis promissionesque et juramenta,
et jura alii-aliis et alienigenis dederitis,
pure et caste natu-majores honorantes,
Tyndaridas venerantes, Menelaumque et alios
immortales heroas, qui in Lacedæmone divina *sunt* :
sic demum vobis pepercerit late-prospiciens Jupiter.
Sunt viæ duæ plurimum a se mutuo distantes :

---

iratus pestem immisit diramque famemque ;
verum instauratis cessabunt hæc mala sacris.

XYLANDER.

21. EJUSDEM.

O Peloponnesi cives, altaria circum
ite, sacris factisque animis advertite dicta
vatum, qui leges et jura paterna sequuntur,
vatum Eleorum monitis parete volentes. XYLAND.

22. EJUSDEM.

Eleis.

Exsortes belli patriam defendite vestram,
et pacis Græcos communia jura docete
auctores, anni veniant dum gaudia quinti.

XYLAND.

23. EJUSDEM.

Iphito.

Iphite, victorem malo donare caveto.
Verum silvestris fructu redimitor olivæ
quem circum teneris inclusit aranea filis. XYLAND.

24. EJUSDEM.

Lycurgo.

Æqua tuis nos jura rogas; damus illa libenter...
Dum vos (quod responsa jubent,) promissa fidemque
nomine firmatam Superûm, et communia juris
civibus externisque simul defendere vincla
cura premet, castisque gravem celebrare senectam
obsequiis; dum Tyndaridæ, Menelaus et omnis
heroum sacra turba suo gaudebit honore :
providus illæsam servabit Juppiter urbem.
— Semita se longo duplex discrimine findit,

ἡ μὲν ἐλευθερίας εἰς τίμιον οἶκον ἄγουσα,
ἡ δ' ἐπὶ δουλείας φευκτὸν δόμον ἡμερίοισι·

καὶ τὴν μὲν διά τ' ἀνδροσύνης ἱερῆς θ' ὁμονοίας
ἔστι περᾶν, ἣν δὴ λαοῖς ἡγεῖσθε κέλευθον·
τὴν δὲ διὰ στυγερῆς ἔριδος καὶ ἀνάλκιδος ἄτης
εἰσαφικάνουσιν· τὴν δὴ πεφύλαξο μάλιστα.

25. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λακεδαιμονίων βασιλεῦσι Χαριλάῳ καὶ Ἀρχελάῳ.

Εἴ κεν ἐπικτήτου μοίρης λάχος Ἀπόλλωνι
ἥμισυ δάσωνται, πολὺ λώϊον ἔσσεται αὐτοῖς.

26. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀλκαμένει καὶ Θεοπόμπῳ τοῖς Λακεδαιμονίων βασιλεῦσι.

Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν.

27. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κούρην ἄχραντον νερτέροισι δαίμοσι
κλήρῳ λαχοῦσαν Αἰπυτιδῶν ἀφ' αἵματος,
θυηπολεῖτε νυκτέροισιν ἐν σφαγαῖς.
Χρὴ δ', ἂν φύγῃ γε, καὶ παρ' ἀλλοίου τότε
θυεῖν, διδόντας ἐς σφαγὴν ἑκουσίως.

28. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μεσσηνίοις.

Παρθένον Αἰπυτίδα κλῆρος καλεῖ, ἥντινα δοίης
δαίμοσι νερτερίοις, καί κεν σώσειας Ἰθώμην.

29. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μεσσηνίοις.

Εὖτε τράγος πίνῃσι Νέδης ἑλικόρροον ὕδωρ,
οὐκέτι Μεσσήνην ῥύομαι· σχεδόθεν γὰρ ὄλεθρος.

Hæc quidem libertatis ad pretiosam domum ducens,
illa vero ad servitutis domum fugiendam unum-[diem-durantibus (*i. e.* hominibus) :
et illam quidem cum fortitudine sacraque concordia
licet ingredi, quam populis præite semitam;
hanc vero per odiosam rixam et ignavam ærumnam
ineunt : hanc tu maximopere caveto.

25. EJUSDEM.

Lacedæmoniorum regibus Charilao et Archelao.

Si acquisitæ sortis partem Apollini
dimidiam tribuerint, multo melius erit ipsis.

26. EJUSDEM.

Alcameni et Theopompo Lacedæmoniorum regibus.

Avaritia Spartam evertet, aliud vero nihil.

27. EJUSDEM.

Puellam intemeratam inferis diis
sorte ductam, Æpytidum sanguine oriundam,
mactate nocturnis cædibus.
Oportet autem, si fugerit, vel ex alio *sanguine* [tum
mactare aliam dantes ad cædem libenter.

28. EJUSDEM.

Messeniis.

Virginem Æpytida sors vocat, quam dederis
Diis inferis, atque [inde] servabis Ithomen.

29. EJUSDEM.

Messeniis.

Ubi hircus bibet Nedæ per gyros-fluentem aquam,
non amplius Messenen servabo : prope enim *erit* [exitium.

---

altera honoratas fert Libertatis ad ædes,
altera Servitii tectum illætabile pandit;
illam vis animi, et sacro concordia gressu
trajiciet, quam tu populis monstrare memento :
hanc lis dira aperit, tristique ignavia vultu.

FR. VIGER.

25. EJUSDEM.

Lacedæmoniorum regibus, etc.

Si partem in quæstus ab utroque vocetur Apollo
dimidiam, longe sors lætior inde sequetur.

FR. VIGER.

27. EJUSDEM.

Nescia viri puella geniis inferis
Æpytidum ab alto sorte ducta sanguine
det colla nocturnis secanda cædibus.
Si spes fefellit, vos ab alio sumite
libenter offerente virginem neci.

ROM. AMAS. EMEND.

28. EJUSDEM.

Messeniis.

Manibus Æpytidem poscunt nigra fata puellam,
quam tu si dederis, caram servabis Ithomen.

FR. VIGER.

29. EJUSDEM.

Messeniis.

Ipse, Nedes dum hircus bibat alta fluenta, nec ultra
Messenen servo. Prope enim instant tristia fata.

ROM. AMAS.

30. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀριστοδήμῳ βασιλεῖ.

Τοῖς τρίποδας περὶ βωμὸν Ἰθωμάτᾳ Διὶ πρώτοις
στήσασιν δεκάδων ἀριθμὸν δὶς πέντε, δίδωσι
σὺν κύδει πολέμου γαῖαν Μεσσηνίδα δαίμων.
Ζεὺς γὰρ ἔνευσ' οὕτως. Ἀπάτη δέ σε πρόσθε τίθησιν,
ἡ τ' ὀπίσω τίσις ἐστὶ, καὶ οὐ θεὸν ἐξαπατῴης.
Ἔρδ', ὅππη τὸ χρέων· ἄτη δ' ἄλλοισι πρὸ ἄλλων.

31. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀριστοδήμῳ.

Κῦδός σοι πολέμοιο διδοῖ θεός· ἀλλ' ἀπάταισι
φράζου μὴ Σπάρτης δόλιος λόχος ἐχθρὸς ἀνέλθῃ
κρείσσων· εἰ γὰρ Ἄρης κείνων εὐήρεα τεύχη,

καί τε χορῶν στεφάνωμα πικροὺς οἰκήτορας ἕξει,
τῶν δύο συντυχίαις κρυπτὸν λόχον ἐξαναδύντων.

Οὐ πρόσθεν δὲ τέλος τόδ' ἐπόψεται ἱερὸν ἦμαρ,
πρὶν τὰ παραλλάξαντα φύσιν τὸ χρεὼν ἀφίκηται.

32. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τελεσίκλει.

Ἄγγειλον Παρίοις, Τελεσίκλεες, ὥς σε κελεύω
νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

33. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λακεδαιμονίοις.

Οὔ σε μάχης μόνον ἔργ' ἐφέπειν χερὶ Φοῖβος ἄνω- [γεν,
ἀλλ' ἀπάτῃ μὲν ἔχει λείαν Μεσσηνίδα λαός,

ταῖς δ' αὐταῖς τέχναισιν ἁλώσεται αἷσπερ ὑπῆρξεν.

30. EJUSDEM.

Aristodemo regi.

Illis qui tripodas circum aram Ithomæi Jovis primi
posuerint, denos bis quinque numero, dat
cum laude belli terram Messeniam deus.
Jupiter enim ita annuit. Fraus autem te promovet,
et postea ultio est, et deum non fallere possis.
Fac, qua necesse est : damnumque aliis *est* ante [alios.

31. EJUSDEM.

Aristodemo.

Laudem tibi belli dat deus : sed fraudibus
cave ne Spartæ dolosum agmen inimicum redeat
validius : etenim si Mars illorum bene-compacta [arma
et jam chororum corona acerbos incolas habebit,
cum duo uno-fortunæ-casu ex occultis insidiis eru- [perint.
Sed non prius hunc finem videbit sacra dies,
quam quæ commutant naturam ad id-quod-oportet [veniant.

32. EJUSDEM.

Telesicli.

Nuncia Pariis, Telesicles, me tibi jubere
ut insula in Aeria condas conspicuam urbem.

33. EJUSDEM.

Lacedæmoniis.

Non te pugnæ tantum opus obire manu Phœbus [jubet,
sed fraude quidem habet prædam Messeniam po- [pulus,
iisdem et artibus capietur, quibus prior-usus-est.

---

30. EJUSDEM.

Aristodemo regi.

Primus Ithomæi tripodas circum Jovis aram
qui statuet decies denos, cum laude tenebit
Messenen; id enim Jovis immutabile numen
decrevit. Sed te fraus promovet arte dolosa,
et post ultio erit : nec fallere numina possis.
Fac ut fata volunt : nunc hos, nunc sors premit illos.

RCM. AMAS. EMEND.

31. EJUSDEM.

Aristodemo.

Ecce manet fato longi te gloria belli :
at Spartana phalanx ne vincat fraude, caveto.
Nam bene compacta illorum si vasa habeat Mars,
sævum habitatorem feret alta corona chororum,
quum gemini e latebris erumpent forte sub auras.
Nec prius eventum rerum lux alma videbit,
quam, quæ sunt contra naturam, hæc ordine cedant.

R. AMAS.

32. EJUSDEM.

Telesicli.

I, Pariosque mone, Telesicles, numine nostro,
insula in Aeria sublimem sedibus urbem
condere te jussum. FR. VIG.

33. EJUSDEM.

Non Martis tantum suadet tibi munera Phœbus :
astu capta fuit quondam Messenia tellus,
prisca fraude novo rursus capietur ab hoste.

ROM. AMAS.

34. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φαλάνθῳ καὶ τοῖς Ἐπευνακταῖς.

α. Καλόν τοι τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος·
ἀλλ' οὐκ οἰκήσεις, οὐδ' εἰ παγχάλκεος εἴης.
Σατύριον φράζου * Τάραντός τ' ἀγλαὸν ὕδωρ
καὶ λιμένα Σκαιὸν καὶ ὅπου τράγος ἁλμυρὸν οἶδμα
ἀμφαγαπᾷ τέγγων ἄκρον πολιοῖο γενείου·
ἔνθα Τάραντα ποιοῦ ἐπὶ Σατύριον βεβαῶτα.

β. Σατύριόν τοι δῶκα, Τάραντά τε πίονα δῆμον
οἰκῆσαι, καὶ πῆμα Ἰαπύγεσσι γενέσθαι.

34. EJUSDEM.

Phalantho et Epeunactis.

I. Pulcra quidem regio inter Sicyonem et Corin- [thum,
sed non obtinebis, etiamsi totus æneus esses.
Satyrium autem cogita et Tarenti limpidam undam,
Scæumque portum, et ubi caper salsum æquor
exosculatur humectans extremitatem barbæ canæ,
ibi Tarentum exstrue super Satyrio protensum.

II. Satyrium tibi dedi Tarentumque cum opimo [populo
habitare, et exitium Japygibus inferre.

35. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀρχίᾳ Κορινθίῳ.

Ὀρτυγίη τις κεῖται ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ,
Τρινακίης καθύπερθεν, ἵν' Ἀλφειοῦ στόμα βλύζει
μισγόμενον πηγαῖσιν ἐϋρρείτης Ἀρεθούσης.

35. EJUSDEM.

Archiæ Corinthio.

Ortygia quædam jacet in obscuro ponto,
Trinacriam supra, ubi Alphei ostium manat
se miscens fontibus pulcre-fluentis Arethusæ.

36. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μυσκέλλῳ.

α. Μύσκελλε βραχύνωτε, φιλεῖ δ' ἑκάεργος Ἀπόλ- [λων,
καὶ γενεὰν δώσει· τόδε δὲ πρότερόν σε κελεύει,
οἰκῆσαί σε Κρότωνα μέγαν καλαῖς ἐπ' ἀρούραις.

β. Αὐτός σοι φράζει ἑκατηβόλος· ἀλλὰ συνίει.
Οὗτος μὲν Τάφιός τοι ἀνήροτος, ἠδὲ δὲ Χαλκίς,
ἠδὲ δὲ Κουρήτων * ἡ ἱερὰ χθών,
αἵδε δ' Ἐχινάδες εἰσί· πολὺς δ' ἐπ' ἀριστερὰ πόν- [τος.
Οὕτω σ' οὐκ ἂν φημι Λακινίου ἄκρου ἁμαρτεῖν
οὐδ' ἱερᾶς Κριμίσης οὐδ' Αἰσάρου ποταμοῖο.

γ. Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ θεὸν ἄλλα ματεύων
κλαύματα μαστεύεις· δῶρον δ' ὃ διδῷ θεὸς αἴνει.

36. EJUSDEM.

Myscello.

I. Myscelle gibbose, amat *te* procul-feriens Apollo,
et progeniem *tibi* largietur : hocce autem prius [tibi mandat,
ut condas Crotonem magnam pulcris in agris.

II. Sic fatur ipse tibi longe-jaculans, tu vero tecum [reputa.
Hic est Taphius *mons* inaratus, tum Chalcis (Æto- [lica),
tum Curetum sacra regio,
exin Echinades, dein amplus sinistrorsum pontus.
Sic te a Lacinio promontorio non aberraturum dico,
neque a sacra Crimisa neque ab Æsaro fluvio.

III. Myscelle gibbose, præter Dei voluntatem alia [petens
ejulatus quæris; donum vero, quod deus det, ratum [habe.

37. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μυσκέλῳ καὶ Ἀρχίᾳ, τῷ μὲν Κρότωνα, τῷ δὲ Συρακούσας κτίζειν μέλλουσι.

Χώρας καὶ πόλεως οἰκήτορα λαὸν ἔχοντες
ἤλθετ' ἐρησόμενοι Φοῖβον, τίνα γαῖαν ἵκησθε.
Ἀλλ' ἄγε δὴ φράζεσθ' ἀγαθῶν πότερόν κεν ἕλοισθε
πλοῦτον ἔχειν κτεάνων ἢ τερπνοτάτην ὑγίειαν.

37. EJUSDEM.

Myscelo et Archiæ, illi Crotona, huic Syracusas condituris.

Terræ et urbis incolam populum habentes
venistis interrogaturi Phœbum quam terram petie- [ritis.
Verum agedum, cogitate bonorum utrum eligere- [tis
divitias habere an lætissimam sanitatem.

---

35. EJUSDEM.

Archiæ Corinthio.

Trinacriam supra cano jacet insula ponto :
Ortygiam dixere : ubi læta fluenta refundit
Alpheus, pulcræ sese immiscens Arethusæ.

ROM. AMAS

38. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σόλωνι.

Ἧσο μέσην κατὰ νῆα, κυβερνητήριον ἔργον
εὐθύνων· πολλοί τοι Ἀθηναίων ἐπίκουροι.

38. EJUSDEM.

Soloni.

Sede media in nave, gubernandi munus
dirigens : multi tibi ex Atheniensibus adjutores.

39. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῷ αὐτῷ.

Ἀρχηγοὺς χώρας θυσίαις ἥρωας ἐνοίκους
ἵλασο, τοὺς κόλπος Ἀσώπιος ἀμφικαλύπτει,
οἳ φθίμενοι δέρκονται ἐς ἠέλιον δύνοντα.

39. EJUSDEM.

Eidem.

Duces regionis sacrificiis heroas domesticos
placato, quos sinus Asopius contegit,
qui defuncti spectant solem occidentem.

40. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀναχάρσιδι.

Οἰταῖόν τινα φημὶ Μύσων' ἐν Χηνὶ γενέσθαι
σοῦ μᾶλλον πραπίδεσσιν ἀρηρότα πευκαλίμῃσι.

40. EJUSDEM.

Anacharsidi.

OEtæum quemdam aio Mysonem Chene natum esse,
magis quam te instructum pectore sapienti.

41. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βάττῳ.

Βάττ', ἐπὶ φωνὴν ἦλθες· ἄναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
εἰς Λιβύην πέμπει καλλιστέφανον Κυρήνης
εὐρείης ἄρχειν καὶ ἔχειν βασιληίδα τιμήν.
Ἔνθα σε βάρβαροι ἄνδρες ἐπὰν Λιβύης ἐπιβήῃς,
βαιτοφόροι ἐπίασι· σὺ δ' εὐχόμενος Κρονίωνι
Παλλάδι τ' ἐγρεμάχῃ γλαυκώπιδι καὶ Διὸς υἱῷ
Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, νίκην ὑποχείριον ἕξεις,
καὶ μάκαρος Λιβύης καλλιστεφάνου βασιλεύσεις
αὐτὸς καὶ γένος ὑμόν· ἄγει δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων.

41. EJUSDEM.

Batto.

Batte, vocis causa venisti : rex autem te Phœbus Apollo
mittit in Libyam pulcre-coronatam, Cyrenæ
ut amplæ imperes, habeasque regiam dignitatem.
Ibi te barbari homines, postquam ad Libyam appuleris,
lænis-e-pelle-confectis-induti aggredientur : tu vero precans Saturnium,
Minervamque bellicosam cæsios-oculos-habentem, et Jovis filium,
Phœbum intonsum, victoriam facilem impetrabis,
et bene-coronatæ beatæque Libyæ imperium tenebis
ipse genusque vestrum ; tibi vero dux est Phœbus Apollo.

42. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βάττῳ.

Βάττε, τὸ πρόσθε κακόν, τὸ δὲ δεύτερον ἐσθλὸν ἐρευνᾷς.
Ἔρχεο, λεῖψ' ἁλίαν χώραν· ἤπειρος ἀμείνων·
ἠῷος πρότερον δόλον ἔκβαλε, πειθοῖ πείθων.
Στέρξον γῆν ὁσίως στερρήν· μισεῖς ἀθεμίστως.
Οἷά τ' ἀνὴρ ἔρξει, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει.

42. EJUSDEM.

Batto.

Batte, prius illud male, alterum vero bene quæris.
Proficiscere, linque maris insulam ; continens præstat ;
mane priorem fraudem ejice, suada persuadens.
Terram ama, ut par est, firmam, oderis immerito.
Qualia faciet vir, tales habebit eventus.

43. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Θεσσαλοῖς περὶ βασιλέως.

Τὸν Πυρρόν τοι φημί, τὸν Ἀρχεδίκη τέκε παῖδα.

43. EJUSDEM.

Thessalis de rege sciscitantibus.

Pyrrhum, *i.e.* Rufum, illum dico, quem Archedice peperit filium.

---

38. EJUSDEM.

Soloni.

Puppe gubernator media stans dirige cursus;
subsidio multi venient, ne differ, Athenis.

LAP. FLORENT.

39. EJUSDEM.

Eidem.

Ductores supplex heroas venerabere sacris,
οὗ ῥίζα καὶ ζῇ καὶ λαλεῖ καρποῖς ἅμα.
Ὥρᾳ δὲ μιᾷ καὶ φυτεύεται ξένως,
καὶ πάλιν πίπτει καὶ τρυγᾶται ῥιζόθεν.

51, XLVI. EJUSDEM.

Conti lusor.

Est quædam arbor regiorum palatiorum media,
cujus radix et vivit et loquitur cum fructibus simul.
Una quidem hora et plantatur insolito-modo,
et rursus cadit et carpitur radicitus.

52, XLVII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἴξ.

Ζῶον μέν εἰμι τετράπουν κερῶν δίχα·
ἐν εἰρίοις πέφυκα πεπυκασμένον.
Πρώτου δέ μου γράμματος ἐκλελοιπότος,
μιᾷ συλλαβῇ καὶ τόνοις ἐν τοῖς ἴσοις
κλῆσιν ἀπεχθοῦς εἰσφέρω ζωϋφίου.

52, XLVII. EJUSDEM.

Capra.

Animal quidem sum quadrupes cornibus absque :
villis natura-sum instructum.
Primo autem elemento me deficiente,
una syllaba et accentibus paribus
nomen affero invisæ bestiolæ.

53, XLVIII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὄνυξ.

Μέρος μέν εἰμι σώματος ἀνθρωπίνου·
οὐκοῦν με καὶ σίδηρος ἐκτέμνει λίαν.
Πέλω δὲ δισύλλαβον· ἀλλ' οὖν, ὑστέρως
ὀφθὲν μονοσύλλαβον ἐν διαιρέσει,
δύνω παρευθὺς ἡλίου λαμπαδόνα.

53, XLVIII. EJUSDEM.

Unguis.

Pars quidem sum corporis humani ;
atqui me etiam ferrum exsecat valde.
Duabus autem consto syllabis : verum enimvero [postea
ubi me videris unius-syllabæ factum divisione,
involvo subito solis facem.

54, XLIX. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καρίς.

Θάλασσαν οἰκῶ, καὶ βροτοῖς βρῶσις πέλω.
Ἂν δ' ἀφέλῃς μου τὸ κατ' ἀρχὰς στοιχεῖον,
δόκιμον εὑρήσεις με ταῖς τεχνουργίαις.
Εἰ γοῦν ἀφαιρησείας καὶ μετὰ τόδε
τὸ δεύτερον, νόει με βρότειον μέλος.
Εἰ δ' αὖ τὸ τρίτον ἐξέλῃς τῶν γραμμάτων,
ἴδῃς φέρον με ῥώσεως σημασίαν.

54, XLIX. EJUSDEM.

Squilla.

Mare incolo, et mortalibus cibus fio.
Si mihi abstuleris quod est in principio elementum,
probatum invenies me artificiis.
Si etiam dempseris et post hoc
alterum, cerne me mortale membrum .
Si et rursum tertiam excerpseris litterarum,
videbis ferentem me roboris significationem.

55, L. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ποῦς.

Κατώτερον μέν εἰμι τῶν ὅλων μέρος·
ἀνώτερον δὲ γίνομαι πάλιν ὅλων,
πρώτου γράμματος ἀφαιρεθέντος μόνου.
Τοῦ δευτέρου δὲ πάλιν ἐκβεβλημένου,
κλῆσιν παρευθὺς λαμβάνω τετραπόδου.

56, LI. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ποῦς.

Ἐν γράμμασι τέσσαρσι συλλαβὴν μίαν
εἰς κλῆσιν αὐχῶ· τῶν βροτῶν δ' εἰμὶ μέλος.

Ὁ γοῦν τὸ πρῶτον ἐξελὼν τῶν γραμμάτων,
εὕρῃ με πάντως ἄλλο τι βροτῶν μέλος.
Τούτων δὲ πάλιν τις τὸ πρῶτον ἐκξέσας,
ἕξει με πάντως ζῶον ἓν τῶν χρησίμων,
ἐν τῇ τελευτῇ καὶ μόνῃ βροτοὺς τρέφον.

57, LII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἔχω τραχηλὸν, καὶ κεφαλὴν οὐκ ἔχω·
τετρασκελής τίς εἰμι καὶ ποδῶν δίχα,
ἔμπνους τε νεκρὸς, ἀλλὰ χωρὶς ὀστέων.

58, LIII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βιβλίον.

Λευκὸν πεφυκὸς, ᾠὸν οὐδαμῶς πέλω·
φύλλα φέρον δὲ, ῥαφανὶς οὐ τυγχάνω.
Θείους δ' ἐν αὐτῷ καὶ σοφοὺς λόγους φέρον,
καὶ τραπέζῃ δὲ κείμενον καὶ πολλάκις,
πρὸς βρῶσιν οὐκ ἔτ' εἰμὶ τισὶν δεικτέον.

59, LIV. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Γύψ.

Ἔστι τι πτηνὸν μονοσύλλαβον πέλον·
κλώνοις κάθηται μονοσυλλάβου δένδρου,

καὶ κατεσθίει μονοσύλλαβον θῆρα.

60, LV. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νοῦς ἢ Οὐρανός.

Τοῦ παντὸς ἐκτὸς καὶ κινοῦμαι καὶ τρέχω·
πάλιν, τὸν αὐτὸν οὐκ ἀφεὶς τόπον, τρέχω.
Ὁρίζομαι δὲ καὶ τόπῳ μικρῷ τρέχων.
Πῶς γοῦν κινοῦμαι, μὴ κινούμενος; λέγε.

61, LVI. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κάλως.

Διττὰς συλλαβὰς καὶ τόνον δ' ἕνα φέρων,
παντὶ βροτῶν χρήσιμος τυγχάνω γένει,
μᾶλλον δὲ τοῖς πλέουσι θαλάσσης πλατή.

55, L. EJUSDEM.

Pes.

Inferius quidem sum omnibus *membris* membrum:
superius autem fio rursus omnibus,
prima littera ablata sola.
Secunda autem rursus ejecta,
nomen subito accipio quadrupedis.

56, LI. EJUSDEM.

Pes.

Litteris quatuor constantem syllabam unam
ad vocatum *i. e.* nomen glorior; mortalium autem [membrum sum.
Si quis igitur primam dempserit litterarum,
inveniet me omnino aliud mortalium membrum.
Harum autem rursus si quis primam eraserit,
habebit me omnino animal unum inter utilia,
vel in fine solo mortales alens.

57, LII. EJUSDEM.

Habeo cervicem et caput non habeo:
quatuor-cruribus sum et pedibus absque,
spiransque mortuus, sed sine ossibus.

58, LIII. EJUSDEM.

Liber.

Albus *quamvis* natus, ovum minime sum;
foliaque ferens, rapum non existo.
Divinos autem in me et sapientes sermones ferens,
et tabula sane positus vel sæpe,
at cibus non jam quibusdam designandus.

59, LIV. EJUSDEM.

Vultur.

Est quidam ales una-syllaba constans;
ramis insidet arboris cujus una syllaba confictum [nomen est,
et vorat, quæ una syllaba constat, bestiam.

60, LV. EJUSDEM.

Mens vel Cælum.

Extra universum et moveor et curro;
rursus, eundem quanquam non reliquerim locum, [curro.
Terminor et loco parvo currens.
Quomodo igitur moveor, non motus? dicas.

61, LVI. EJUSDEM.

Rudens.

Geminas syllabas et accentum quidem unum fe- [rens,
omni mortalium generi utilis sum,
magis autem navigantibus maris spatia.

Τοῦ γοῦν κατ' ἀρχὰς γράμματος λελοιπότος,
συντάσσομαι γῇ, καὶ τρέφω πᾶσαν κτίσιν

ἀφ' ὧν νέμω ξύμπασι καρπῶν ἡδέων.
Χωρὶς γὰρ αὐτῶν τὴν βροτῶν πᾶσαν φύσιν
οὐκ ἔστι ζῆσαι καὶ φυγεῖν μοῖραν μόρου.

62, LVII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μῆλον.

Καρπῶν ἁπάντων ἡδύτατόν τι πέλω,
ἕνα τόνον φέρον τε συλλαβὰς δύο·
ἐρωτικῶς δ' ἔχουσι φιλοῦμαι πλέον.
Ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἀφελὼν τῶν γραμμάτων,
εὕρῃς με δυσφόρητον σιδήρου γένος,
πεπηγμένον τάχιστα καὶ πλῆττον ἄκρως.

63, LIII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κάστρον.

Ἐμοῦ στίφη μένοντα τῶν βροτῶν ἔσω
φρουρῶ μαχησμῶν, φυλάσσω καὶ κινδύνων,
ἐν γῇ πεπηγὸς καὶ στερρῶς ἡδρασμένον.
Ἀλλὰ παθὸν στέρησιν γράμματος μίαν
ἐν τῷ πόλῳ δείκνυμι λαμπρὰν ἰδέαν,
καὶ καταφωτίζω δὲ νυκτὸς τὸ σκότος,
καλλωπίζον μάλιστα τοῦ πόλου πλάτος.

64, LIX. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δίκαιός εἰμι καὶ δικαίων ἀκρότης·
ἓξ τὰ σκέλη μου, κἂν οἱ ταρσοί μου δύο.

65, LX. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σημαντήριον.

Τραφὲν ὄρεσι καὶ φάραγξιν ἀγρίαις,
κῆρυξ πέφυκα τῶν λόγων ὑμνῳδίας·

φωνὴν μὲν οὐκ ἔναρθρον, εὔηχον δ' ἔχω.

66, LXI. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δοῦλος κελεύω σὺν τάχει τῷ δεσπότῃ,
σαφῶς τὰ μέτρα δηλοποιῶν εὐφρόνης·
« Ἀναστὰς ὕπνων, ἔργον εἰς χεῖρας φέρε. »

67, LXII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄρτος.

Ἄπνους μέν εἰμι, τοὺς βροτοὺς δὲ ῥωννύω·
τὴν κλῆσιν ἔσχον εὐαρίθμητον πάνυ·
ἀσπάζομαι γὰρ τὸ τριακῶς δὶς μόνον,
δὶς τριάκοντα καὶ μίαν πρὸς τοῖς δέκα.

68, LXIII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σῦς.

Ἔχω τρία γράμματα, καί τι τυγχάνω.

Quæ igitur in principio est, ea deficiente littera,
constituor terra, et alo omnem rerum-creatarum-
[universitatem
iis quas omnibus distribuo fruges jucundas.
Sine enim istis mortalium omnem naturam *i. e.*
non licet vivere et fugere sortem leti. [genus

62, LVII. EJUSDEM.

Malum.

Fructuum omnium dulcissimus quidam sum,
unum accentum ferensque syllabas duas :
amore autem captis diligor magis.
Sed prima demta litterarum,
me invenies toleratu difficile ferri genus,
quod celerrime figitur et excellenter percutit.

63, LVIII. EJUSDEM.

Castrum.

Quæ me intra manent mortalium turbas
defendo a pugnis et servo a periculis,
in terra defixum et solide fundatum.
Verum passus unius litteræ privationem
in cælo ostendo fulgidam speciem,
et illumino quidem noctis tenebras,
maxime decorans cæli spatium.

64, LIX. EJUSDEM.

Justus sum et justorum summitas;
sex sunt crura mihi, quamvis *sint* pedes mihi duo.

65, LX. EJUSDEM.

Signaculum.

Nutritum in montibus et convallibus asperis,
præco fio verborum quæ hymnis cantantur,
[tamen habeo.
vocem quidem non articulatam, bene sonantem

66, LXI. EJUSDEM.

Servus jubeo celeriter domino,
perspicue noctis mensuram declarans :
« Somno excitatus, opus manibus adhibe. »

67, LXII. EJUSDEM.

Panis.

Respiratione quidem careo, mortales autem roboro :
nomen habui omnino numeratu-facile;
complector enim triplicatum bis solummodo,
bis triginta et unum super decem.

68, LXIII. EJUSDEM.

Sus.

Habeo tres litteras et aliquid sum.

Ἑνὸς στεροῦμαι· ταὐτὸ τυγχάνω πάλιν.
Οὐκ ἔστι καινόν; Ἄλλο τι κρεῖττον μάθε·
τὴν ἐσχατιὰν τῶν τριῶν μου γραμμάτων
ἔχω κατ' ἀρχάς, τὴν μέσην ἔχω μέσην,
καὶ τὴν κατ' ἀρχὴν ἀντὶ τοῦ τέλους φέρω.

Una privor : idem rursus sum.
Nonne hoc novum? Verum aliquid majus disce
ultimam trium quæ meæ sunt, litterarum
habeo ab initio, mediam habeo mediam,
et quæ ab initio est pro fine fero.

69, LXIV. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Γράμμασι τρισὶ συλλαβὴν μίαν φέρω·
ἔχω δ' ἀριθμὸν ἐννέα δὶς ἑπτάκις
καὶ δώδεκα τρὶς καὶ δεκάκις τρὶς τρία,
καὶ πεντάκις ἓξ καὶ τοὺς πέντε δὶς πάλιν,
καὶ τετράκις δὶς καὶ πάλιν δὶς τὰ πέντε.
Ὁ γοῦν ἀναγνοὺς τὴν γραφὴν, ἀντιστρόφως,
κἂν τῷ μέσῳ γράμματα προσθήσει δύο,
εὕρῃ πνοῆς ὄχημα τῆς βιοτρόφου.
Ἐκ τῶν τριῶν δὲ γραμμάτων πρῶτον ξέσας,
τῶν ἀρετῶν γνοίης με τῶν πρωτων μίαν.

69, LXIV. EJUSDEM.

Litteris tribus syllabam unam fero :
habeo autem numerum novem bis septies
et duodecim ter et decies ter tria,
et quinquies sex et quinque bis iterum,
et quater bis et iterum bis quinque.
Qui etiam legerit scripturam, pariter,
et si medio litteras addet duas,
inveniet spiritus vitam-nutrientis vehiculum.
E tribus autem litteris prima erasa,
virtutum agnosces me primarum unam.

70, LXV. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μῦς.

Ζῶόν τι μικρόν εἰμι τῶν οὐ βρωσίμων·
τρία μόνον γράμματα τῇ κλήσει φέρω·
ἂν γοῦν τὸ πρῶτον ἐξέλῃς τῶν γραμμάτων,
ζῶον μέγα γνοίης με τῶν ἐδωδίμων.

70, LXV. EJUSDEM.

Mus.

Animal quoddam parvum sum inter ea quæ non [edulia sunt :
tres tantum litteras nomine fero :
si sane primam dempseris litterarum,
animal magnum agnoscas me inter esculenta.

71, LXVI. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νοῦς.

Εἰμὶ μὲν ἀσώματος· ὁ φρονῶν, νόει·
ἔχω δ' ἀριθμὸν τριακοντάκις δέκα
καὶ τὰ δέκα δίς. Συλλαβὴ δέ μοι μία·
ἔχω δὲ καὶ γράμματα πάντα δὶς δύο.
Ἂν γοῦν τὸ πρῶτον ἐξέλῃς τῶν γραμμάτων,
αὐτίκα σῶμα γίνομαι ξένῳ τρόπῳ·
ἢν δ' αὖ τὸ πρῶτον ἐκξέσῃς τῶν δευτέρων
εὐθύς με μάθῃς ζῶον ἓν τῶν ἀγρίων.
Ἐμοῦ δὲ τὰ τέταρτα γράμματα πάλιν
φέροντος, ἄν τις τὸ τρίτον πρῶτον τάμῃ,
ἀντιστρόφως τε καὶ καλῶς συλλαβίσῃ,
εὕρῃ με τριγράμματον ἓν μέρος λόγου.

71, LXVI. EJUSDEM.

Mens.

Sum equidem incorporeus; tu qui sapis, intellige :
habeo autem numerum tricies decem
et decem bis. Syllabaque mihi una;
habeo autem et litteras omnes bis duas.
Si igitur primam abstuleris litterarum,
statim corpus fio miro modo :
si rursum primam eraseris secundarum,
protinus me disces animal unum ex feris.
Me autem quatuor litteras rursus
ferente, si quis tertiam primum exciderit,
atque inversum et bene syllabam-composuerit,
inveniet me tribus litteris unam e sermonis par-[tibus.

72, LXVII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρίν.

Τῆς ὀγδοάδος τῶν μερῶν σοι τοῦ λόγου
ἕν τι πέφυκα· συλλαβὴ δέ μοι μία,
καὶ γράμματα τέσσαρα· καὶ μέτρον τόσον,
τετράκις πεντήκοντα, τετράκις δέκα.
Ἂν ἀφέλῃς τέσσαρας ἀρχῆς εἰκάδας,

εὕρῃς με κρατὸς διέξοδον ῥευμάτων·
ἂν δὶς δὲ πεντήκοντα πάλιν ἀφέλῃς,
ἕξεις δύναμιν σὺν θεῷ σεσωσμένην.

72, LXVII. EJUSDEM.

Prius.

Octo partium orationis tibi
una aliqua sum : syllaba autem mihi una,
et litteræ quatuor : et numerus tantus,
quantum quater quinquaginta, quater decem.
Si dempseris initio quatuor icadas *i. e.* numeros [vicenos,
invenies me capitis duplicem-viam profluviorum :
si autem bis quinquaginta rursus dempseris,
habes potestatem cum Deo *i. e.* Deo juvante ser-[vatam.

73, LXVIII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ τῶν Χερουβὶμ εἰμι τιμιωτέρα,
καὶ τῶν Σεραφὶμ ὑπερολβιωτέρα,
καὶ στιλπνοτήτων ἡλίου πλέον φέρω.
Μὴ Παρθένον τις ἐλπίσῃ με τυγχάνειν,
γυναῖκά τινα τῶν ἐναρέτων μίαν.
Ἔχω δὲ καὶ γράμματα πέντε καὶ μόνον.

74, LXIX. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἰωάννης.

Ἐξ ἑπτὰ συνέστηκα γραμμάτων (σκόπει)
λύχνος φεραυγὴς τοῦ τρισηλίου φάους.
Ἂν οὖν ἐν ἀρχῇ καὶ τέλει τῶν γραμμάτων
διττὴν δυάδα προσφυῶς ἀποξέσῃς,
αὖθις τὸν αὐτὸν ἐννόει με τὴν φύσιν.
Καὶ θαῦμα πῶς, μου τῶν ἄκρων τετμημένων,
σώζω τὸ σύμπαν ἀβλαβὲς τῆς οὐσίας.

75, LXX. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐρανός.

Στοὰ ξύλων ἄμοιρός εἰμι καὶ λίθων,
ὕλης τε λοιπῆς γηΐνης πάσης ἅμα·
οὐδεὶς περιστρέφει με, καὶ παρατρέχω·
οὐδεὶς ἐγείρει, καὶ συνίσταμαι πάλιν.

76, LXXI. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νοῦς ἢ Ψυχή.

Βαίνω κατὰ γῆς, καὶ πρὸς ὕψος αὖ τρέχω·
χαίρω πρὸς ὕλην, οὐ φιλῶ δὲ τὴν ὕλην·
εἰ γὰρ ἐφίλουν καὶ προσεῖχον ὡς φίλῳ,
ὅμως δι' αὐτῆς καὶ κορύσσομαι πλέον·
καὶ γῆθεν ὑψοῦ τὴν κεφαλὴν ἀνάγω.

77, LXXII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κόρος.

Ὄρεξιν ἐμπίμπλημι τῶν ζώων ὅλων.
Πεντάγραμμον πέφυκα δισυλλαβίᾳ·
ἂν οὖν κεφαλὴν ἀφέλῃς τῶν γραμμάτων,
εὕρῃς με πάντων φυλακὴν τῶν πραγμάτων.

78, LXXIII. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ψυχή.

Τῶν θηλέων μέν εἰμι· σῆμα δ' οὐ φέρω
μέλος δι' οὗ τὸ θῆλυ πᾶν γνωρίζεται.
Τὰ κοσμικὰ στοιχεῖα μακράν μου πέλει·
στοιχεῖα δ' ἄλλα τέτταρα πρόσεισί μοι.
Ποσοῦ τὸ μὲν πρόσεστι· πλῆθος γὰρ φέρω
καὶ τῶν ἀτμήτων οὐσιῶν ἀπειρίαν·

73, LXVIII. EJUSDEM.

Et Cherubim sum honoratior,
et Seraphim perbeatior,
et splendorum quam sol plus fero.
Ne Virginem quis speraverit me hîc esse,
feminam aliquam virtute-præditarum unam.
Habeo autem et litteras quinque et unam.

74, LXIX. EJUSDEM.

Joannes.

E septem litteris consto (speculare)
fax lucem-edens e trino-sole luminis.
Si igitur in initio et fine litterarum
duplicem dyada apte eraseris,
rursum me eumdem considera quoad naturam.
Et miraculum est quomodo, extremitatibus meis [recisis,
servem illæsam essentiæ summam.

75, LXX. EJUSDEM.

Cælum.

Porticus lignorum expers sum et lapidum,
materiæque reliquæ terrestris omnis simul :
nullus circumagit me, et prætercurro :
nullus excitat, et tamen resurgo.

76, LXXI. EJUSDEM.

Mens sive anima.

Incedo super terram, et ad altitudinem *i. e.* cæ- [lum curro;
gaudeo apud materiam, non autem amo materiam;
si enim amarem et me ei applicarem ut amico,
simul per eam et accingor magis :
atque e terra in altum caput eveho.

77, LXXII. EJUSDEM

Satietas.

Appetitum expleo animantium omnium.
Quinque litteris exsto duabusque syllabis :
si autem caput dempseris litterarum,
invenies me omnium custodiam rerum.

78, LXXIII. EJUSDEM.

Anima.

E femineis quidem *una* sum; signum autem non [fero
membrum, per quod quidquid femineum est agno- [scitur.
Mundana elementa procul a me absunt :
elementa autem alia quatuor insunt mihi.
Quod-ad-numerum-attinet, id quidem inest : mul- [titudinem enim fero
et individuarum sane essentiarum infinitam :

τὸ πηλίκον δὲ παντελῶς ἀπεστράφην,
ὡς μηδὲν οὐδαμοῦ λαβεῖν ἔχειν μέρος·
καὶ γὰρ μεριστὴν οὐκ ἔχω τὴν οὐσίαν.
Φωνὴν προΐσχω μηδαμῶς ὁρωμένη·
ὁρῶ δὲ πάντα, καὶ τὰ πόρρω μου λίαν,
ὡς μυθικῶς λέγουσι Λυγκέως χάριν.
Κλῆσις δ' ἀριθμὸν συμποσούμενον φέρει,
κύβον τὸν ἐκ δὶς ἕξ, τετραπλῆς πεντάδος
ἀφαιρεθείσης ἐξ ὅλων τῶν τοῦ κύβου.

quod autem ad modum, id omnino aversor, [pars :
ita ut nulla usquam sit quam possim accipere
etenim non quæ dividi possit habeo essentiam.
Vocem profero nullo modo conspecta :
conspicio autem omnia, et ea quidem quæ procul [sunt valde,
ut fabulose dicunt Lyncei gratia *i. e.* de Lyceo.
Nomen autem computatum numerum fert,
cubum e bis sex *factum*, quatuor quinario-nu- [mero
ablato e summa cubi.

79, LXXIV. ΤΟΥ ΑΥΛΙΚΑΛΑΜΟΥ.

Δίκορσος εἰμὶ, καίπερ ἀψυχουμένη,
ἐνάλιός τε καὶ γεηρὰ τὴν φύσιν.
Ἂν γοῦν τέμῃς μοῦ διπλοσύνθετον κάραν,
ἤμειψας οὐ τὴν κλῆσιν, οὐδὲ τὴν φύσιν.

79, LXXIV. AULICALAMI.

Biceps sum, quamvis inanimata,
marinaque et terrestris natura.
Si etiam exsecueris mihi *bicompositum* caput,
mutasti non nomen, neque naturam.

80, LXXV. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σὺ τετράγραμμον, συλλαβὰς φέρεις δύο·
δηλοῖς καθαρῶς τὴν γυναικείαν φύσιν·
ἂν ἄκρα δύο γραμμάτων συνεξέλῃς,
ἐν σοὶ καλεῖται τοῦ θεοῦ κλῆσις μία.

80, LXXV. EJUSDEM.

Tu quatuor-litteris-constans, syllabas fers duas :
monstras dilucide femineam naturam :
si extremas duas litterarum abstuleris,
in te dicitur Dei nomen unum.

81, LXXVI. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς ἅλας.

Ὕδατος ἐκγενόμην, τράφε δ' ἥλιος αὖτις
ἀθάνατος· θνήσκω δέ γε μητέρι μούνῃ.

81, LXXVI. ANONYMI.

In sal.

Aqua natum aluit sol me posthac
immortalis; morior autem per matrem unam.

BREVIS ANNOTATIO IN CAPUT VII.

I. Ex Hesiodo ap. Strab. XIV, I, 27 : ..... λέγεται δὲ Κάλχας... κατὰ τὴν ἐκ Τροίας ἐπάνοδον..... περιτυχὼν ἑαυτοῦ κρείονι μάντει κατὰ τὴν Κλάρον, Μόψῳ τῷ Μαντοῦς, τῆς Τειρεσίου θυγατρὸς, διὰ λυπὴν ἀποθανεῖν. Ἡσίοδος μὲν οὖν οὕτω πως διασκευάζει τὸν μῦθον· προτεῖναι γάρ τι τοιοῦτο τῷ Μόψῳ τὸν Κάλχαντα· Θαῦμά μ' ἔχει... — Vss. 1-2 sic edidit Lehrsius, edit. A. F. Didot : Θαῦμα μ' ἔχει κατὰ θυμὸν, ἐρινεὸς οὗτος· ὀλύνθους οὓς ὅδ' ἔχει, κτλ. — Vs. 4. Id. ἐπενθέμεν, *imponere*. Codd. lect. retinuimus.

II. Edidit Aldus in appendice ad Anthol. Planudeam unde transiit in *Anal.* Brunckii t. I, 168; edit. Lips. t. I, p. 101. (Vid. *Animadvv.* Jacobsii, t. I, P. I, p. 332), in *Anthol.* Hier. Bosch. t. III, p. 288-9 et in Jacobs. Append. 26. — « Solutio problematis hæc est :

$$\begin{array}{l} A + 1 = 2(B - I) \\ B + 1 = A - I. \\ A = 2B - 3 \\ A = B + 2. \\ \hline 2B - 3 = B + 2 \\ \quad + 3 \qquad + 3 \\ \hline 2B = B + 5 \\ \hline B = 5 \\ A = 7. \text{ »} \end{array}$$

III. In Diophanti *Arithmetica* edidit Meziriac. p. 345. « A Diophanto servatum, incertum an ab ipso confictum. » *Mezir.* — Vs. 2. Pro vulg. τοῖς ὀβολοῖς, edidit Meziriac. προπόλοις. — Vs. 5. Vulg. σε φέρειν. Nemo nescit numerum sphæricum esse qui per se ipsum quotiescunque velis multiplicatus semper eumdem unitatum numerum refert, quales sunt numeri 5 et 6, quod sic probatur : $5 \times 5 = 25$, $\times 5 = 125 \times 5 = 625$, etc.; $6 \times 6 = 36 \times 6 = 216 \times 6 = 1296$, etc. — Sic autem hoc problema explanat ille : « Quidam emit duos cados vini : unius quidem choam drachmis 8, alterius vero choam drachmis quinque, et pro omnibus pretium persolvit numerum quadratum, cui addendo 60, fit quadratus latus habens multitudinem choarum. Jam distinguendas esse choas octo drachmarum a quinque drachmarum chois. » Vertit Mezir. — Ex præstitutis, quæsita assequere, si sumpseris 15 congios 8 drachmis et 21 congios 5 drachmis, unde fit : 1° $8 \times 15 + 5 \times 21 = 225 = 15$ (sphæricum numerum) ad quadratum productum; 2° $15 + 21 = 36 = 6$ (numerum sphæricum) quem ad quadratum produxeris.

IV. Editum in *Atti dell' Accademia Italiana di Scienze, etc.* 1810, t. I, p. 135; inde sumpsit Jacobs. et transtulit in *Anthol. Paralip.* II, n. 65, p. 818. — Vs. 3. Editum erat ἕνεκα, correxit Jacobs. in *Append.* n. 366.

V. In bibliotheca Brunswickiana repertum, ann. 1773, edidit Lessing. in *Beytrage zur Geschichte und Litteratur,* t. I, p. 421; inde repetierunt J. Struvius et ejus filius K. L. Struvius, *Altes griechisches Epigramm-mathematischen Inhalts von Lessing erst einmahl zum Drucke befördert jetzt neu abgedruckt und mathematisch und kritisch behandelt.* Altona, 1821, 8; Fr. Edw. Thieme, *De Archimedis problemate bovino*, 1828, Lips. 4; A. Terquem, *Bulletin de bibliographie, d'histoire et de biographie mathématiques*, p. 113 sqq. ad calcem operis periodici, *Nouvelles Annales de Mathématiques,* etc., t. XIV, 1855, et Vincentius in eodem volumine, p. 165 sqq., sexcentis mendis expurgatum, uterque cum gallica versione et mathematica interpretatione. In codice epigrammati subjectum est scholion. Struvius pater falso præpositum fuisse putat Archimedis nomen, utpote cui prorsus aliena esset materia quæ in epigrammate tractatur. Existimat idem posterius additas fuisse duas posteriores conditiones : quod et probabile est, namque scholiastæ ad septem priores conditiones justæ sunt solutiones, et falsa ratione posterioribus duabus respondetur. Fr. Ed. Thieme contra arbitrabatur opus hoc esse Archimedis quia laudatur in scholiis ad Platonis *Charmidem* et apud Heron. Alexandr. in *Vocab. geometr. nomenclatura.* Ex Vincentio retulimus, qui, sicut Struvius, putat additas fuisse non modo posteriores duas conditiones, sed et quidquid ad vaccas pertinet a vs. 17 usque ad vs. 26, et vss. 28-29 qui ei intersiti fuisse ita videntur, ut dividatur postremum distichon in quo, vs. 27, πόσοι legendum existimavit. Igitur vss. 1-12 Vincentio videtur res plane enuntiata, quæ apte vss. 27 et 30 concluditur. Problematis ita reducti simplicissima præcipuave solutio est in quatuor his numeris :

2226	boves albi
1602	boves nigri
1580	varii
891	rufi.

Ceteras problematis solutiones habebis, si hos numeros quolibet cum integro numero multiplicaveris. — Vss. 17-26. Novum hoc problema sic explicat Vincentius qui σὺν ταύροις (vs. 22) refert ad πάσης... ἐρχομένης quod scribit cum Lessingio pro πασῶν..... ἐρχομένων : 1° Vaccarum candidarum numerus nigrarum tertiæ et quartæ parti æqualis est; 2° nigrarum numerus quartam et quintam variegatarum partem continet; 3° harum numerus idem est atque ille qui ex quinta sextaque rufarum parte constat. — Si quarta addatur conditio (vss. 25-26), ut rufarum boum sit numerus sextæ et septimæ candidarum parti æqualis, absurdum fit problema, inepta, ut Vincentio placet, scholiastæ cujusdam interpolatione, cui cum quæstionem haud satis intelligeret, visum esset necesse enuntiatum complere, in quo aliquid hiare credebat. Omissa igitur, ut plane inutili ac male conficta hac ultima conditione, simplicissimi fiunt, qui novæ quæstioni respondeant, numeri :

candid. =	231.
nigr. =	396.
varieg. =	880.
ruf. =	2400.

— Vss. 31-40. Ut priori, quæ addita est, conditioni respondeatur, oportet ut per multiplicantem numerum efficiatur Siciliæ mensura, problematis finis.

Occurrunt primum numeri duo qui proxime huic conditioni satisfaciant, et sunt 12354950 et 12355050. Etenim primum ex singulis fit, cum multiplicantur cum numero 2471, triangularis numerus, cum pariat prior hoc :

$$\frac{247099.247100}{2}$$

et posterior

$$\frac{247101.247100}{2}$$

qui si singuli multiplicantur cum 3828, pariunt 47 294 748 600 et 47 295 131 400 quorum quadrangulæ radices, unitate una excepta, sunt 217 473 et 217 474, et earum quadrupla 869 892 et 869 896. Nunc autem si apud Strabonem (VI, II, 1) Siciliæ dimensiones quæramus, ejus triquetræ figuræ assignat in ambitum 4400 stadia, quæ sic dividuntur :

1720 stad. majoris lateris.
1550 — medii lateris.
1130 — minoris lateris.

in summam 4400.

Atqui si hujus trianguli areæ ex Hieronis Alexandrini formula ratio habeatur, primum fit hujus areæ quadratum numerus 734 442 000 000, qui perfectum quadratum foret, si pro 8 scriberetur 9, cujusque radix foret 857000, stadiorum quadratorum numerus. Itaque haberi possunt numeri 869 892 et 869 896 ut ad proximum totam Siciliæ aream exprimentes, prout enuntiata quæstio est. Igitur primæ et tertiæ problematis partis solutio erit in formulis :

$$\begin{aligned} \text{candid.} &= 2226\,k, \\ \text{nigræ} &= 1602\,k, \\ \text{varieg.} &= 1580\,k, \\ \text{rufæ} &= 891\,k, \end{aligned}$$

in quibus $k = 12\,355\,000 \pm 50$. — Quæ res ut duobus verbis absolvatur, *radice quadrata* numeri boum candidorum et boum nigrorum *fit Siciliæ mensura.*

Posteriore autem conditione jubetur ut ex bobus rufis cum variegatis junctis fiat numerus triangularis, *nullo addito, nullo omisso.* Atqui cum omnis triangularis numerus esse debeat formæ $\frac{1}{2}x\,(x+1)$, efficias oportet ut numerus 2471 quæ summa est numerorum (R + V) dictorum in primæ quæstionis simplicissima solutione, aut effector numerus 353, numerus primus qui numeri 2471 septima pars est, ad idem referatur atque alterum numerorum $x, x+1$ aut ad eorum dimidia. Maxime autem in promptu sunt hypotheses istæc :

$$\begin{aligned} x &= 2471, & \tfrac{1}{2}(x+1) &= 1236, \\ x+1 &= 2471, & \tfrac{1}{2}x &= 1235, \\ \tfrac{1}{2}x &= 2471, & x+1 &= 4943, \\ \tfrac{1}{2}(x+1) &= 2471, & x &= 4941, \\ \tfrac{1}{2}x &= 353, & x+1 &= 707 = 7\,101. \end{aligned}$$

Quorum quodcunque acciderit, numerus multiplicans 2471, in effectu $\frac{1}{2}x\,(x+1)$ effector est cum quo multiplicentur oportet omnes præcipuæ solutionis numeri. Itaque si quintam hypothesin accipias, multiplicans numerus erit 101.

Lectionis varietas. In lemmate cod. πραγματουμένοις. — Vs. 8. Struv. fil. legendum putabat πλήθεϊ. — Vss. 13-21. μικτοχρόων corruptum credebat idem conjiciens στικτοχρόων. — Vs. 14. Cod. ποικιλόχρωτας; Lessing. ποικιλόχροας, male, claudicante versu. — Vs. 16. Pro αὖτις ap. Lessing. αὐτοῦς typographi errore. — Vs. 22. Lessing. Vincent. πάσης..... ἐρχομένης pro πασῶν..... ἐρχομένων, cod. — Vs. 23. Lessing., Vincent. ἀγέλης, Struv. fil. δ' ἀγέλης. — Vs. 24. Lessing. ἔχον τετραχῆ, Thiem. τετραχῆ, Struv. ἀτρεκές. — Vs. 29. Lessing. χροίαν. — Vs. 31. ἐν ἀρίθμοις. — Vs. 33. Omnes ex cod. ἔμπεδον, conjicit Vincentius ἔμβαδον. — Vss. 35-36. Thiem. Τὰ δ' αὖ περὶ μηκέα, πάντη. Πίμπλαντο πλίνθου Θρινακίης πεδία. Pro πλίνθου scripsit Vincent. πλῆθος.

VI, 1. Ex Athen. X, p. 452, apud quem unum exstat pentameter. Ceteri (Aristot. *Poet.* XXII edit. nostræ. *Rhet.* III, 2, 12, Plut. *Sept. Sapient. Conviv.* XI, (alias 22), Demetr. Phal. *de Elocut.* CII) priorem modo exhibent versum celebris illius ænigmatis, ut ait Aristoteles (ἐν τῷ αἰνίγματι τῷ εὐδοκιμοῦντι), quo significatur cucurbitula medicinalis, gallice *ventouse.* — Apud Plutarchum l. c. tribuitur hoc ænigma Eumetidi mulieri et ab Æsopo solvitur, Cleodemo rem hancce se parum curare professo respondente : Καὶ μὴν οὐδεὶς τοῦτο μᾶλλον οἶδεν, οὐδὲ ποιεῖ βέλτιον. εἰ δὲ ἀρνῇ, μάρτυρας ἔχω σικυωνίας. Ὁ μὲν οὖν Κλεόδημος ἐγέλασε· καὶ γὰρ ἐχρῆτο μάλιστα ταῖς σικυωνίαις τῶν καθ' αὑτὸν ἰατρῶν κτλ.

VII, 2. Ap. Athen. X, p. 450, E : Ἐν δὲ Σαπφοῖ ὁ Ἀντιφάνης αὐτὴν τὴν ποιήτριαν προβάλλουσαν ποιεῖ γρίφους τόνδε τὸν τρόπον, ἀπολυομένου τινὸς αὕτως. Dedit et Eustathius *in Iliad.* VI. — Significatur epistola. Vide infr. eidem poetriæ solutionem ab eodem comico Antiphane attributam : Θήλεια μὲν ἔστι φύσις ἐπιστολή κτλ. — Laudavit et gallicis versibus transtulit Bachet de Meziriac. *Comment. s. les Epitres d'Ovide,* t. I, p. 327 sq. *Phædra Hippolyto,* not. 1.

Une femme se trouve ayant dedans son sein
Plusieurs enfants muets qui toutefois esclattent
D'une voix claire et forte et se font bien ouyr
Sur la terre et sur l'onde à ceux-là qu'ils désirent.
Les autres néantmoins encor qu'ils soient présens,
Comme s'ils estoient sourds, n'en peuuent rien entendre.

— Vs. 2. Vulg. ταῦτα, Porson. ὄντα. Tum libri γεγωνόν. Brunck. (*Anal.* III, p. 321) et Jacobs. *Append. epigr.* vulgatam retinuere sicut et γεγωνόν. — Vs. 5. Brunck. ἔξεστι, bene correxit Jacobs. ἔξεστιν.

VIII, 3. Athen. *ibid.* — Vs. 3. Codd. ἄφωνα δ' ὄντα manco versu. Grotius ἄφ. δ' ὄντα ταῦτα τοῖς κτλ. Meziriac. τοῖς πορρωτάτω. Cujus gallica versio est :

« La femme est vne lettre, et les enfants muets qu'elle porte en son sein, ce sont les caractères qui parlent neantmoins, voire aux plus esloignez, s'ils leur sont adressez. Vn autre quoy que proche de celuy qui les lit, ne les peut pas ouyr. »

IX, 4. Athen. X, 450 : Εὔβουλος δ' ἐν Σφιγγοκαρίωνι τοιούτους γρίφους προβάλλει, αὐτὸς καὶ ἐπιλύων αὐτούς· Ἔστι λαλῶν... A. Τί ἐστὶ τοῦτο; — B. Τί ἀπορεῖς, Καλλίστρατος. ‖ Πρωκτὸς μὲν οὖν οὗτος. — A. Σὺ δὴ ληρεῖς ἔχων. ‖ — B. Οὗτος γὰρ αὐτός ἐστιν ἄγλωττος λάλος, ‖ ἓν ὄνομα πολλοῖς, τρωτὸς ἄτρωτος, δασύς, ‖ λεῖος. Τί βούλει; πνευμάτων πολλῶν φύλαξ.

X, 5. Athen. X, p. 450. ex Eubulo, ἐν Σφιγγοκαρίωνι,—Vs. 1. vulg. ὡς νέος, mutavit Grotius (*Excerpt. Trag.* p. 657) in ὃς, ut in vs. 2, κούφως in κοῦφος. — Jacobs. : « Respicit Eubulus locum Sophoclis a Plutarcho servatum » : in libello *Non posse suaviter vivi sec. Epicurum,* XIX : ὑπὸ χαρᾶς (ἂν) ἤρθη (ὁ Ἐπίκουρος) κατὰ τὸν Σοφοκλέα, γραίας ἀκάνθης πάππος ὣς φυσώμενος.

Sic ipse solvit ænigma Eubulus :

Πάππος ἀπ' ἀκάνθης (ἐστίν)· οὑτοσὶ γὰρ (ἂν)
νέος μὲν ὢν ἕστηκεν ἐν τῷ σπέρματι
ὅταν δ' ἀποβάλῃ τοῦτο, πέτεται κοῦφος ὤν,
δήπουθεν ὑπὸ τῶν παιδίων φυσώμενος.

XI, 6. Athen. X, p. 449, D. : καὶ Ἄλεξις δ' ἐν Ὕπνῳ τοιούτους γρίφους προβάλλει· Οὐ θνητὸς κτλ. et deinde sic ænigma solvit :

B. Ἀεὶ σὺ χαίρεις, ὦ γύναι, μ' αἰνίγμασιν.
A. Καὶ μὴν ἁπλᾶ γε καὶ σαφῆ λέγω μαθεῖν.
B. Τίς οὖν τοσαύτην παῖς ἔχων ἔσται φύσιν;
A. Ὕπνος, βροτείων, ὦ κόρη, παυστὴρ πόνων.

« Anum hic habemus ænigma de somno puellæ proponentem. » *E. M.*

XII, 7. Athen. X, p. 451, F : Θεοδέκτην δὲ τὸν Φασηλίτην φησὶν Ἕρμιππος ἐν τοῖς Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν ἱκανώτατον γεγονέναι ἀνευρεῖν τὸν προβληθέντα γρῖφον, καὶ αὐτὸν προβαλεῖν ἑτέροις ἐπιδεξίως· οἷον τὸν περὶ τῆς σκιᾶς. Ἔφη γὰρ εἶναί τινα φύσιν ἢ περὶ τὴν γένεσιν καὶ φθίσιν ἐστὶ μεγίστη, περὶ δὲ τὴν ἀκμὴν ἐλαχίστη. Λέγει δὲ οὕτως· Τίς φύσις κτλ. — Vs. 1. Vulg. Τῆς φύσεως ὅσα, sed veram lectionem indicare videtur ipse Athenæus his verbis : εἶναί τινα φύσιν... Οὐθ' restituit Porson., quod in optimis codd. est. « Nihil esse in rerum natura ait, nec in mortalium genere, quod simili modo crescat et augeatur. Ἐν γενέσει referendum ad solis ortum, qui cum meridie summam cæli attigit arcem, umbra est minima, vesperi autem denuo crescit. » *Jac.*

XIII, 8. Athen. X, 456 E. F. Πεποίηκε δὲ καὶ ἕτερον ἐπίγραμμα Σιμωνίδης, ὃ παρέχει τοῖς ἀπείροις τῆς ἱστορίας ἀπορίαν· Φημὶ τὸν οὐκ... Brunck. *Anal.* I, 146, Jacobs. *Animadvv.* t. I, P. I, p. 268 : « Distichon hoc ænigmaticum ita interpretatur Athenæus, ut τέττιγος ἄεθλος sit cantus certamen, ad quod Simonides discipulos convocabat. Qui eorum condicta hora non adessent, asino, quo magister ad aquam advehendam utebatur, semimodium hordei (μέγα δεῖπνον) dare jubebantur. Asinum vero Athenæus judicat Epeum vocari, quod Epeus, secundum fabularum traditionem, Atridis aquam præbuerit, idque facientem eum in tabula picta conspici. Πανοπηϊάδης, Epeus, Panopei filius ap. Homer. Il. ψ, 665. » *Jacobs.* ex Athen.

XIV, 9. Athen. X, s. 75, p. 451. Ex *Œdip.* tragœd. Theodectæ; Vid. etiam *Trag. gr. Fragm.* (Bibl. gr.-lat. Didot).

XV, 10. Schol. in Plat. *Rempubl.* lib. V, 22, p. 479 C. ἔοικε... τῷ τῶν παίδων αἰνίγματι τῷ περὶ τοῦ εὐνούχου τῆς βολῆς περὶ τῆς νυκτερίδος, ᾧ καὶ ἐφ' οὗ αὐτὸν αὐτὴν αἰνίττονται βαλεῖν. — Append. Lipsian. Lemma : Εὐνοῦχος στραβὸς ὢν νυκτερίδα ἐπὶ νάρθηκος καθημένην κισσήρει βάλλει καὶ ἀστοχεῖ. — Vs. 4. βάλεν τε κοὐ βάλε. Dedit Brunck. *Anal.* Lect. et Emendd. p. 308, edit. Jacobs. t. IV. p. 294. *Animadvv.* XII, p. 365. ex Athen. X, p. 452 C; cf. Suid. vv. αἶνος et Νυκτερίδος αἶνος.

XVI, 11. Schol. in Platon. *Rempubl.* ibid. — Subjicitur enodatio hæc : νυκτερίδα ὁ εὐνοῦχος νάρθηκος κισήρει.

XVII, 12. Athen. X, sect. 83, p. 455 : Φέρεται δὲ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς Τεύκρου Ὁρισμοῖς.

XVIII, 13. Athen. X, p. 455 D : φανερᾶ μὲν οὖν λέγει τῇ Δήλῳ, ἥτις ὑπὸ θαλάσσης περιέχεται· μήτηρ δὲ ἡ Λητώ, ἥτις Κοίου ἐστὶ θυγάτηρ. Μακεδόνες δὲ τὸν ἀριθμὸν κοῖον προσαγορεύουσι. Idem epigramma refert Eustath. in *Od.* Z, p. 256, 12. — Vs. 1. In optimis Eustathii codd. invenerat Casaubonus πάτραν δέ μοι. Ceterum sic legebatur in veteribus Athenæi editt. :

Ἐν φανερῷ γενόμαν, πάτρη δέ μοι ἁλμυρὸν ὕδωρ κτλ.

XIX, 14. Diog. Laert. lib. II. 10 : De Diodoro Crono mentio est apud Strabon. XIV, II, 21, ubi de Iaso : Ἐντεῦθεν δὲ ἦν ὁ διαλεκτικὸς Διόδωρος ὁ Κρόνος et lib. XVII, III, 15, ubi de Cyrena, unde oriundus erat Apollonius et ipse cognomine Cronus, Diodori magister. Cf. Clem. Alexandr. *Stromat.* lib. IV, XIX, 121, A. Gell. XI, 12, et Sext. Empiric., *passim.* — Vs. 6. pro ἔξωθεν τοῦ ρ̄ῶ, ἔξωγε τ. ρ. Is. Casaubono placebat, approbante Menagio. Κρόνος sine P et K est ὄνος, *asinus.* Unde malebat Menagius legi in Diogenis textu *ibid.* : καὶ δὴ καὶ ὄνος ἤκουσεν ἐν σκώμματος μέρει; subjicit tamen : sed et Κρόνος legi potest hoc, est *fatuus, stolidus.* Scholiastes Aristophanis ad *Vespas,* v. 1520 : Κρόνους· ἀρχαίους, μωρούς, λήρους, ἀναισθήτους. Cf. Aristoph. ipsum. *Nub.* 929 : Οὐχὶ διδάξεις τοῦτον, χρόνος ὢν etc.

XX, 15. Athen. X, p. 456, C, Brunck. *Anal.* I, 146 (ed. Lips. t. I, p. 79, *Animadvv.* vol. I, P. I, p. 267), Jacobs. *Append.* n. 81. Athen. l. c. : Γριφώδη δ' ἐστὶ καὶ Σιμωνίδῃ ταῦτα πεποιημένα, ὥς φησι Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου· Μιξονόμου... « Sunt qui inscriptum fuisse referant antiquitus hoc Chalcide in donario quodam, in quo delphinus et hircus exsculpti erant, de quibus hunc esse sermonem : alii autem in psalterii vertibulum in delphini formam et hirci elaboratum dictum hoc esse putant; et esse bovis mactatorem et Bacchi famulum dithyrambum. Sunt etiam alii qui Julide bovem Baccho immolatum a quodam adolescente percuti dicant securi, atque appropinquante festo die, in ferrarii officinam delatam esse securim : Simonidem igitur, ut erat adhuc juvenis, ad fabrum ivisse, ut eam illuc ferret. Qui cum artificem dormientem vidisset, et utrem forcipemque sine ordine jacentes et priora vicissim tenentes, supradictum problema, domum reversum, familiaribus suis proposuisse. Atque patrem hædi utrem esse asserunt, miserum piscem esse forcipem, noctis filium, somnum, bovis mactatorem et Bacchi famulum, securim. » *Athen.*

XXI, 16. Ex Euseb. *Præp. Evang.* XI, 6, ad Judæorum deum hoc epigr. referente : primus vidit de Sarapide agi Jos. Scaliger. *in Euseb. Chronic. Comment.* ad ann. 1730, Hesychii auctoritate fretus, vs. Ἑπτὰ γράμματον, cui subjicitur : τὸ ὀργίλον καὶ σκληρὸν καὶ Σάραπιν. Demetrius Phal. Περὶ Ἑρμην. § 71 : Ἐν Αἰγύπτῳ δὲ καὶ τοὺς θεοὺς ὑμνοῦσι διὰ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων οἱ ἱερεῖς, ἐφεξῆς ἠχοῦντες αὐτά. Thom. Galei not. vide. Comparat Jablonskius (*Panth. Ægypt.* Prolegom. p. 56), Varron. Atac. *Chorograph.* fragm. :

Vidit et æthario mundum torquerier axe
et septem æternis sonitum dare vocibus orbes.

XXII, 17. Edidit primus e cod. Bibl. reg. Salmasius in *Exercitat. Plinianis,* p. 726, cum hoc lemmate : Ἰουλιανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς Εἰς κοντοπαίκτην. Brunck. inde repetiit *Anal.* III, p. 332. (V. Jacobs. ad *Anthol.* vol. X, p. 190) et Jacobs. ipse in *Append.* n. 42. — Vs. 1. δένδρον, arbor est contus quem lusor in fronte sua, ἀνακτόρων μέσον *i. e.* locorum editorum in medio, inter tempora duo ponit; arboris viva et loquens radix est homo, fructus, καρποί, iidem et viventes, pueri in perticam seu contum ascendentes. « Contus cum in fronte erigitur, puerisque oneratur, φυτεύεται μιᾷ ἐν ὥρᾳ, omnia simul et subito nascuntur, eadem simul auferuntur, τρυγᾶται, radicitus,

dum præstigiator ille perticam de fronte demit. » *Jac.* Conjicit Jacobsius τὰ ἀνάκτορα esse aures, « quasi *sancti* capitis *recessus,* in quibus optima quæque deponuntur. » Ea esse pure *loca edita,* les *hauts lieux*, ubi ædificari solent et templa deorum et regum palatia, et iis significari frontem quasi intelligentiæ domicilium ac sedem, præcipuam et vere regiam humani corporis partem. — Cf. infr. Basilii Megalomytis ænigm. n. 46.

XXIII, 18. Ænigma laudavit ex Vossio D. Huetius, quod in *Huetianis* legitur, p. 74 : « Je me trouvai un jour à Amsterdam en compagnie de quelques gens de lettres, du nombre desquels étoit le jeune Vossius, fils du célèbre Gérard Jean. Comme il avait un grand usage de la littérature grecque, et qu'il lui avoit passé par les mains beaucoup d'anciens manuscrits grecs, il nous dit qu'il avoit découvert ce jour-là même une épigramme grecque qui méritoit de nous être rapportée, et sur le sens de laquelle il désiroit nous consulter..... La question étoit de savoir ce que c'est que cette Pénélope qui marche *avec six pieds* et qui n'a que *trois doigts.* Chacun demeura dans le silence, cherchant dans sa tête la solution du problème, sans la trouver, quoiqu'elle semble se présenter d'elle-même et sauter aux yeux. Il faut prendre le premier vers plus matériellement qu'on ne le prend, et comme n'ayant aucune relation à la personne de l'ancienne Pénélope, mais signifiant simplement un vers hexamètre marchant *à six pieds*, comme tous les autres vers hexamètres, et dans le nombre de ces six pieds ayant *trois dactyles.* » — Auctoris nomen debemus N. Piccolo qui hoc ænigma edidit ex codd. mss. Florent. (*Supplém. à l'Anthol.* p. 192) cum hoc lemmate : Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου εἰς τὸν παρόντα Ὁμηρικὸν στίχον ἓξ πόδας ἔχοντα, ὧν οἱ τρεῖς εἰσι δάκτυλοι. — Vs. 1. Pro mero hocce versu Homerico (*Od.* A, 339 et sexcent. al. locis) :

Κούρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια,

de quo agitur in Juliani epigrammate, Huetius exhibuit :

καλὴ Πηνελόπεια, γυνὴ κλεινοῦ Ὀδυσῆος.

XXIV, 19. Boisson. *Anecd. gr.* t. II, p. 475, repetitum in notis *Anthol. Pal.* X, LXXIII. Schol. : τὸ φέρον, τουτέστιν ἡ τύχη, hic fortasse potius Dei voluntas, ut apud Sophocl. *Œd. Col.* 1694 : τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς χρὴ φέρειν. Cum hoc Sophoclis loco Brunckius bene jam contulerat Palladæ epigr. *Anth. Pal.* l. c., in *Anal.* t. II, p. 482, et apposuerat idem Terentianum illud (*Phorm.* 138) : Quod fors feret feremus æquo animo. — Τὸ φέρον est plane latinum *fors.*

XXV, 20. Ex *Oracul. Sibyll.* I, 141 et ss. —Vid. Gallæi notas p. 115 sqq., quas in brevius contraxit, emendavit, locupletavit C. Alexander, *Orac. Sibyll.* p. 345, unde operæ pretium hæc excerpere est : « Una conjectura (de hoc divino nomine) proxime videtur ad verum accedere, Guillelmi nempe Canteri, *Nov. Lect.* I, cap. 3 (falso plerique hunc honorem Aurato tribuerunt), legendum proponens ΘΕΟΣ ΣΩΤΗΡ, haud male, quia ΣΩΤΗΡ epitheton Dei nomini tam sæpe solet apud veteres conjungi, ut duæ voces interdum pro una haberi possint; haud male, inquam, nisi pro 1697 numerum efficerent 1692, ut hoc quidem loco pro σύν γ' ἑπτά necessario sit legendum in textu σὺν δισσοῖς vel σὺν τοῖς δυσί, vel aliud quidvis audendum quod non licet. Venient fortasse codices novi qui rem dirimant. Ceterum prorsus similis griphus occurrit et in Orac. Sibyllin. eod. libro 326 sqq. de nomine redemptoris Jesu, » quem post hunc damus.

XXVI, 21. Ex *Orac. Sibyll.* I, 326 sqq. —V. 2. Codd. δισσῶν ἀγγέλων quod Gallæus dedit vel ἀγγέλλων; alii δισσόν τ' ἀγγελῶ; correctio est Alexandri. — Vs. 3. Codd. Regius et Gallæanus δεκάδας δ' ἐπὶ ταύτας. — Hoc ænigmate significatur nomen Ἰησοῦς Servatoris nostri, quod constat ex quatuor vocalibus litteris et duabus consonantibus; quæ litteræ efficiunt in lingua græca 888, nam

ι'	valet	10
η'		8
σ'		200
ο'		70
υ'		400
ς'		200

quorum summa 888 est.

XXVII, 22. Boisson. *Anecdot. græc.* t. III, p. 455, e cod. Bibl. Paris. 2599, p. 81, 1. —Vs. 2, cod. ἐστύγεε. — Vs. 5. δάκτυλον, « dactylum scilicet metricum pedem, non digitum. Dactylus est καὶ πόδα. » *Boiss.* — Vs. 6. ὄμμᾰτᾰ pes et dactylus, « ἀνθερεὼν est *pes* choriambus, » ut latine *mentum* spondæus pes. — Vs. 7. addidit καὶ Boissonad. « Quoties enim occurrit vox μέλη, pes est iambus, » ut latine *membra,* trochæus. » Sed *pes* ipse corporis non est *pes* metricus, quum vox ποῦς, *pes* una constet syllaba. » *Boiss.* — Vs. 8. κεφαλή, ∪ ∪ —, anapæstus est, qui dactylo est contrarius. » *Id.*

XXVIII, 23. Piccol. *Suppl. à l'Anthol.* p. 193 ex schedis a Fr. de Furia ex Biblioth. Laurent. missis, jam ediderat Schæfer. in edit. sua Gregor. Corinth. *De Dialect.* p. 682. — Vs. 2. « Non est alterum, quod sciam vocabuli νέπος exemplum nominat. casu., quod tamen conferri potest cum vocibus τρίπον et τέτραπον pro τρίπουν et τετράπουν vulgatissimi ænigmatis de Sphinge. » *Piccol.* — Vs. 3. ἔσα, cod., ubi probabile est scriptum fuisse εἶσα. *Id.*

XXIX, 24. Piccol. *ibid.* p. 192, ex schedis Fr. de Furia; desumptum e codd. Bibl. Laurent. — Vs. 2. cod. χείλη ἀνοιγόμεναι.

XXX, 25. Miller. *Catal. mss. gr. scorial.* p. 49. — Verbum est ἀλέκτωρ, gallus. — Vs. 1. ad divum Petrum alludit. — Vss. 3-5. Hector, Ἕκτωρ, regis Priami filius, designatur.

XXXI, 26. Piccol. *ibid.* ex schedis Fr. de Furia, desumptum e codd. Bibl. Laurent. Uterque, ut apparet, ineditum credebant ænigma hoc quod est apud Athen. X, sect. 85, p. 457. — Vs. 1, Athen. κατέδραμον.

XXXII, 27. Piccol. p. 193, ex apographo a Fr. de Furia misso, ex codd. Bibl. Laurent. — Vs. 2. cod. ποθέουσι.

XXXIII, 28. Miller. *Codic. mss. scorial. catal.* p. 49 : « Le mot de ce logogriphe est peut-être θηλή. En enlevant la première et la dernière lettre, il reste Ἥλ, qui est une dénomination biblique de la divinité. » *Miller.*

XXXIV, 29. Boisson. *Anecd. gr.* t. III, p. 431 ; de Pergamena membrana agitur, quæ ænigmatice inducitur loquens de se ipsa.

XXXV, 30. Boissonad. *ibid.* —Vs. 1. κλεὶς « scilicet

lignea virga Mosis ». Boisson. qui comparat Basil. Megalom. ænigm. 21, p. 444, ejusdem vol. et Theod. Prodromi hoc in *Exod.* de maris Erythræi transitu tetrastichon :

Καὶ τἄλλα μέν σου, ῥάβδε, φρικτὰ καὶ ξένα,
τὸ δὲ σχίσαι θάλασσαν εἰς μέρη δύο,
ξηρὰν δὲ δεῖξαι τὴν τέως ὑγρὰν φύσιν,
ἁπαξαπλῶς ἅπαντα νικᾷ τὰ ξένα.

Clavis latine quoque est virgæ quoddam genus, qua vertitur trochus. Propert... III, 13, 6.

XXXVI, 31. Boissonad. *ibid.* p. 432. Confert Basil. Megalom. in eod. suo vol. ænigm. 25, p. 445. —Vs. 5. In voce ἔρως sublato primo elemento, superest Ρῶς, *Russus* (Russe), popul. nom. — Vs. 6. « Nominis dimidiati particula posterior est ὦς, pro οὖς, *auris.* » *Boiss.*

XXXVII, 32. Boisson. *ibid.* « Est in cod. 1630, inter Basilii Megalomytis ænigmata, cum lemmate κόνδυλος. Est κόνδυλος calamus scriptorius. » *Boiss.* — Vs. 2. Cf. *Anth. palat.* c. VI. 62-68 : τρηχαλέην τε λίθον, δονάκων εὐθηγέα κόσμον, — ἔνθα περιτριβέων ὀξὺ χάραγμα πέλει. Lapis (πέτρα) hic, ut inde satis apparet, pumex est, quo acuuntur calami. Obscurum esse versiculum ait Boissonadius; ex loco epigr. Damocharidis supra laudato, crediderim καλοῦμαι vocabulum barbare factum a καλὸς, καλόω p. καλλύνω. — Vss. 3-4. Cf. *Anth.* ib. 64 : πλατὺν ὀξυντῆρα μεσοσχιδέων δονακήων.

XXXVIII, 33. Boisson. *ibid.* p. 432 sq. de lemmate : « Nomen est barbarum, vernacule *tente.* » Eodem vocabulo usus est Basilius Megalomytes, ænigm. 7 in eod. volumine. Est id ænigma in cod. 2991 A, p. 443, sub nomine τοῦ αὐλικαλάμου, deficientibus versibus 2, 9, 10, et cum varietatibus hisce : vs. 3, σκέπαρνος, quod et habet codex in ænigmate Basilii; vs. 5, τὰ βάραθρα μόνα; vs. 6, καὶ πτερῶν; vs. 11. εἰ καὶ κατάξῃς με. » *Boiss.* — Vs. 11. cod. ταράξῃς. — Hoc ænigma quatuor versibus contraxit Basilius sic : Ἄπετρός εἰμι καὶ κινούμενος δόμος· — πρίων δὲ καὶ σκέπαρνος οὔκουν με τέμνει, — εἰ μὴ κορυφὴν καὶ τὰ βάθρα μου μόνα. — Εἰ γοῦν καταρράξεις με, σῶός εἰμί γε.

XXXIX, 34. Boissonad. *ibid.* p. 433. —Vs. 4. « Sublato capite, scilicet ἀ, restat μῶς, *aqua.* Philo, *de Vita Mosis*, p. 605 B : τὸ γὰρ ὕδωρ μῶς ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι. » — Vs. 7. « Nomen ὦς pro οὖς. » — Vs. 9. « Nam si ἀμὼς legeris retroversim, reperies σῶμα. Οἱ ἀσώματοι sunt angeli. » *Boiss.*

XL, 35. Boissonad. *ibid.* p. 433 sq. — Vs. 6, var. κατίδοις. — Vs. 7. ὑφέλοις. — Vs. 10, « interprete tacente, statim lector intelligit ex κηρίον fieri ἠρίον, ῥίον, ἴον et ον sine accentu pro ὄν. — Cf. Basilii Megalomytis ænigma, infr. n. 45.

XLI, 36. Boisson. *ibid.* p. 434 : Vss. 1-3. « Cui scilicet sunt remi pro pedibus, ut mox vela pro alis. »

XLII, 37. Boisson. *ibid.* p. 435 : « Sex suspensa funibus vel cruribus, duos habet pedes, lances duas scilicet. » Basil. Megalomytes sic exhibuit :

Δίκαιός εἰμι καὶ δικαίων ἀκρότης·
ἓξ τὰ σκέλη μου, κἂν οἱ ταρσοί μου δύο.

Boisson. *ib.* p. 445.

XLIII, 38. Boissonad. *ibid.* —Vs. 1. κλῆσις refertur ad hæc Evang. Joann. I, 23 : ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Εὐθύνατε κτλ. Cf. Matth. III, 3; Marc. I, 3; Luc. III, 4, etc. « Ἰωάννης hebraïce *gratiam* significat. » *Boiss.* — Vs. 2. σχετλιασμὸς, lamentatio est ἰώ. — Vss. 3-4 : « Si dividere velis nomen Ἰωάννης, secundus casus femininus nomen claudit, scilicet genitivus Ἄννης, quæ Ἄννα fuit ὑπὲρ γυναικός. » *Boiss.*

XLIV, 39. Boissonad. *ibid.* « Syncellus *Chron.* p. 5 D : ἣν (Εὔαν) ὁ Ἀδὰμ λαβὼν ὠνόμασεν Εὔαν, ὃ ἑρμηνεύεται ζωή. Philo, *Quis rerum*, p. 488 D : ἣν καὶ ὁ γήϊνος νοῦς Ἀδὰμ ἰδὼν διαπλασθεῖσαν, τὸν ἑαυτοῦ θάνατον ζωὴν ἐκείνην ὠνόμασεν, κτλ. Eadem sententia Lamottæus in ænigmate de Eva :

« Le genre humain me doit ses jours,
Quoique de son trépas je sois aussi la cause. » *Boiss.*

XLV, 40. Boissonad. *ibid.* — « Plura exstant Pselli ænigmata. Vid. Fabric. *Bibl. gr.* t. X, p. 77. » *Boiss.* Plurima talia sunt de *Horis* ludicra. — Vss. 4 et 5. Cf. de Manuali Horologio :

Je suis inanimée et mon cœur bat sans cesse.

(*Choix d'énigmes, charades, etc.*, in-18, 1826, ænigm. 275), et præsertim in eadem sylloge, ænigm. 76, de Horologio :

Je parle, et suis sans voix; je vis, et suis sans âme.

XLVI, 41. Boissonad. *Anecd. gr.* t. II, p. 476, e cod. 1630, p. 138, 1. Monet de eodem argumento exstare in *Anthol. lat.* lib. V, 17-28, duodecim epigrammata; sed nihil simile huic nostro habent. Idem hoc ænigma, paucis immutatis, sub lemmate Οὐρανός, cælo adjudicavit Basilius Megalomytes. Vid. infr. n. 70.

XLVII, 42. Boissonad. *Anecd. gr.* t. III, p. 436, e codd. regiis 1630, p. 138, 2, et 968, p. 208, quos deinde designat litteris A, B : « Codex 968 nitide : ἕτερα αἰνίγματα Βασιλείου τοῦ μεγαλομίτου. Melior fuerit scriptura μεγαλομύτου, quum sit formatum ab μύτης, *nasus*, cognomen hominis nasi longitudine conspicui. Adde Fabric. *Bibl. Gr.* t. XI, p. 698. » — Vs. 3 A, κλῆσιν ἔχω. — Vs. 4. Invidiæ mater, « ni fallor, λύπη. Joannes Damasc. schol. in Joannes Clim. Epistolam ad Part. c. 2, p. 475 : Φθόνος δὲ λύπη (ἐστὶ) ὑπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· leg. ἐπ'. » — Vs. 6. « A, εὗρές με. — Invenitur dempto θ, φόνος, mortis scilicet manus. Cf. schol. Sophocl. *Ajac.* 157. » — Vs. 9. « A, εὗρες. — Demtis φθ, fit quadrupes ὄνος.

XLVIII, 43. Boissonad. *ibid.* p. 437 sq. : « Sol, apud Ovidium *Metamorph.* IV, 227 : Omnia qui video, per quem videt omnia tellus. » *Boiss.*

XLIX, 44. Boissonad. *ibid.* p. 439. — Vs. 4. « Εἶρ nomen fluvii exstat in Lexico apud Albertium ad Hesych. p. 1112, n. 32. » *Boiss.* — Εἶρ, ut fluvii nomen, memorat quoque Zonaras p. 626, 627, et qui gen. masc. esse docet Chærob. Bekk. *Anecd.* p. 1200, cui conf. Arcad. p. 20, 19.

L, 45. Boissonad. p. 439 sq. Cf. supra n. 35 Pselli ænigma. — Vs. 1. B, βροτῶν. — Vs 4. « Scilicet ἠρίον [sepulcrum] movet intuentibus lacrimulas. — A, κιρνῶ. » — Vs. 5. « AB, ἀφελεῖς. Mox. A, ἀφέλεις. B, ἀφελεῖς. A, pro χάραν, κράτα. » — Vs. 7. « B, ποθεινόν. » — Vs. 8. « Producit scilicet veris symbolum ac nuntium florum, ἴον, violam. » — Vs. 10. « Præstaret μόνου; scilicet e solo verbo ὄν. » [Scripsit fortasse poeta μονὴν, moram; quidquid enim *est* plusve minusve *manet*,

moratur.] — Vss. 11-12. « Demtis quinque primis elementis, reliquum est N quod tribus constat lineis. » *Boiss.*

LI, 46. Boissonad. *ibid.* p. 440 : « Ferme descripsit Juliani Cæsaris ænigma Εἰς κοντοπαίκτην » quod vide supra, n. 17. « Vide et Cangii *Gloss.* in Κοντοπαίκτης. » *Boiss.* — Hanc præstigiatorum artem apte descripsit Chrysostomus in loco quem huc afferre operæ pretium est : Τί ἄν τις εἴποι περὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οἳ κόντον ἐπὶ μετώπου βαστάζοντες, καθάπερ δένδρον ἐρριζωμένον, ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτως ἀκίνητον διατηροῦσιν, ὥστε παιδία μικρὰ ἐπ' ἄκρου τοῦ ξύλου παλαίειν ἀλλήλοις.

LII, 47. Boissonad. *ibid.* « Ex Αἴξ, demto α, fit ἴξ eodem cum tono. Est ἴξ vermiculus vitibus infestus. Vid. not. ad Herodian. *Epim.* p. 58. » — Vs. 2. Cf. Sympos. *Ænigm.* XXXV, 1 : Alma Jovis nutrix, longo vestita capillo.

LIII, 48. Boissonad. *ibid.* p. 441. Ex Ὄνυξ, dempta syllaba ο, fit νύξ, *nox.* — Vs. 5. δύνω transitiva significatione rarissimum; λαμπαδών lexicis et ipso *Thesauro* deest. — Cf. *Anth. Pal.* XIV, 35, ænigma. ἀδέσποτον, quod Boissonadius *ib.* p. 431, e cod. regio 968 Psello restituit.

LIV, 49. Boissonad. *ibid.* — Cf. infra Aulicalami ænigma 3. Ἐνάλιον πέφυκα μικρόν... Vs. 3. « Demto κ, fit ἀρίς, Suidas : ἀρίδες· ἡ εὐθεῖα ἀρὶς, τὸ τεκτονικὸν ἐργαλεῖον. » — Vs. 4. « Demto α, fit ῥίς » *nasus.* — Vs. 6. Var. ἐξέλοις. « Demto ς, videbis *roboris significationem* scilicet ἴν. » *Boiss.*

LV, 50. Boissonad. *ibid.* p. 441 sq. — Vs. 3. « Scilicet ex ποῦς fit οὖς ex ima parte corporis pars superior. — 5. Ex οὖς, dempto ο fit ὗς, quadrupes sus. » — Cf. sequens ænigma, quod lusit idem misellus poeta!

LVI, 51. Boissonad. *ibid,* p. 449. — Vs. 4. « Qui enim demserit π, inveniet οὖς. » — Vs. 5. cod. 968 : « Τούτων δὲ πάλιν εἴ τις τὸ πρ. ξέσει. Nominis οὖς prima littera sublata, fit ὗς », *sus.*

LVII, 52. Boissonad. *ibid.* p. 442.

LVIII, 53. Boissonad. *ibid.* — Vs. 1. Cod. 1630 οὐδαμῶς ᾠόν. — Vs. 5. Cod. 968, τί σί. « Forsan τὴν σήν. » *Boiss.*

LIX, 54. Boissonad. *ibid.* In codice 968 « lemma est γήψ, quod mutavi; in 1630 est γρύψ; de avis nomine dubito : γύψ enim, vultur, ramis quercus non insidere solet, nec suem edere. Agi videtur de pico et ejus præda vermiculo, ἰκί, θριπί, alio. » — Vs. 2. « Est δρῦς, monente glossatore, in duobus codd. » — Vs. 3. « Cod. 968 θήραν, adscripta glossa, τὴν ὗν. »

LX, 55. Boissonad. *ibid.* p. 442 sq. ex iisdem codd. Bibl. Reg. Paris. 1630 et 968.

LXI, 56. Boissonad. *ibid.* p. 443. — Vs. 1. Cod. B (968) τόνον ἕνα. — Vs. 2. Cod. A (1630) βροτῷ. — Vs. 4. B, ἀρχήν. Demto κ, fit ἅλως, *area* in qua teritur frumentum. — Vs. 6. A, γέμω. — Vs. 7. A, τὴν φύσιν. B, πᾶσαν βρ. φ.

LXII, 57. Boissonad. *ibid.* p. 443 sq. — Vs. 3. « Erat malum symbolum olim amoris. Notum malis se petere amantes, qua de re videsis Burdel. ad Heliod. p. 64, Verheyk. ad Anton. Liberal. p. 5, Jacob. ad Lucian. *Toxar.* p. 66; interpr. Aristæn. I, 25, p. 563. » *Boiss.* — De mala projiciendi usu, quod amatorium erat, Græcis μηλοβολεῖν vel μήλοις βάλλειν, multa notavit Lacerda ad Virgil. *Ecl.* III, v. 64, et Claud. Berald. ad Stat. L. III, *Silv.* v. 158. — Cf. Theocr. XI, 10, Catull. LXV, 19 sq., Virgil. *Ecl.* II, 52. Ovid. *Her.* XXI, 105 sqq. Lucian. *Toxar.* 13, et *Dial. Meretr.* XII, 1, etc. — 5. « Invenies dempto κ, ἧλον, *clavum.* »

LXIII, 58. Boissonad. *ibid.* p. 444. Κάστρον latinum nomen est *castrum,* e quo si dempseris primam litteram, fit nomen ἄστρον, *astrum.*

LXIV, 59. Boissonad. *ibid.* p. 445 : « Cf. Pselli ænigma cui inscribitur τρυτάνη », *libra.*

LXV, 60. Boissonad. *ibid.* p. 446. Lemma in codice est barbare scriptum Σημαντήριν pro Σημαντήριον quod reposuimus. — Dicitur etiam σήμαντρον, quæ lignea tabula est qua pro campanis utuntur Græci. « Ob materiam σημαντήριον dictum fuit a poeta natum esse in montibus. De illo instrumento vide Allatium *De Templis Græcorum,* I, § 3; Magium *De Tintinnabulis,* c. 15, etc. »

LXVI, 61. Boissonad. *ibid.* p. 446. — Vs. 1. « Significari videtur gallus gallinaceus. » — 2. « Prudentius *Cathem.* Hymn. I, 1 : « Ales diei nuntius — Lucem propinquam præcinit. » — Vs. 3. « Persii verbis : « Mane, piger, stertis! surge. » *Boiss.*

LXVII, 62. Boissonad. *ibid.* p. 446 sq. — Vs. 3. Bis (i. est 2) $\times$ 3 = 6; 2 $\times$ 30 + 1 + 10 = 71; quæ si scribes, ut indicantur, inde fit numerus 671. Græcis enim litteris significantur numeri α = 1, ρ = 100, τ = 300, ο = 70; σ = 200, quorum summa est 671 (1 + 100 + 300 + 70 + 200 = 671).

LXVIII, 63. Boissonad. *ibid.* p. 447. — Vs. 2. « Idem enim sunt σῦς et ὗς. »


VI, n. 104 *b*.

Oraculum Pythii *Apollinis* datum Clitostheni sacerdoti Jovis pro salute urbis.

Diuturnissima Jovis ira patriam liberasti
piaculo, Terræ-motori *deo* in luco ara erecta.
Sacrifica, — ne interroges me, o civitas, — Marino [*deo* nunc
legitima, non Saturniæ Phœbæ, manu autem sacer- [dotis
quidquid frumenti fructuumque decerpitur, primi- [tias; vocetur
marinus *deus* templi-habitator, averruncus, eque- [stris, velox
sic : cum labore quidem decerptas fortiter cantate [quæ-veniunt
[fruges], quicunque de cycneo honore laboratis, [Jovem promiscue (?).
ut in choro bene laudetis Terræ-motorem *deum* et

VI, n. 107.

Pythicum oraculum omissum.

Εὔαδέ μοι χθιζὸς λίβανος κλυτοῦ ἑρμηνῆος.

VII, n. 107.

Pythicum oraculum omissum.

Placuit mihi hesternum tus incliti interpretis.

VII, n. 10, 5 *b*.

ΕΥΒΟΥΛΟΥ.

Ἔστιν ἄγαλμ', ὃ βεβηκὸς ἄνω, τὰ κάτω δὲ κεχηνός,
εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς τετρημένον, ὀξὺ διαπρό,
ἀνθρώπους τίκτει κατὰ τὴν πυγὴν ἕν' ἕκαστον,
ὧν οἱ μὲν μοίρας ἔλαχον βίου, οἱ δὲ πλανῶνται·
αὐτὸ δ' ἕκαστον ἔχειν αὐδῶ, κἄλλων γε φυλάττειν.

VII, n. 10, 5 *b*.

EUBULI.

Est effigies in altum tendens, infra autem hians,
ad pedes a capite perforata, admodum acuta,
homines parit podice singulos,
quorum alii quidem vitæ sortes adipiscuntur, alii [vero aberrant :
id-ipsum autem quodque *eos* habere jubeo, et ab [aliis cavere.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Cap. 1, n. X *b. Olympiæ.* Editum in *Archæologische Zeitung,* 1879, p. 161, n. 313; deinde in Röhl. *Inscriptt. Græc. antiquissim.* 512 *a*, cum rursus a Purgoldo tractatum esset, repeti debuit in *Archæol. Zeit.* 1882, p. 89, n. 424. Purgoldus autem existimat hunc Pantarem eumdem esse ac illum Cleandri Gelæ tyranni patrem, de quo mentio est apud Herodotum, VII, 154. Epigramma igitur forsan ad finem sexti sæculi ant. Chr. pertineret. Litteræ ΠΑΝΤΑΡΕΣ.

Cap. 1, n. X *d. Erythris.* Hamilton. *Researches* n. 231. Ross. *Arch. Aufs.* II, 67, Lebas. V, 38, Kaibel. 769. — Vs. 1. Hamilt. [Κλευ]θέρσης conjecit, Lebas. primum suppleverat [Τοῦτο Πό]σης, deinde Πανθέρσης· Lapis ΠΟΛΙΟΧ unde Lebas. Πολιούχ[ῳ], Kaibel. πτολιούχῳ. —Vs. 2. Lebas. primum [σῆκος, ὁ] δ' Οὐνήτης δε[λ]τ[ίο]ν [ἔ]τευξε τόδε, postea autem παστῷ δ' Οὐνήτης κτλ. « Rossius male παῖς Ζωίλου· 'νήτης, Onatam intelligens Æginetam, nam ut taceam quæ ferri nequit crasin vocalium interpunctione separatarum, LXX ad minimum annis antiquior fuit Onatas eo homine qui Zoili filio statuam fecit. » *Kaib.* — V sæculi ant. Chr. titulus est.

Cap. 1, n. XV. Annot. p. 62. Non omittenda sunt quæ de eodem fragmento proposuit Kirchhoff. *Corp. inscriptt. attic.* 332. Postquam Bœckhii supplementa probavit, alias tamen conjecturas addidit suas, ut in vs. 1, ἀ[πὸ ληΐδος ὠ]κ[οδ]ομήθην, vs. 2, Ἀλκίφρων [δ' ἄρα τ]όνδε, et vs. 3, Δήμητρός τε χάριν [κούρης θ' ἕνεκ'] ἠπιο[δώρου, quod supplementum recepit Kaibel. « In altero versu intellige ambulationem eorum usibus destinatam qui ad sacra celebranda convenissent. Versu denique tertio, præter Cererem matrem, Proserpinam filiam significatam fuisse patet. » *Kirch.* Qui sic est in apographo Furmontiano : ΤΟΝ ΑΕΜΕΤΡΟΗΤΕΧΑΡΙΝ.

Cap. 1, n. XVI. Annot. p. 62. Litteræ (ΚΡΟΝΙΔΑΙ), si Kaibelio, n. 743, credis, sexti ante Ch. sæculi sunt. Sic exhibet vs. 2 ἰληϝοι [θυ]μῶι τῶι Λακεδαιμονίω[ι.

Cap. 1, n. XVII. Sic legit G. Kaibel. :

Παῖ Διός, Ἐχφάντωι δέξαι τόδ' ἀμεμφὲς ἄγαλμα·
σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε γρόφων.

Cap. 1, n. LIII. Annot. p. 65. Hujusce inscriptionis fragm. repe umOlympiæ ann. 1881, editum est in *Archæol. Zeitung,* 1882, p. 181, n. 435. Litteræ ΝΑΙΘΝΚΑΙ.

Cap. 1, n. LV. Annot. p. 65. Ex novo apographo edidit K. Purgold. (*Archæol. Zeitung* ann. 1882, p. 393). Drei archaische Inschriften, 1. Inde satis constat inscriptionem ab omnibus qui tractaverant male esse restitutam. Nunc facile legitur :

Ἄρτεμι, σοὶ τόδε ἄγαλμα Τελεστοδί[κη ἀνέθηκεν,
Ἀσφαλίω μήτηρ, Θερσέλεω θυγάτηρ.
Τῶ Παρίω ποίημα Κριτωνίδεω εὔχομαι εἶναι.

Repererat G. Kaibel. Κριτωνίδεω εὔχομαι εἶναι. — Litteræ ΚΡΙΤΟΝΙΔΕΟ, Κριτονίδεο (*sic*).

Cap. 1, LXVII *b. Olympiæ* repertum 1877, primum in *Arch. Zeitung,* 1877, p. 138, tab. 15, 2, editum repetitum est ex novo apographo in eodem diario, ann. 1882, p. 190, n. 436. Epigramma restituerat Röhl. (*Inscriptt. ant.* Add. 99). Statuæ, quæ non superest, mentionem fecit Pausanias, VI, 4, ubi nos Polycleti opus fuisse docet. Litteræ ΠΑΤΡΟΣ.

Cap. 1, LXXXVI *b. Delphis. Bullet. de corresp. hellén.* t. VI, ann. 1882, p. 446 sqq. ; edidit Sal. Reinach. Facile agnoveris egregium athletam Sostratum, cujus Pausanias (VI, 4, 1) statuam Olympiæ vidit. Quod de Sostrato narrat cum nostro epigrammate satis convenit, et inde apparet circa annum ante Chr. CCCL erectum fuisse monumentum.

Cap. 1, n. LXXXIX. Annot. p. 68. Timagoras navarchus omnino ignotus est. « Ex litterarum forma conjici potest victoriam ob quam statuæ honorem adeptus est, seu in bello sociali seu dum Alexandri classis cum Memnonis classe decertaret, contigisse. » *O. Rayet.*

Cap. 1, CI *b. Elateæ.* Edidit P. Paris. in *Deltio* s. *Bullet. de Correspond. hellénig.* X ann. menss. Maio-Novembr. p. 368 sqq. Litteræ ΣΦΕΤΕΡΩΝ, inter quas Ω cum puncto ætatis bonæ, incertæ tamen, indicium est. De qua et de monumenti occasione vide editoris dissertationem, *ibid.* Confert idem de ea re oraculum quod retulit Pausanias X, 1, quodque in hac nostra sylloge cap. VI, n. 74 repetivimus. — Vs. 1. Lapis ΧΡΘΝΘΥΙΕΙ.

Cap. 1, n. CIX. Annot. p. 70. Αἴδε ποτ' Ἀσίδα γαῖαν... Sine dubio oportet pro Διὸς ναῷ scribas emendationem Διὸς Ναΐω ou Νάω. Namque ex iis quæ, excavato Dodonæ solo, invenit V. doct. Carapanus, nemo nescit Jovi in isto sacrario inditum fuisse hoc epitheton. In ejusdem ætatis documentis, et præsertim in inscriptione quam edidit ipse V. doct. Carapanus, occurrit duplex forma Νάϊος s. Νάος. V. *Dodone et ses ruines*, t. I, p. 44, n. 12. *P. F.*

Cap. 1, CXXVI *b. Athenis* repertus titulus, nunc asservatur in Κεντρικῷ Μουσείῳ. Primum editus est ab Archæologica societate, deinde in Ἐφημερίδ' ἀρχαιολογικῇ, period. III, 1883, in-4, 1884, p. 22 sq. a V. doct. Steph. Cumanude, cum annotatione. — Desideratur victoris nomen. — Sub epigrammate legitur

Ἠλίεια	Κλάρια	Ἐφέσε[ια
συνωρίδ[ι],	ἵππῳ,	ἵππῳ.

Litterarum forma ΔΟΞΑΜΕΝ. — ΣΥΝΩΡΙΔ. sinit titulum referre ad secundum ante J.-C. sæculum. —Vs. 3. Cumanudes verbis ἔργων ἐν ἁμίλ-

λαις credit significari varia pancratii certamina, corporis opera s. labores.

Cap. 1, n. CXXVIII. Annot. p. 72. Sic interpretatur G. Kaibel. *Epigr. gr. etc.* n. 783 : « Quindecim viri, quorum nomina infra scripta, aliunde Cnidum profecti Cnidiam civitatem adepti sunt eorumque auspiciis (προστασίᾳ) Mercurius, quem olim in ipsorum patria maxime coluerant cuive ut mercatores inprimis addicti erant, Veneri socius conlocatur. »

Cap. 1, CXXVIII *b. In Thracia.* Ex magno Monasterio orientalis Romuliæ provinciæ Kabacles, circiter decem horis septentr. occid. Adrianopolis sito missum edidit Tsuntas, *Ephemer. Archæol.* period. III, 1883, Athenis, 1884, in-4, coll. 263-264. Incompti sunt versus, et quos non restituere tentavit editor. — Vs. 3. Fortasse legendum ἀνὰ Ξαπάκην, pro Σαπάκην. Σαπαικὴ s. Σαπαϊκὴ (χώρα), Sapæorum regio est, quam pertransiit Xerxes Græciam petens (Herodot. VIII, 110). Sapamce nusquam alibi occurrit, neque Dodoparus. — Vs. 4. Post αὐτὰρ adjice δ'(ε). Lapis habere videtur ΑΥΤΑΡΟΙΕΤΗΣΑΝΤΟ, fort. αὐτὰρ δ' ἐστήσαντο.

Cap. 1, n. CLXVIII. Annot. p. 75. Primus edidit cum notis S. K. Œconomos in *Eunomia,* 21, 24 et 28 januar. 1864.

Cap. 1, CLXXIV *b. In Piræo.* Edidit Iac. X. Dragazes, *Ephem. Archæol.* period. III, 1884, Athenis, 1885, in-4, coll. 49-50. — Vs. 1. Lapis habet ΤΟΝΔΕΛΕΩΣ.

Cap. 1, n. CLXXVI. Annot. p. 75. Longpérier. *Oper.* t. II, p. 242. Vs. 1. Stelæ lapis habet ΘΕ pro ΔΕ, ΕΥΦΡΑΤΗΣ, pro quo melius legas ΕΥΦΡΗΤΗΣ, coll. Herodoto I, 180, Antipatr. *Anth. Palat.* IX, 297 etc. — Vs. 2. ΕΠΗΛΚΕΙΣΑ (?), si apographo credendum; fortasse ΕΠΗΚΛΕΙΣΑ, quod si receperis Η pro Ι erit habendum. Scribo ἐπεκλείσα, utpote ubi Η pro Ε accipi potuerit. — Conferendum huncce vs. cum pentametro in inscriptione anaglyphi Danao dedicati (Phil. Lebas. *Rev. Arch.* 1846, p. 85) :

Ἐννάκι πυκτεύσας ᾤχετο εἰς Ἀΐδην.

Cap. 1, CCXXIV *b. Olbiæ,* mense Augusto 1884, est nunc Odessæ. Edidit B. Latyschev. (*Inscriptt. antiq. oræ septentrionalis Ponti Euxini,* etc. vol. I, 4. Petropol. MDCCC LXXXV, p. 96, n. 58). Epigrammati præscriptus est hic titulus : Ἀγαθῇ τύχῃ. Ἀπόλλωνι Προστάτῃ οἱ περὶ Ὀμψάλακον Εὐρησιβίου στρατηγοί· Παπίας Παπίδονος, Ἄδνωζος Ἀδνάκου, Ἀβλώνακος Ἀρσηουάχου, Εὔπλους Κ[α]λανδίωνος, Νουμήνιος Ῥαδαμψῶν[τ]ος ἐπεσκεύασαν τοῦ Ἀπόλλωνος ν[α]οῦ τὴν τεδροφὴν [κ]αὶ [κ]ύκλωθεν τὰ ἐλλεί[π]οντα, [κ]αινίσαντες ὑπὲρ τῆς πόλεος [κ]αὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγείας. — Vs. 1. « Supplementum quod est Λητοῦς υἱὲ magnæ esse dubitationi obnoxium fateor : nona enim a fine littera videtur potius fuisse Η; sed quid magis conveniret, neque ipse vidi, neque vir poetici Græcorum sermonis longe peritissimus A. Nauck... » — Vs. 31. « Idem ἐν ὄχλοισι proposuit dubitanter pro simplici ὄχλοισι, quod ipse conjeceram. » Σηκοὶ de uno templo pluraliter dictum vid. infr. in epigr. 283 B, vs. 9, ubi pro Διὸς ἱερὸς ἥκων legitur Διὸς, ἱερὰ σηκῶν. — Ad ætatem tituli constituendam cf. n. 21. ejusdem sylloges, in quo occurrunt nomina eadem : ἐπὶ ἀρχόντων τῶν περὶ Ὀμφάλακον Εὐρησιβίου, κτλ., qui secundi post Chr. sæculi esse creditur, ut in n. 63 Εὔπλους Καλανδίωνος et in n. 50, Νουμήνιος Ῥαδαμψῶντος nomina.

Cap. 1, CCXXIV *c.* In Xenoph. *Ephesiac.* I, XII.

Cap. 1, CCXLII *b. Epidauri.* Edidit Cabbadias Ἐφημερ. ἀρχαιολογ. period. III, 1883, in-4 Athenis, 1884, col. 151. — Κατ' ὄναρ. Cf. ejusdem collect. n. 37 : Ἀπόλλωνι ἑκατηβελέτῃ ὁ ἱεροφάντης Διογένης κατ' ὄναρ; n. 43 : Ἐλέου βωμὸν Ἱεροκλῆς κατ' ὄναρ; n. 62. etc.

Cap. 1, CCXLIX *b. Athenis,* in Arce. Hujus distichi sensum difficilem sic explanavit V. d. Semitelus (Ἀρχαιολ. Ἐφημερίς, III period. 1883; IV. 1884, col. 36, 3), quod memorat *ibid.* V. doct. Mylonas. : Φίλων ὁ θαυματοποιὸς ἐν ἀγῶνι θαυμάτων νικήσας Ἰσόπολιν (pro quo scripsit metri causa Ἴσπολιν poeta) τὸν υἱὸν τοῦ Ἀρεσίου ἀνέθηκε τῇ Ἀθηνᾷ τὸν τριποδίσκον.

Cap. 1, CCLIII *b. In insula Delo,* ad rivulum Inopum. Edidit Sal. Reinach. *Bullet. de Corresp. hellén.* t. VII, ann. 1883, p. 330 sq., n. 1. Ἄσπασις viri nom. pr. pro Ἀσπάσιος, breviore desinentia, ut sæpe fit in nominibus in ιος. Litteræ ΠΑΙΣ.

Cap. 1, CCLXVI. *Eleusine.* Ἐφημερ. ἀρχαιολ. 1883, coll. 141-142, n. 15 (134), edit. a Philio qui notat honoratæ mystæ Clementianæ nomen non esse in Papæ Lexico.

Cap. 1, CCLXVI *c. Eleusine.* Ἐφημερ. ἀρχαιολογ. period. III, 1883, Athen. 1884, in-4, coll. 145-146 sq. n. 19 (32), edente Philio. — Vs. 3. Ἀρήιος Ἕδρη idem est ac Ἄρειος Πάγος = ἡ ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλή. — Vs. 4. ἐς γέρας = honoris causa. — Vss. 5-6 νύκτες — λαμπόμεναι. Cf. infr. n. 115 *b* epigr. ibid. repertum : Ὦ μύσται, τότε κτλ. vs. 2.

Cap. 1, CCLXXXVII *b. Eski-Zaghra,* in Hæmi montis regione, repertum jam ediderat ann. 1868 in *Pandora,* p. 457, V. doct. G. G. Pappadopulus; ex meliore apogr. cujusdam Americani evangelii præconis, nomine Bond., rursus edidit A. Dumont in *Bullet. de Corresp. hellén.* 1878, p. 401, unde G. Kaibelius in *Mus. Rhen.* 34, 212, qui supplevit τὸν in vs. 1, quanquam in lapide nullum sit lacunæ indicium. Nihil etiam ejusdem vs. initio mutilatum significatur. — Dumont, Τήρης Παιων?..... In Bondi apogr. lapis ΤΙ-ΙΡΙ-Ι, ΕΠΑΜΝΙ, ubi sigma quadratum Ϲ habitum fuit pro Ε. Exempli causa Ἀν]τήρης supplevi.

Cap. 1, CCXCII *b.* Asiæ Minoris ineditæ inscriptiones. Hæc *Tarsi* in Cilicia reperta est et data *Deltio,* i. e. *Bullet. de Corresp. hellén.* a V. doct. W. M. Ramsay, t. VII, ann. 1883, p. 325 sqq., n. 54. Subter scriptum est : ἐπὶ γραμματέων τῶν περὶ Νέωνα τὸ β' καὶ Λούκιον τὸ β' καὶ Ἀλέξανδρον τὸ β' καὶ Μυραγένην τὸ β'. Οἱ αὐτοὶ γραμματεῖς τὴν στατιῶνα ἐκ τῶν ἰδίων [τ]ῷ ἱερῷ συνεργίῳ. Erecta est inscriptio in honorem Tarsensis civis non nominati, qui evectus fuerat ad consulatum et cujus filius senator romanus factus fuerat. Σύγκλητος βουλὴ romanus senatus differt a βουλὴ vs. 7, Tarsensi senatu. Imperatores, βασιλῆες, fortasse sunt Septimius et Caracalla. Litterarum enim forma (ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΕΞΗΣ) melior esse quam pro ætate recentiori videtur. — Vs. 5. Tres coronæ

tria sunt Demiurgi, Cilicarchæ et Gymnasiarchæ officia. — Vs. 6. Lapis habet ΠΑΠΕΙΝ, quod lapicidæ errore factum videtur pro ΠΑΤΕΕΙΝ, cum sensu, *ut incedat superbus. Ramsay.*

Cap. 1, CCC *b*. Repertum *Ergissa*, hodie *Eski-Zaghra*, primum cum nonnullis erroribus editum est in *Deltio*, i. e. *Bullet. de Corresp. hellén.* t. V, p. 130, deinde rectius in iisdem *tabellis*, t. VI, p. 180; inde repetitum est in *Monatsbericht der kœniglich preussischer Academie Wissenschaften zu Berlin*, mai 1881, p. 441. — Litteræ ΝΕΙΚΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ. — Vs. 1. *Delt.* V. legebatur [Π]είου *Pii*. — Vs. 4. *ib.* μέ[τρ]ων; lapis ΜΕΙΜΩΝ.

Cap. 1, CCCXIX *b*. Edidit Comparettus in *Museo italiano*, fascicul. II, p. 221 sqq. — Vs. 2. Στώλιος, ἐθνικὸν Στώλου. Στῶλος, πόλις μία τῶν ἐν Θράκῃ βαρβαρικῶν, ἃς μετήνεγκαν ἐκ τῶν Ἠδωνῶν οἱ Χαλκιδεῖς εἰς τὰς αὐτῶν πόλεις. Steph. Byz.

Cap. 1, CCCXXIX *b*. *In insula Chio*. Edidit B. Haussoullier. *Bullet. de corresp. hellén.* t. III, ann. 1879, p. 326. — Vs. 1. De voce ναὸν sepulcrale monumentum significante cf. editor G. Kaibelii *Epigr. græc. e lapid. conl.* 109, 7, non sine tamen dubitationis signo. Εὔγραπτον lexicis et *Thesauro* etiam deest. Confert idem eumdem Kaibel. 97, 2. (in hac nostra syllog. II, 436) Εἰκόνα μὲν γραπτάν... — Vs. 2. στοργᾶς ἀντιτίνουσα, cf. editor aliud epigramma quod et ipse dedit, *ibid.* p. 316, n. 4, nos autem retulimus supr. *Epigr. sepulcr.* II, n. 125, de alia Aspasia, ὀργῆς δ' ἀντ' ἀγαθῆς...

Cap. 1, CCCXXXI *b*. *Olympiæ*. Edidit ex Purgoldi apographo W. Dittenberger. *Archæol. Zeitung*. 1880. p. 54, qui titulum hunc esse II part. tertii p. Chr. sæculi arbitratur. — Vs. 2. Confert editor epigr. *C. I. Att.* III, 776: Πλούταρχον, σταθερῆς ἕρμα σαοφροσύνης. — Vs. 3. Ἕλληνες i. e. τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν.

Cap. 1, CCCXLVII. Editum in *Bulletin de Correspond. hellén.* VI. Jun. 1884, p. 380. — Vs. 3. Supplevi [ἐπήρ]ατα, *valde-amabilia*, id est facta propter quæ amari debuit. Ῥώμης δ' ἐνικάθ..... significari vult titulus Hermolaum in senatum romanum admissum fuisse.

Cap. 2, XXXIX et Annot. pp. 98 sq. et 228 col. 1. Hoc epigr. quod inter dedicatoria jam dedimus, hic inter sepulcralia reponere visum est utpote quod ad utrumque genus referri posset, et cui nonnihil de scripturæ varietate adjici deberet.

Cap. 2, LIII *b*. Exhibebat Ariæthus Tegeates historicus, cujus hunc locum servaverunt Schol. Venet. *Iliad.* Δ' 319, et Schol. Victor. l. l.: « Pylii et Arcades de ditionis finibus belligerabant circa Ancæum montem. Nestor ad singulare certamen Ereuthalionem, Hippomedontis vel, ut nonnulli dicunt, Aphidantis filium, provocavit eumque occidit, et præ gaudio locum quem pro certaminis arena circumscripserant, transgressus est. Tum vero Arcades, palpitante adhuc Ereuthalione, irruentes in Pylios, manumque conserentes, victoria potiti sunt. Deinde sepelierunt Ereuthalionem amici, tumuloque inscripserunt hæc: Ἐνθάδ' Ἐρευθαλ. » — Vs. 1. Schol. Ven. Ἐρευθαλίωνι φίλοις τ' ἐπὶ... — Vs. 2. id. βασιλῆς... Ἱππομέδοντος. Cod. Lips. Ἱπποδάμαντος. — Vid. Carl. Müller. *Hist. græc. Fragm.* t. IV, p. 318.

Cap. 2, LIII *c*. *Pheris* (*Velestino*) Thessaliæ. Paul. Monceaux, *Bullet. de corresp. hellén.* t. VII, ann. 1883, p. 61, n. 15. Litteræ ΣΩΙΞΩΝ. In verbo primo, ut videre est, ι adscriptum est.

Cap. 2, CXXI *b*. *Athenis*. Reperit Anastasius Bulgaris; edidit E. Potier. in *Bullet. de Corresp. hellén.* t. IV, ann. 1880, p. 131. Stela quadrata, in qua inscriptio est, habet etiam anaglyphum quod hydriam repræsentat; in hydria legitur Νικόμαχος Πε(ι)ρ[α]ιεύς. Ex Demosthenis loco (*In Leochar.* 18 et 30) conjici potest hydriam positam fuisse in cælibum sepulcris. Esse videtur epigramma medii sæculi IV ante J.-C. — Vocabulum φιλοπρόβατος non alibi usque adhuc quam apud Christianos auctores et sensu quidem sacro inventum est. *E. P.*

Cap. 2, n. CXXX. Annot. p. 232. Epigrammatis in Σαρδανάπαλλον tres sunt apud Clementem Alex., sic dispositi versus 4, 5, 3. Ab Clemente videtur eos sumpsisse Theodoretus *De cur. aff. Gr.* XII, p. 179, 14, περὶ πρακτικῆς ἀρετῆς. Var. Vs. 4. μετ' ἔρωτος. — Vs. 3. βασιλεύσας. — Tzetzes, Chil. III, Hist. 95, quinque primos versus, i. e., ut videtur, totum epigr. ex Diodoro Sicul. retulit.

Cap. 2, CXXXI *b*. *Salamine* (hod. *Kolouri*). Edidit *Bullet. de Corresp. hellén.* ann. 1882, tom. VI p. 534 sq., Paul. Monceaux, qui ex litterarum (ΛΟΓΧΙΣ) forma existimat hanc inscriptionem esse quarti ante Chr. sæculi. — Vs. 4. Λογχίς adhuc ignotum nomen.

Cap. 2, n. XLIV. Annot. p. 462. Idem epigramma exstat in exeges. in Iliada p. 24, ubi vs. 2. est ὀξυκόμοιο, ap. Tzetzem autem ὑψικόμοιο, qui vs. 3. pro ἄγκειμαι exhibuit ἄγκειται.

Cap. 2, CLXXIII. *Elateæ*. Edidit P. Paris in *Deltio*, s. *Bullet. de Corresp. hellén.* X ann. p. 382 sq. Supra scriptum est Ἐπὶ Δαμοτίμῳ. — Litteræ ΣΤΕΝΑΞΟΥΣΑ.

Cap. 2, CLXXIII *c*. *Elateæ*, hod. *Drakhmani*. Editum in *Deltio* s. *Bull. de Corresp. hellén.* ann. 1881, t. V, p. 450 sq. a Mondry-Beaudouin. Supra scriptum est Ἐπὶ Φίλᾳ. — Ἐπὶ Διονυσίῳ. — Vs. 2. Fortasse supplendum ἐκεῖ. — Vs. 3. [Παρ]όντα. — Vs. 4. Supplementum γλυκύτατος quod succurrit, rejiciendum, quum prima sit correpta syllaba, nisi quantitatis mendam admiseris.

CLXXXI *b*. Rhodi. *Bullet. de Corresp. hellén.* IX (1885), p. 117.

CLXXXII *b*. In Naxo insula repertum, sed a Paro, ut ex vs. 12 apparet, allatum, edidit J. Martha in *Deltio* s. *Bullet. de Corresp. hellén.* t. VI, 1882, p. 245 sqq. Ex litteris (ΜΥΛΑΣΕΕΣΣΙ) ditione romana prius est monumentum. — Vs. 1. suppl. V. d. Weilius Πατ[ρὶς γαῖα μ' ἐ]πεμψε. — Vs. 4. Μυλασέες, Χρυσέοις, etc. ionice, et βιοτάν, ἐμᾶς ἀρετᾶς etc. dorice, mixtis, ut sæpe, dialectis. — Vs. 5. Martha ἀμφὶ πῦρ, correxit Egger. — Vs. 7. Martha σὺν ὁμόπλοος, melius legit idem. — Vs. 8. τά[ξιν], proponebat Egger. τά[ξει], ut πόλεῖ quod postulat metrum, pro πόλει. — Vs. 10. Ejusdem est ἐκ]δέδεκτο pro ἐν]δέδεκτο quod exhibuit editor. — Vs. 11. Martha τέφρ' ἀνεκόμιζε, « quod recipi non potest ob tres syllabas breves ἄνεκό... » *Egger*. Proponebat Weilius

πατρὰν, poet. pro εἰς πατρ., ἐκόμιζε. — Vs. 13-14. a στοργαὶ pendet ἀντέλαβον.

CXCVIII *b*. *Neapoli de viis* (Νεαπόλει τῶν βοιῶν) in Peloponneso. F. Durrbach. *Bullet. de Corresp. hellén.* t. IX, p. 518 sq., cujus sunt supplementa. Miscentur dialecti, adsunt nonnullæ doricæ formæ, ut vss. 10. Ἀρτέμιτος, 13. Τώρα, μοτὸν pro μογόν. Cf. Hesych. μοτῆσαι, κακοπαθῆσαι, — pro μογῆσαι.

CXCVIII *c*. Hecce fragmentum epitaphii quod, ut satis apparet, distichis conscriptum fuit, repertum est in Peloponneso, loco dicto *Piali*, et editum a F. Durrbach. *Bull. de Corresp. hell.* t. IX, p. 512.

CXCVIII *d*. *Symæ*. Edidit Aristarches, *ibid*. p. 79, et supplevit, adjuvante Mordtmanno. —Vs. 2. Confert epigr. Pholegandri *C. Insc. gr.* 2445 : Χαίρειν τὸν κατὰ γᾶς εἴπας κτλ. — Vs. 3. Restitutum est ex inscriptione Delia : Δὶς δέκα καὶ δισσοὺς πλήσας ζωῆς λυκάβαντας. Ex litterarum forma, præsertim Ξ, titulum esse conjicit V. d. Aristarches primi ant. Christ. n. sæculi. — Vs. 5. ἐρίδοντας rarum et dubium; ab ἐρίζειν an ἐρείδειν, incertum.

CXCVIII *e*. In campo Atheniensi, loco dicto *Peristeri*. A. Hauvette-Besnault, *Bullet. de Corresp. hellén.* 1884, p. 470. — Subscriptum est ὁ συντραφείς μοι προνόησέ μου. — Litteræ ΑΜΦΩΠΑΤΡΗΣ.

CCXLII *b*. *Arcesinæ*, in Amorgo insula. Edidit B. Haussoullier. *Bull. de corresp. hellén.* ann. 1884, p. 448 sq. — Vs. 2. Cf. *Anthol. lat.* III, 102 :

Crispe, meæ vires, lassarumque *ancora* rerum.

— Vs. 3. Conjicit editor juniorem Philostorgum subito quodam terrore abreptum fuisse. — Vs. 6. Novum inauditumque adhuc vocabulum ἀκρεσπέριος.

CCXLVII *b*. *In insula Naxo*, in urbe hodie dicta *Naxia*. Edidit J. Martha, *Bull. de Corresp. hell.* II, t. IX, p. 502 sq. — Vs. 5. Cf. hujusce volum. II, n. 241, vs. 7.

CCLIV *b*. *Panticapæi*. Edidit I. Mordtmannus in Appendice tom. XIII Syllogi Constantinop. a. 1881, p. 17. Notat editor jam nota esse Gastei et Choregionis nomina ap. Bœckh. *C. I. Gr.*, 2130 et 2131; notat etiam ea quæ jam edita sunt Panticapæi epigrammata nihil conferre ad supplendas nostri tituli lacunas. Itaque dubia esse videntur supplementa. — Vs. 2. Animadvertendum συμβίῳ duabus syllabis, per συναίρεσιν. — Vs. 5. Libentius crediderim πάτρας barbarica quadam syncope esse pro πατέρας, parentes, i. e. patrem ac matrem.

CCLV *b*. *Sevri-Hissar*. *Bullet. de Corresp. hell.* t. IV, ann. 1880, p. 179 sq. Supra scriptum est. . . . . : . . . χρησ]τὴ χαῖρε. Ὁ δῆμος [Τ]ηί[ων]. Ὁ δῆμος ὁ Λεβεδίων. Οἱ ν[έ]οι. Ὁ δῆμος Κλαζομενίων. Οἱ Ῥωμαῖοι. « Ex his adolescentibus (νέοις) qui hîc cum Lebedi et Clazomenarum incolis adsunt, ἐφήβων collegio simile constabat collegium. Ῥωμαῖοι sine dubio sunt romani negotiatores in Teo commorantes ut alii qui Erythris et multis aliis urbibus græcis domicilium sedemque habebant (*E. Pot.*, *Hauv. Besn.*), nonnunquam vocabulo πραγματευόμενοι designati.

CCLV *c*. *Eumeniæ* (Emeldjik) Phrygiæ. Edidit P. Paris cum nonnullis aliis a se collectis in *Deltio* seu *Bullet. de Corresp. hellèniq.* 1884, p. 238 sqq. Litteræ ΖΩΟϹ ΕΤΕΥΞ. — Editoris sunt supplementa, præter θνητοὶ (vs. 11), quod. v. c. tentavi.

CCLVII *b*. *Athenis*. In *Delt.* s. *Bullet. de Corr. hell.* X ann. mens. februar. 1886, p. 162 sq. edidit M. H. — Supra scriptum est Γῆρυς ἰσοτελής. — Νικὼ Γήρυος γυνή, Θεόφιλος ἰσοτελής. Unde apparet titulum esse peregrini qui iisdem legibus cum civibus vivebat, ejusque uxoris et filii esse epitaphium. Versus, 1, 3, 5 et 6 præsertim, sunt incompti.

CCLVII *c*. *Athenis*. Editum a M. Beaudouin. in *Deltio* s. *Bullet. de Corresp. hellèn.* t. VI, 1882, p. 185. —Vs. 2. Notat editor εἴσχυσα « cum augmento », qui non vidit εἴσχυσα hîc esse pro ἴσχυσα sicut supra in eodem titulo Μειλήσιος pro Μιλήσιος, ut scribi solet in inscriptionibus ει pro ι longo. Idem sibi videre finxit « tres hexametros versus », ubi duo tantummodo sunt et pentameter, de quo confert Kaibel. *Epigr. gr. I*, *Attic.* n. 156, ubi exhibetur recta forma pentameter versus, dum hîc habeas (vs. 3) imperfectum hexametrum, uno pede carentem.

CCLXXXIII. Annot. p. 245, col. 2. Rursus editum est a G. Cousin. in *Deltio*, ann. X, mense martio 1886, p. 178 sq. — Vs. 4. Lapis habet ΑΣΤΟΡΓΟΥ. — Vs. 8. « Nomen φέροπλος adjunctum indicare Epirum tunc temporis sui fuisse juris videtur. Haud deterioris igitur ætatis foret titulus, cui opinioni non obstat litterarum forma : » ΑΤΕΡΜΩΝ. — Supra scriptum est Δαμοκράτης Διονυσίου ἔτων ια, χαῖρε.

CCCXX *b*. « *Aquileiæ*, nunc Venetiæ, sub protome infantis monstrosi. Ex Letronnii apographo, Welckerus, *Syllog.* 91 *, » inde G. Kaibel. n. 706. sub disticho legitur ἐν ἔτει ΞΠ. . . . . . . ΙΕ. — Vs. 1. κύδωνος, non Κύδωνος scribendum puto, eodem sensu quo ap. Nicandrum, *Alex.* 234, βλοσυροῖο κύδωνος, id est Cydonii aut Cotonei mali. Unde quæ verisimilis est sententiam elicio : « formam Cydonii mali propinquam. » Nota etiam apud Nicandr. βλοσυροῖο epitheton, quocum satis conveniunt nostri epigr. verba θάμβος ἐοῦσαν ἡμῖν. Nihil enim turpius odiosiusque Græcis figuræ concinnæ studiosis videri potuit quam incondita suique dispar istius mali forma : cujus et color ipse in malam partem cessit nobis : *jaune comme un coing*.

CCCLXI *b*. A. B. *Cyzici*. Edidit S. Aristarchus in Appendice t. XIII Syllogi Constantinop. ann. 1881 p. 20 et s., cum notis. Litteræ ΑΣ. Ad Hadriani tempora titulos hos refert editor. Quos inter exsculpta sunt anaglypha duo, aspicientis sinistra, corona laurea cum vittis; dextra autem, eques imberbis, chlamydatus. Sequitur puer ferens tunicam utrinque manicatam.

A. Vs. 1. Ποσιδώνιον, sic, metri causa; cf. seq. epigr. Ποσειδώνιε. — Posidonii Menander, Menandri filius, erat pater, mater Moschion. — Duo hæc epigrammata libenter credam inscripta fuisse in sacello in Posidonii juvenis honorem a parentibus præsertimque a matre ædificato, quod genus dicebatur ἡρῷον, qualia fuere Regillæ, Herodis Attici uxoris, Pomptillæ, Cassii Philippi, Casalibus Sardiniæ, pueri Q. Sulpicii Maximi sepulcra, etc., de quibus adi supra cap. I, 263-4; II, 236, 258, et notas. Non confundendum enim cum tumulo *heroum* est, quod magnificis tantum sepulturis adstrui sive superstrui

solitum est (*Herodot.* V, 47 : ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἡρώϊον ἱδρυσάμενοι), ac pro fano coli, ubi Manes pro diis haberi cœperunt, et mortuus quisque homo suorum heros dictus est.

B. Vs. 6. Traditur τέφρῃ, correxi. — Vs. 7. παναλγὴς lexicis abest.

CCCLXVII *b*. Juxta *Cyzicum*. Edidit in Appendice Syllog. Constantinop. 1881, p. 18 sqq. S. Aristarches ex apographo quod miserat G. I. Kutzus, notasque addidit. Ex versuum textu formaque litterarum ΡΣ conjicit titulum esse secundi p. Chr. nat. sæculi.

CCCLXXI *b*. Apud Xenoph. *Ephesiac*. III, II.

CCCLXXII *b*. In ruderibus prope *Mangaliam*. Misit, postquam ediderat in Diario quodam Smyrnæ, Aristot. Fontrier. ad *Deltion* (*Bull. de Corresp. hellen.*), ubi iterum exhibitum est, minusculis litteris, sine commentario, ann. 1882, p. 442. — Supra scriptum est Νικία.

CCCLXXII *c*. Asiæ Minoris inscriptt. Allatum ex *Aidin*, edidit Ramsay in *Deltio*, *Bullet. de Corresp. hellén*. t. VII, ann. 1883, p. 277 sq. n. 21. — Vss. 3-5, anapæstici, sex lineis constant, inter quas parvæ sunt litteræ quæ quid velint se non intelligere fatetur editor, sic dispositæ : C Z̄ KIZ Ī

ΟΣΟΝΖΗΣ ΦΑΙΝΟΥ
K̄ I Z IK O
ΜΗΔΕΝΟΛΩΣΣΥ
C̄ ΟΦ C KZ
ΛΥΗΟΥΗΡΟΣΟΑΙ
I KI K C̄ ΟΦ
ΓΟΝΕΣΤΓΤΟΖΗΝ
C K O I Z
ΤΟΤΕΛΟΣΟΧΡΟ
K C C̄ CX]
ΝΟΣΑΗΑΙΤΕΙ

Sub toto titulo scriptum ΣΕΙΚΙΛΟΣ ΕΥΤΕΡ[ ]ΖΗ, Σείκιλος Εὐτερ[πὴς] ζῇ, Sicilus Euterpes vivit. Euterpes videtur esse non patris nomen, non Sicili cognomen, sed epitheton quo significatur Sicilum ad delectationem vivere ; etenim tres sententiæ. Quas insculpi, ni fallor, voluit in monumento quod vivens sibi erigi jussit, indicio sunt quantum Epicureis præceptis confideret.

CCCLXXIX *b*. *In monte Pago* Asiæ Minoris, ex apographo et impressione ab Aristot. Fontrier. communicatis edidit M. C. in *Deltio*, s. *Bullet. de Corresp. hellén*. t. VII, ann. 1883, p. 278 sq. Subter scriptum est Ποσειδώνιον Διονυσίου τοῦ Ποσειδωνίου. — Ὁ δῆμος, ut supra, in corona. — Vs. 3. Lapis habere videtur ΠΟΛΕΙΟΣ, ubi forsan scriptum fuit ΠΟΛΗΟΣ. — Litteræ ΕΞ ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

CDXXIV *b*. *In insula Naxo,* in vico dicto *Khalki,* edidit J. Martha, *Bull. de corresp. hellén*. t. IX, p. 501 sq. Præter tres versus fere integros quos damus supersunt nonnulla aliorum vestigia. Supra ὁμοῖον οὔνομα... ἐσορᾷς τύμβον... ἀνθῶν οὐδέν..; infra autem ἄλγει....... στρος ἑῆς ἀλόχ[οῦ]..... νηπ[ια]χῆς φιλάγαθος ὁρμῆ[ς]..... στήλην ἀνέθηκεν· σῆμα παρερχό[μενος]..... Litteræ ϹΩΦΡΟϹΥΝΗ.

CDXLVII *b*. *In Imbro insula*, non procul ab antiqua urbe. Edidit Nicephorus Imbrius in Appendice tomi IV Syllogi philol. Constantinopol., 1881, p. 7, epigr. η'. — Dubia editori videntur nonnulla sua supplementa. —Vs. 1. Fortasse scribendum Ἐπαινός. — Vs. 5. Scriberem libenter ἀθροὰ, *summatim*. — Vs. 9 sq. ἀλλὰ πεσόντος κτλ. Non satis perspicua sententia est. — Habes totius familiæ epitaphium.

CDLXII *b*. In vico dicto *Gurbeti* in Bulgaria repertum exhibet *Monatsbericht*, etc. p. 448. — Vs. 1. γαστρὸς, probabile est; traditur ΕΓΚΕΛΟϹ. —Vs. 2. Traditur ΔΙΑΡΟΝ, legi δ' ἱερὸν. —Vs. 3. Initio superesse videtur ενοον, ubi et conjici potest ὀψίνοον pro ὀψένοον.

DXXXIX *b*. Repertum in loco Angliæ hodie dicto *Brough*, ubi erat Romanorum tempore militaris statio cui nomen erat *Verteræ*, editumque est ab. A. H. Sayce in *The Academy*, august. mens. 2, 1884. Unde repetierunt multi, inter quos Demitsas in Ὥρα, 17 aug. 1884. — Vs. 1. Lapis habet τῃς. — Vs. 3. Angl. apogr. Πάρθ[λ]ου, unde Angl. versio : « Farewell, thou child of Parth(l)os ». — Vs. 4. Κιμμερίων et ἔπτῃς verba a Nicholsono restituta sunt, quorum hoc editori græco dubium videtur. —Vs. 5. Sententiam Sayce desperatam credit, cujus tamen partem supplere tentavit κου ψευσει α[ιν]ο[ν] γαρ ο παις Ερμης ανα sic vertens : « And thou, [traveller], wilt not speak falsely, for the lad Hermes... » Idem subjicit Cimmeriorum terram esse, ut solet, Caledoniam.

DCXXXIII. Annot. p. 274, col. 1. Λασκεπτὸν melius scriberetur, quod magis litteris traditis conveniret, ΛΑΣΚΕΠΟΝ, Π et Τ colligatis et probabilius etymon præberet ΛΑ-ΣΚΕΠΤΟΝ, *valde-spectatus*. Σκεπτὸς nomen viri est in inscript. attica ap. Bœckhium, n. 272, et Sceptus (C. Julius) Augusti libertus in inscriptione ap. Kellerm. *Disputat. de accentu lat*. p. 137.

DCXLI *b*. *Smyrnæ,* in præfecturæ ædibus (ἐν τῷ νομαρχείῳ τῆς πόλεως) repertum edidit, quod jam per Aristot. Fontrier. in lucem venerat in quodam urbis ejusdem diario, in *Bullet. de Corresp. hellén*. ann. 1882, p. 443, V. doct. S. R. Sub tetrasticho legitur, Ποντιανὸν ἐτῶν ί, Ποντιανὴν ἐτῶν ϛ'. Χρ[ηστ]όδωρος καὶ Μαρίνα τὰ ἀείμνηστα τέκνα. Pontianus et Pontiana liberorum, Chrestodorus et Marina parentum nomina sunt.

DCXLI *c*. *Smyrnæ*. Editum in Diario quodam scholæ Evangelicæ nomine ab Aristot. Fontrier., ab eodem missum est ad *Deltion* ubi est ann. 1883, t. VII, p. 503, sine ullis notis. — Vs. 2. Meliori forma foret δακτυλιοκοιλογλύφος, sed non recipi a pentametro posset. Verum quidquid id est, non ad hoc epitaphium ipsum hoc vocabulum fictum fuisse credideris, quo designatur non peculiare opificium, sed cælaturæ opus annulis ad usum sigillorum adhibitæ. — Litteræ ΖΗΣΑΣ.

DCLXXI *b*. *In Cataonia*. In *Deltio* s. *Bull. de Corresp. hellén*. t. VII, ann. 1883. W. H. Waddington. ex apographo Caroli Wilson. a Ramsay edito, *Journal of Philology*, XI, p. 150. — Litteræ ΠΡΩΤΟϹ ΓΕΝ.

DCLXXI *b*. *In Cataonia* (*Gouksun*), in cœmeterio. *Deltion*, s. *Bullet. de Corresp. hellén*. t. VII, ann. 1883, p. 147, n. 36, ex apographo Claytoni, W. H.

Waddington, sine ullo commentario. — Litteræ ΔΥϹⲘΟΡΟϹ.

DCLXXI *c*. *Cadyandæ* in Lycia, in vico *Usumlii* hod. dicto, inscriptionem hancce repertam ediderunt V. d. G. Cousin. et Car. Diehl. *Delt.* (*Bullet. de corresp. hellén.* X ann. jan. 1886, p. 65) qui notaverunt formas ω et Ω esse in titulo. — Vs. 4. De sententia cf. Lebas. et Waddington. *Inscript. d'Asie Mineure*, 1270.

DCLXXX *b*. In *Ægypto*, in vico dicto *El-Haçayah*. E. Miller. *Bullet. de Corresp. hellén.* t. IX, 1885, p. 144 sq. — Vs. 1. Lapis ΡΙΝΑΙΟΝЄΙ. — Vs. 2. Lapis ωΚΑΛΛΟΥΣΤωΙ. — Vs. 4. Lapis ΥΠΟΠΗΔωΝ, πήδων pro παίδων. Obstat sensus quominus legatur ὑπ' ὀπήδων. — Vs. 5. κατίναι pro κατιέναι fortasse ortum est ex confusione formæ epicæ κατίμεν cum usitata forma κατιέναι. — Vs. 6. Post χάριτας habet lapis τοῖς.

DCCIV *b*. *Chalcedone*. Edidit A. Leval. in *Bullet. de Corresp. hellén.* t. VII, ann. 1883, p. 517, majusculis litteris, ΕΞⲘΟΝΑΔΑϹ ΕΤΕωΝ. Crucis figura non indicatur christiani esse titulum.

DCCV *b*. In *Excerptis de Sentent.* Constant. Porphyr. p. 270-271, inter Eunapii relliquias edidit C. Müller, *Fragm. historic. græc.* vol. IV, p. 33. — Musonius hic philosophus sub imp. Joviano vixit. — De quo Suidas v. Μουσώνιος : Quæcunque verò optima exstiterunt, si quis cum Musonii gravitate et actuosa profunditate contulisset, parva videbantur, etc. Prohæresii in Sophistica discipulus fuit et successor ejus designatus Athenis.

DCCXII *b*. *Eleusine*. Mutilatum, relicta peritioribus sanandi cura, edidit Philius in 'Εφημερ. ἀρχαιολ. 1883 (1884), coll. 141 sqq. n. 16 (127). Litterarum forma, inquit, (ΤωⲘЄΝλΠ) ultima Romana indicantur tempora.

DCCVIII (Annot., p. 282, col. 2). Post priorem D. Pitræ editionem, Dubnerus in Schneidewini *Philologo* VI, 1851, p. 589 repetierat. Interim editum fuerat hoc carmen ab Edm. Thoma, *Hist. de l'antique cité d'Autun*, 1846, in-4. Tertii sæcul. p. Chr. credebat esse marmor Ed. Leblant. *Inscriptt. chrét. de la Gaule*, I, n. 4, 1856. — Dedit et Pohl. hanc inscriptionem, *Das Ichthys, monument von Autun*. Berlin, 1880. — Afferre quoque libet quod nemo, opinor, invitus accipiet, elegantissimam V. doct. Ern. Renani versionem (*Marc-Aurèle et la fin du monde antique*, p. 297 sq.) : « O race divine de l'ΙΧΘΥΣ céleste, reçois avec un cœur plein de respect la vie immortelle parmi les mortels; rajeunis ton âme, mon très cher, dans les eaux divines, par les flots éternels de la sophie qui donne les trésors. Reçois l'aliment doux comme le miel du sauveur des saints; mange à ta faim et bois à ta soif; tu tiens l'ΙΧΘΥΣ dans les paumes de tes mains. »

Cap. III. LXVI *b*. Apud Ttetzen, *Hist.* VII, 670. Cf. Sotion. c. 30, qui Σίλλαν λίμνην περὶ Γέλαν dicit, et Paul. Silent. in hujusce syllog. c. IV, 75, v. 129 sqq. de quo adi notas. — Vs. 1. (edit. Kiessling.) λέλειπται. — Vs. 2. λίμνῃ, καὶ εἰ οὐκ ὀλίγῃ. — Vs. 3 depravatus sic exhibetur : ἔχερον δίνῃς τῆσιν. « Haud incommoda hæc mihi visa est mutandi ratio :

Χαίρει μὲν δίνῃσιν ὁ πρὶν ποσὶ πᾶυρα τινάξας. » *Kiessl.* — Vs. 4. Ed. Kiessl. ἢ δ' ἰδίως ξηρὴν.

LXXXI *b*. « In domus Pompeianæ cubiculo parieti inscripta quatuor epigrammata quibus singulæ illustrantur picturæ. » G. Kaib. 1103, ex C. Dilthey. qui ex apographo suo ediderat. 1876. *Progr. Turic.* Denuo hoc exhibitum est Neapoli 1879, *Memorie e Notizie* quæ ad Pompeios et subterraneam Vesuvii regionem pertinent, t. II, p. 40, in-4. Tria alia epigr. quorum unum Leonidæ Tarentini Οἱ τρισσοί τοι ταῦτα κτλ. pæne deletum, et tertium ab Eveno scriptum Κἂν με φάγῃς... in *Anthol. palat.* VI, 13, IX, 75, leguntur. Secundum autem, "Οσσ' ἔλομεν λ]ιπόμεσθα... in *Hesiodi et Homeri certamine* est. Ed. Did. p. 75.

CIII *b*. *Olbiæ*, titulus in ruderibus repertus, Petropoli servatur in museo quod vocatur *Ermitage ;* a B. Latyschev. editus est in *Inscriptt. antiq. oræ septent. Ponti Euxini*, vol. I, 4. Petropoli MDCCCLXXXV, p. 132. Epigrammati præscriptum est [Κλεόμβροτος Πανταχλέους ἀνέθ]ηκε τὸν πύργον Ἡ[ρ]α[κλε]ῖ [καὶ] τῷ δήμ[ῳ]. Supplementa sunt V. Jernstedtii, A. Nauckii et P. Nikitis. Lapidis ornamenta priore sæculi primi ante Chr. parte non sunt recentiora, et ad eamdem ætatem epigrammatis litteratura ea est quæ facile referri possit.

CXV *b*. *Eleusine*. *Ephemer. archæol.* 1883 (1884), in-4, coll. 79-80, n. 7 (53); edidit Philius. Litteræ λΡΙΣΤ. Nullum subter exstat versiculi vestigium.

CXV *c*. *Eleusine*. Editum est a D. Philio, 'Εφημερ. ἀρχαιολογ. 1883 (1884), in-4, coll. 75 sq., n. 5 (44). — Vs. 3. Μελιτεὺς ab Athenarum demo, cui nomen est Μελίτη. — V. 5. προμύστης, quasi *præinitiator*, lexicis, etiam *Thesauro* deest. — Vs. 6. Ordo est : κοσμεῖ με χορὸς παίδων, οἳ τὸ στέμμα, τῶν πρ. ἔθεσαν κόμαισιν ἄλλων ἐν τελεταῖς, sive κοσμεῖ με χορὸς παίδων οἳ τὸ στέμμα τῶν μυστῶν προὔθεσαν κόμαισιν ἐν τελεταῖς ἄλλων; quoquo modo, liberi mei jam sunt mysteriorum magistri. — Litteræ λ ΑΞΣ.

CXXXVIII *b*. *Eleusine*. *Ephemer. archæol.* 1883 (1884), coll. 81-82, n. 8 (54). — Edidit Philius. Litterarum forma arguitur III post Christ. sæculum. ΠΡΟϹλΘ; semel figuratur Σ. — Vs. 1. Memorat Lenormant, *Rech. archéol.* pp. 141 et s. Glaucum quemdam hierophantam, sed eum nihil arguit eumdem esse atque nostræ inscriptionis mystam.

CCLVI *b*. In Callisthenis edit. a Carolo Mullero data (post Arrianum, etc. A. F. Did. p. 151), ad calcem cod. C. Biblioth. patr. Parisin. supplem. n. 113. — Vs. 3. Meminit ignotus poeta nonnullos S. Scripturæ locos ab Ecclesiæ Patribus oratoribusque laudari solitos, præsertim Isaiæ sententiam XL, 6, 7. a Div. Basilio magno (*Hexam.* Homil. V, II) et Div. Joan. Chrysostomo (*In Eutrop.*, V.) appositam : Πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου, καὶ ὁ χόρτος ἐξεράνθη καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν, quæ eadem fere apud Davidem (*Psalm.* XXXVI, 2, CI, 12, CII, 15) legitur : ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται, καὶ ὥσει κάπνος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ. — Cf. ejusdem J. Chrysost. *In Eutrop.* I. : νὺξ ἦν πάντα ἐκεῖνα καὶ ὄναρ· καὶ ἡμέρας γενομένης, ἠφανίσθη· ἄνθη ἦν ἐιαρινά... σκία ἦν, καὶ παρέδραμε κτλ.; sed ante omnia div. Gregor. theologi (quanto

at intervallo poeta Byzantinus noster!) carmen, *De vita* : Ἤθελον ἠὲ πέλεια τανύπτερος κτλ.

Οὗτος κάλλιμος ἦεν, ἑωσφόρος, ὄμματα πάντων
ἕλκων, εἴαρος ἄνθος ἐν ἀνδράσιν...
Ἀπήνθησεν γὰρ ἅπαντα,
γῆρας ἔδη, τὸ δὲ κάλλος ἀπέπτατο...

CCLVI c. Apud Pseudo-Callisth. I, xx, a Carol. Müller. editum (post Arriani *Anabas.* et *Indic.* et script. de Rebus Alexandr. M.), p. 20. (Bibl. gr. Ambr. Firm. Didot.) ex cod. n. 113 supplementi Biblioth. patr. Parisinæ, quem editor notat C. Hos versus ab ipso, quisquis sit, fabulosæ historiæ auctore confictos fuisse vix animadvertere necessarium est, ne credas eos ad ipsum Alexandri tempus pertinere posse. Quibus præscripta est hæc narratio : νικηφόρος (ex Olympico equestri certamine) ἀνεστρέφετο (ὁ Ἀλέξανδρος) πρὸς τὴν Μακεδονίαν μετὰ πλήθους λαοῦ... οἱ δὲ λαοὶ θαυμάζοντες ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ τῇ ἀνδρείᾳ τοῦ Ἀλεξάνδρου ὕμνον αὐτῷ πλέκουσιν ἔχοντα οὕτως· Αὔχει κτλ. — Vs. 1. Cod. et edit. αὔχη. — Vs. 4. στεφανώμενον, olympicam coronam gerebat Alexander. Ὑπαντάω rarum est cum accusativo. — Vs. 6. ἀνατείλας, soli similis.

CCLVI *d*. In eadem pagina cod. C. (Vid. præced. epigramma). — Pessimum quidem carmen et vix dignum quod in hac sylloge locum haberet.

CCLVI *e*. Ptolemæus, Lagi f., haberi potuit, ut videtur, auctor fabulosæ Alexandri M. historiæ quæ vulgo Callistheni adscribitur, ut notavit primus istius libri editor Carol. Müller. (*Script. gr. Biblioth.* Ambr. Firm. Didot. vol. XXVI), cujus hæc sunt verba : « Ptolemæi nomen, si indolem nostræ historiæ spectes, omnium aptissimum erat quod præfigeretur. Nimirum in cod. A (Bibl. patr. Paris. n. 1711) folium quod initium historiæ præcessit, nunc excisum est. Exhibuisse autem videtur regis Ptolemæi imaginem, quam illustrabant versus qui in antecedente pagina adscripti (non tamen ejus manu qui codicem exaravit) leguntur hi : Οὗτος βασιλεὺς κτλ. Quæ probabiliter præfixa propterea sunt, quod Ptolemæus auctor habebatur Historiæ Alexandri *fabulosæ et in fraudem hominum confictæ*. Quamquam dici etiam possit versus profectos esse ab Judæo aliquo vel Christiano, qui Ptolemæum suum novit e Chronicis ubi rex iste hisce introduci solet his verbis : Πτολεμαῖος ὁ Λάγου δόλῳ παραλαβὼν τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπάτῃ πολλοὺς ἐκ τῆς Ἰουδαίας μετῴκισεν εἰς Αἴγυπτον. (Syncell. p. 271 C, ex Eusebio)...»

CCLVI *f*. Ap. Callisthenem (Pseudo-Callisthenem) a Carol. Müllero editum (Script. gr. Biblioth. Ambr. F. Didot.) p. 150, lib. III, cap. 33 : Καὶ μέλλων ἐκπνέειν ὁ Ἀλέξανδρος τόνδε τὸν λόγον ἔφη· Στίχοι κτλ.

CCLXXVII. Annot. p. 381. — Iterum edidit ad se missum (a quo non dixit) Margarites G. Dimitzas, *Bull. de Corresp. hellén.* t. IV, 1880, p. 109. — Vs. 2. Dimitz. λύτρωσιν εὗρε; Διόνη Κωνστ., quod sensu destitutum sic emendare tentabam :

.... δῖον ὦ Κωνσταντίνου
πύργωμα τεῦχε. ....

Vss. 3 et 4 enim sic tradidit Dimitzas :

πύργωμα τεῦχε κατέναντι βαρβάρων
μάχας πρὸς αὐτῶν ἀπτοήτων καθάπαξ.

Id est :

... Divinum ô Constantini
munimentum, para adversus barbaros
pugnas ab ipsis impavidis omnino.

Quæ si vs. 4 vera scriptura est, intelligendum : Unde pugnes nobiscum ipsis impavidis καθάπαξ, gallice *une bonne fois*.

Cap. IV, n. 38 : Οἶνος τοι πυρὶ ἴσον... Nescio quo errore factum est in distribuendis hujusce nostræ Appendicis partibus ut inter *Exhortatoria*, ubi nullus ei erat locus, irrepserit hoc Eratosthenis de Vino epigramma, quod jam, ut decuit, inter Ἐπιδεικτικὰ (III, 68) positum erat.

LXII *b*. Prope *Adadam* Pisidiæ. *Corp. I. gr.* 4379 *o*, ex titulo præcedenti restituere tentavit G. Kaibelius, *Epigr. gr. etc.* 1040. — Vss. 6, 7, 9, 13, 17, 18, 19, 25, 26, 27 iidem sunt quos sub n. 62 dedimus. — Vs. 6 idem est exordium. Franzii conjectura κἀκτελεῖς ποτ' εὐτυχῶς. — Vs. 10. ἐγῷδα Franzii est. — Vs. 12. Supplevit Kaibel. Restituebat Franz. ἤδη προαιροῦ τοὖργον ἐκτελέσαι καλῶς. — Vs. 16. Sic finem reficiebat Franz. : προσπελάσας θεοῦ μυχοῖς. — Vs. 17. Inter sententias μονοστίχους quas nobis tradidere veteres sub lemmate Εἰς φιλοπονίαν occurrit versus hicce Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν. — Vs. 22. Suppl. Franz. Ῥόδοις πάρεσταί σοι κάρα στέψαι τάχα, « nec apte nec pulcre, » ait Kaibelius.

Cap. V, n. 6 *b*. Ex Aristid. schol. narrante : Λέγουσιν ὅτι ἐκωμῴδουν ὀνομαστὶ τοὺς μέχρις Εὐπόλιδος. Περιεῖλε δὲ τοῦτο Ἀλκιβιάδης ὁ στρατηγὸς καὶ ῥήτωρ· κωμῳδηθεὶς γὰρ παρὰ Εὐπόλιδος, ἔρριψεν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάττῃ, ἐν Σικελίᾳ συστρατευόμενον, εἰπών. Βάπτες μ' ἐν... — Dubitat Cicero (*ad Attic.* VI, 18) an etiam pœnas a comico tantas exegerit Alcibiades, nedum irrisorio hoc carmine eum carpserit. « Quis, ait, non dixit Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας ab Alcibiade, navigante in Siciliam, dejectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes : affert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. Num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur? » — Cf. Cramer. *Anecd. Oxon.* I, p. 7, 11.

LXXV, vs. 57. Annot. p. 436. — De quo adi Lancelot. *De Sept. miraculis Delphinat.* dissertationem, *Mémoires de l'Acad. des Inscriptions*, etc., t. IX, in-12, p. 577 sq. — Dicitur vinosus hic fons de Saint-Pierre d'Argenton.

Cap. V, *b*. Apud Diog. Laert. II, xi, 118, et Hesych. Miles. *Fragm. Hist. græc.* Car. Mülleri (Bibl. A. F. Didot.), vol. IV, p. 175. Hesych. : « Erat revera (Stilpon) festivus, simplex, simulationis nescius. » Fere eadem Diogenes, qui addit : « Quum vidisset hieme Cratetem frigore adustum, O Crates, inquit, videris mihi indigere pallio novo (καινοῦ, id est καὶ νοῦ, pallio et mente). Pupugit hoc istum, unde illum tali parodia lusit : Καὶ μὴν Στίλπωνα...» — Vs. 2. Τυφωέος. Allusione ad typhum philosophicum. *Menag.* — Vs. 4. Vulg. παράγραμμα, παρὰ γράμμα editt. Steph. et Basil., probante Menagio. — διώκοντος, edit. Basil. quam lectionem ap. Hesychium Hadr. Junius, apud Laertium Sambucus reponebat.

XIX *b*. Diog. Laert. II, x, 111. — Schol. in Dionysium Thracem, p. 791. V. Diog. Laert. epigr. in hacce nostra Sylloge, VII, 14 : Κρόνε Διόδωρε...

XXIV *b*. Diodor. Sicul. Excerpt. Vatic. p. 1-3, A. F. Didot. edit. XIV, t. I, p. 316. Ante hocce oraculum a Pythia Lycurgo datum, citat Diodorus illud quod incipit hoc versu :

Ἥκεις, ὦ Λυκοῦργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν,

quodque in *Anthol. palat.* XIV, 69 insertum est, exceptis duobus ultimis versibus quos unus habet Diodorus. Ὅτι ὁ αὐτὸς (Λυκοῦργος) ἠρώτησε τὴν Πυθίαν ποῖα νόμιμα καταστήσας μάλιστ' ἂν ὠφελήσαι τοὺς Σπαρτιάτας. Τῆς δὲ εἰπούσης ἐὰν τοὺς μὲν καλῶς ἡγεῖσθαι, τοὺς δὲ πειθαρχεῖν νομοθετήσῃ, πάλιν ἠρώτησε τί ποιοῦντες καλῶς ἡγήσονται καὶ τί πειθαρχήσουσιν· ἡ δὲ ἀνεῖλε τοῦτον τὸν χρησμόν.

XXX *b*. Ex Euphorione Clementis Alexandrini *ad Protrepticum* scholiasta (p. 14, lib. I, ed. G. Dindorf.), qui hæc refert : Καρανῷ τῷ Ποιάνθους υἱῷ ἐξ Ἄργους μέλλοντι ἀποικίαν στέλλειν ἐπὶ Μακεδονίαν εἰς Δελφοὺς ἐλθόντι ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων.... Ταῦτα Εὐφορίων ἱστορεῖ ἐν τῇ Ἱστίᾳ καὶ τῷ Ἰνάχῳ. — Cf. Justin. VII, I, 7-12.

CIV *b*. *Aïdin*, 1880. Editum in *Bullet. de Corresp. hellén.* t. V, 1881, p. 340 sqq. ex priore editione in ultimo *Musei Scholæ evangelic. Smyrn.* fasciculo, 1880, p. 181, non sine emendationibus. — Vs. 1. Mus. evang. Χηλί[ει]ι ἐς. — Id. νήμειμα. — Vs. 4. Id. χρὴ δὲ. — Vss. 7. Id. ε[ὐ]θ[ύ], mutatum in ἶφι (εἶφι). — Vs. 8. Id. ἀμφεπένεσθε. — Vs. 9. Id. ε[ἰ] pro εὖ, — Σεισίχθον[α φ]αι[δ]ρά, mutatum in Σεισίχθονα καὶ Δία. — Quid sit μῖλαξ aut μεῖλαξ non video : fortasse μίγδα. — Fieri potuit ut carmen quod a poetis postulat oraculum, in postica columnæ facie inscriptum fuisset, quæ periit. Apparent enim in eodem lapide, prope inscriptionem, ad lævam, linearum decem et novem inæqualium finem, quas pauciores litterarum reliquiæ non sinunt pro certo dicere fuisse versus. Ex litterarum forma non apte affirmari potest qua ætate sit titulus, qui tamen non antiquior primo ant. J.-C. sæculo esse videtur.

CVII *b*. Schol. Aristid. Prolegom. Incensum Apollinis Delphici μαντεῖον, majus et splendidius restituerat Nero Cæsar; sed cum tunc temporis ad summam lasciviam pervenisset, idem templum ipse diruit. Scilicet Λέγεται ὅτι εἰσελθόντος εἰς Δελφοὺς εὐτελοῦς τινος καὶ λαβόντος χρησμὸν, Νέρων οὐκ ἔλαβε ζητῶν καὶ αὐτὸς πυθέσθαι περί τινος· εἶτα ἤρετο ἀνθ' ὅτου. Ἡ δὲ Πυθία ἀπεκρίθη· Εὔαδέ μοι κτλ. Τοῦτο δὲ ἐσήμαινεν ὅτι πλεῖόν μοι ἀρέσκει ὁ ἑρμηνεὺς θύων εὐτελές τι ὢν εὐσεβὴς ἢ Νέρων πολλὰ θύων. Ἦν γὰρ πάνυ ἀσελγὴς οὗτος ὁ Νέρων.

Cap. VI, n. 168. Annot. p. 542, n. CLXVIII. Jam dedimus sub n. 11, Annot. p. 534, col. 2, n. XI, idem hoc oraculum. Sed cum non satis appareret num Apollinis Pythii esset, inter Apollinis incerti responsa, cum integro scholiastæ commentario et multa scripturæ varietate reponere visum est; qua, utcunque id accidit, omissa, textus prior repetitus est, pro quo sic legendum :

Κούρα μὲν γαμβροῖν ζεῦξον κάπρῳ ἠδὲ λέοντι,
οὕς κεν ἴδοις προθύροισι τεοῦ δόμου ἐξ ἱεροῖο
ἡμετέρου στείχων· μηδὲ φρεσὶ σῇσι πλανηθῇς.

Puellas sane generis junge apro atque leoni,
quos videris in vestibulo tuæ domus ex templo
nostro veniens; neque mente tua aberraveris.

Cap. VII, X, 5 *b*. Annot. p. 581. Est etiam ap. Athenæum, *ib.* p. 450 ex Eubuli *Sphingocarione.* Significari instrumentum sortiendi ipse indicat Athenæus, qui subjiciat : Ταῦτα δ' ὅτι κληρωτικὸν σημαίνει, ὑμεῖς διακρίνατε. — Vs. 2. Pro vulg. τίκτον et τίκτειν quod in nonnullis libris legitur, Schweigh. τίκτει emendavit. — Vs. 5. « Pessime libri αὐτὸ δ' ἕκαστος ἔχων αὐτὸν, καλεῶ δὲ φυλάττειν. Emperius κόλπῳ δὲ φυλάττειν. Αὐδῶ est apud Æschylum *Sept. ad. Theb.* 966 et seq. Simile notum illud proverbiale Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. » *E. M.*

INDICES

I. EPIGRAMMATUM EXORDIA

Numerus romanus indicat caput Appendicis, arabicus numerum epigrammatum

B

Γ

Δ

E

Z

Λ

Μ

N

Π

Ρ

Σ

Ψ

Ω



II. POETARUM NOMINA

Numerus romanus indicat caput Appendicis, arabicus numerum epigrammatum

